PEDANII DIOSCORIDIS

ANAZARBEI

DE MATERIA MEDICA

LIBRI QUINQUE.

AD FIDEM

CODICUM MANUSCRIPTORUM,

EDITIONIS ALDINAE PRINCIPIS USQUEQUAQUE NEGLECTAE, ET INTERPRETUM PRISCORUM TEXTUM RECENSUIT,
VARIAS ADDIDIT LECTIONES,
INTERPRETATIONEM EMENDAVIT,
COMMENTARIO ILLUSTRAVIT

CURTIUS SPRENGEL,

MED. ET PHILOS. DOCTOR,
ILLIUS ET REI HERBARIAE PROF. IN UNIVERSIT. HALENSI,
REGIORUM ORDINUM AQUILAE RUBRAE,
STELLAE POLARIS ET LEONIS BELGICI EQUES ETC.

TOMUS PRIMUS.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1829.

MEDICORVM GRAECORVM

OPERA



QVAE EXSTANT.

EDITIONEM CURAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARUM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.

VOLVMEN XXV.

CONTINENS

PEDANIVM DIOSCORIDEM ANAZARBEUM.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1829.

CAROLO WEIGELIO,

MEDICO DOCTISSIMO,

APUD DRESDENSES GRATIOSISSIMO,
MIHIQUE E DUODEQUADRAGINTA ANNIS
AMICISSIMO,

QUI

ET SUPELLECTILEM CRITICAM ET CODICES
AB IPSO TRANSSCRIPTOS MIHI BENIGNE
COMMODAVIT,

GRATISSIMO ANIMO

HOCCE OPUS DICO.

I.

De nomine auctoris.

Nomen primarium quamquam in probatissimis codicibus et auctoribus nostrum excipientibus *Διοσκορίδης* scribatur: non desunt tamen, qui et *Διοσκουρίδην* eum appellent. Proximus ab ipso, Erotianus [1], tum et Galenus, haud ubivis, sed saepe tamen, *Διοσκουρίδην* [2] vocant. Sic et Photius patriarcha [3], cujus tamen auctoritas, cum saec. IX. vixerit, codicibus nostris aetate multo superioribus praestare non potest. Multo minus valet Suidas, lexicographus saec. XII., quippe qui, commutato nostro cum alio ejusdem nominis, vehementer lapsus est.

Praeponitur vulgo primario nomini aliud, quod in editionibus *Πεδάκιος* scribitur, in codicibus vero probatissimis atque in Photii bibliotheca *Πεδάνιος*. Quam scripturam eo lubentius praestantiorem judicamus, cum et Lambecius a Romanorum gente Pedania cognomen hoc simili modo adoptatum fuisse censeat [4], ac plures alii Graeci, Galeni exemplo, si Romam venirent, aut stipendia mererent, aut etiam ad togatorum numerum accederent, cognomina Romana sibi asciverint.

---

1) Exposit. voc. Hipp. p. 214.

2) Exposit. voc. Hipp. p. 432. 426. etc. De facult. medic. lib. 6. p. 794.

3) Biblioth. cod. 178.

4) Comm. de bibl. Vindob. lib. 2. p. 591.

II.

De patria Dioscoridis, et de homonymis scriptoribus.

Ἀναζαρβεύς nusquam non dicitur noster. Fuit autem oppidum Anazarbus Ciliciae πεδιάδος [5], a Tarso metropoli circiter quinquaginta lapides distans [6], quod neutiquam nomen id, ut Suidas narrat, Nerva tandem imperante accepit, sed multo antiquius est [7].

'Jam negotium facessit, a Galeno citari et Διοσκορίδην Ταρσέα, qui remedium adversus sanguinis eruptiones Areo Asclepiadeo tradiderit [8]. Nusquam tamen ea formula in nostro Dioscoride invenitur, etiamsi gypsi vires ab auctore εὐποριστων [9] contra haemorrhagias laudentur. Itaque persuasum habeo, alium medicum a Galeno, qui homonymos solerter distinguere consuerat, intelligi, Areumque Asclepiadeum, cui id remedium tradiderit, vel lapsu memoriae a Galeno ipso, vel a librario seriori adscriptum fuisse.

Plures autem scriptores medicos ejusdem nominis ipse Galenus nominat: et primum quidem Phacam (Φακᾶς) dictum, quem Herophileum vocat [10]. Hunc vixisse Cleopatrae aetate et XXIV libros de medica arte reliquisse, Suidas testatur.

Alius junior a Galeno dicitur et Alexandrinus [11]. Is paullo prior Galeno (ὁ κατὰ πατέρας ἡμῶν) vocum Hippocraticarum expositionem e pluribus aliis compilavit, transscriptis non paucis ex ipso Anazarbeo; namque medicamentorum etiam censum habuit, ea-

5) Veter. Romanor. itiner. p. 212.

6) Strabo lib. 14. p. 701. Tzsch.

7) Harduin ad Plin. 5, 22. Wesseling ad veter. Romanor. itiner. l. c.

8) Galen. de compos. med. fac. gen. lib. 5. p. 857.

9) Lib. 1. n. 210.

10) Galen. expos. voc. Hippocr. p. 402.

11) Ibid. p. 484.

que non raro confudit. Is est, quem et Galenus γλωττογράφον appellat [12]. Fueritne idem Dioscorides, qui propter novam Hippocratis editionem temeritatis arguitur a Galeno [13], ambigo, cum hic sine cognomine citetur; fueritne idem auctor libri de theriacis et alexipharmacis, nec affirmare ausim, nec negare. Sed de eo postea.

III.

De aetate Dioscoridis.

Cum Erotianus, Neroni tempore aequalis, primus nostrum citet, junior hic illa aetate, seu saeculo primo medio, esse nequit. Accedit, ipsum in praefatione Licanii (Lecanii) Bassi mentionem facere, quem consulem fuisse a. 63. e Tacito [14], obiisse autem circa annum 70. aerae nostrae e Plinio comperimus [15].

Non defuerunt, qui de hac Dioscoridis aetate dubitarent, cum Plinius, qui tantum non omnes citet majores suos, Dioscoridis tamen nullam faciat mentionem. Id mirum esse nunquam desinet, dum ducenta Plinii loca ad literam e Dioscoride sumta videmus. Semel tantum nostrum intelligere videtur, cum, transscriptis quae Dioscorides de schisto dixerat, Plinius addit: hanc esse sententiam eorum, qui nuperrime scripserint [16]. Itaque ambigi fere nequit, Dioscoridem ante Plinium scripsisse, etiamsi aetate forte aequales fuerint.

Nec discrepat computatio eorum, quos ipse, tanquam majores aetate, citat Dioscorides. Sunt autem praeter antiquiores, Cratevam, Erasistratum et Heraclidem Tarentinum, ii propemodum omnes, qui sub

12) Ibid. p. 486.

13) Comment. 1. in libr. de nat. hum. p. 21. in libr. 6. epid. p. 795.

14) Annal. 15, 33.

15) Lib. 26. c. 4.

16) Plin. 36, 37. Diosc. 5, 144. ed. nostr.

initium aerae nostrae vixere, Asclepiadis sectae addicti, Jolas Bithynus, et Galeno [17] dictus, et scholiastae Nicandri [18], Bassus Tylaeus, Niceratus et Petronius, Niger et Diodotus, passim et a Plinio laudati, et Philonides, quem alii Dyrrhachinum, noster Siculum Ennaeum vocat.

Dubius de aetate Dioscoridis aliquis haeserit, dum dacica plantarum nomina frequenter allegata legerit, Daciam autem sub Trajano tandem Romanis innotuisse existimaverit, cum in provinciam imperii redigeretur. At jam Augusto imperante Dacorum incursiones duabus expeditionibus coërcebantur [19]: neque tunc victa est gens bellicosa, neque sub Vitellio, cum iterum summoveretur [20]. Itaque id minime repugnat nostrae computationi.

IV.

De vitae genere.

Medicum fuisse doctum artemque ipsum exercuisse, exploratum habebit, quotus quisque ipsius commentarios legerit. Sed de studiorum ratione nihil innotescit, tametsi probabile sit, cum Tarsus esset ea aetate florentissima bonarum artium sedes et per omnem Asiam celebratissima [21], nostrum in ea schola tirocinium posuisse. Alexandriam frequentasse, vero est simillimum, tum quod per eam et seriorem etiam aetatem medici commendationem scientiae petere inde consuescerent, si Alexandriae studiorum gratia degissent [22], tum quod aegyptiaca plantarum nomina et quibus prophetae, seu sacerdotes aegyptii, eas insignirent, probe nota haberet.

---

17) De antidot. 1. p. 7.
18) Ad theriac. v. 523. 683.
19) Sueton. Octav. 21. Dio Cass. 51, 22.
20) Tacit. hist. 3, 46.
21) Strabo lib. 14. p. 701.
22) Ammian. Marcell. 22, 16.

Medicum militarem fuisse ac stipendia Claudio imperante fecisse, inde potissimum elucet, quod in praefatione militarem vitam semet egisse edisserat. Italiam peragrasse certum est, vel ex eo testimonio, quod (lib. 2. c. 75.) de lactis medicati effectibus in Vestinis montibus a se observatis adducit. Galliam invisisse, Hispanias, et Tarraconensem et ipsam Baeticam, obiisse videtur, neque Africam ipsam neglexit, cum punicas plantarum appellationes adjungat, et patriam earum solerter indicet. Britanniam autem, quam Julius Agricola aperuit, et Germaniam, cujus nationes, ad Taciti usque aetatem, triumphatae magis erant, quam victae, nusquam meminerim a Dioscoride commemoratas esse.

V.

De secta, cui nomen dederit.

Aetate Dioscoridis medicorum scholae in duas potissimum partes abierunt, altera rationalem disciplinam profitente, altera in usu solo atque experimentis artem collocante. Illa honorificam dogmaticae sibi appellationem arrogavit, haec empirica dicta. Dogmaticis adnumerabantur et ii, qui Erasistratum sequuti, corporis viscera rimari, et de naturali ejus indole viribusque et de occultis morborum caussis disputare summi officii ducerent. Nec alieni fuerunt, qui omnem fere aetatem in castigandis exponendisque, ut Alexandriae mos erat, Hippocratis veterumque scriptis consumerent. Accessit Dioscoridis aetate secta, quae, auctore Athenaeo, cive nostri, pneumatica appellabatur, cum a *πνεύματος* facultatibus functiones, ab ejus vitiis morbos proficisci statueret. Media demum via inter dogmaticam et empiricam sectam incesserunt Asclepiadei, praeeunte Asclepiade, Bithyno, dein etiam methodici vocati.

Si quis vero attente legerit commentaria Dioscoridis, is perspiciat necesse est, nulli privatim earum

sectarum semet devovisse, sed e quavis, quid ipsi videretur rationi respondere, assumsisse. Unde cum Agathino Lacedaemonio et Leonida Alexandrino Episyntheticis aut Eclecticis potius adnumerandus est [23]. Experientiae majorem tribuisse fidem, quam ratiocinio, vel e capite de opio [24] patet, ubi, recensitis Diagorae, Andreae et Mnesidemi opinionibus, has omnes commentitias esse asserit atque experientia deprehendendas. Neque tamen eo minus usum saltem loquendi in Methodicorum scholis recepit, forte et adhaesit eorum commentis. Metasyncriticam enim curationem passim commendat [25], et de poris repletis atque iterum aperiendis ratiocinatur [26]. Rationalem vero fuisse medicum, dubium esse nequit, quamquam dogmaticorum ratiociniis hactenus addictus non fuerit, ut futiles argutias de gradibus virium in medicamentis residentium assumeret aut imitaretur.

A superstitione, quae ea aetate jam per vulgus juxta ac scholas serpere coepit, immunem se atque intactum servavit. Si quando ejusmodi efficacias medicamentorum, aliena testimonia sequuturus, tradit, adjungere solet: ἱστοροῦσι, ἱστορεῖται. Hinc et additamenta pleraque librariorum statim deprehenduntur, dum vel commentis superstitiosis, vel fabulis anilibus similia sunt.

VI.

De dictionis genere.

Si quis Strabonem, aetate paullo majorem, civem tamen Dioscoridis, Amasia saltem Ponti galatici natum, cum nostro comparaverit, dici facile nequit,

---

23) Galen. defin. med. p. 391. ed. Basil. Isagoge p. 684. ed. Lips.

24) Lib. 4. c. 65.

25) Lib. 3. c. 43. lib. 4. c. 157. lib. 5. c. 11. 130. 137.

26) Lib. 4. c. 157.

quantopere alter ab altero distet. Strabo enim insigne opus eo consilio potissimum conscripsit, ut, dum animos legentium delectaret, praeclare ea omnia exponeret, quae utilitatem aliquam ad vitam sapienter instituendam allatura esse viderentur. Quapropter non neglexit loca veterum poëtarum, inprimis Homeri, quibus aliquid illustratum iri rebatur; saepius etiam divertit ab ordine, ut fabulas antiquas et *θεολογούμενα* traderet: quibus et argumenta varia ac quaestiones philosophicas immiscuit, ut pariter dulcia redderet commentaria atque utilia.

E diverso vero Dioscorides, nihili fere aestimata delectatione, ipse in praefatione deprecatur, se non tam facundiae aut venustatum, quam gravitatis et dignitatis rationem habuisse. Igitur solis intentus rebus, negligit fere dictionem aeque atque ordinem. Arbitraria enim totius tractationis dispositio est: in singulis medicamentis solet quidem protinus historiam perstringere naturalem, dein ad efficaciam transire: saepe tamen inversum sequitur ordinem. Neque eum observat in enumerandis viribus aut effectibus: similia enim et natura cohaerentia sejunguntur, plane diversa conjunguntur.

Dicendi genus ipsum negligentiae argui potest; neque tamen, paucis exceptis, tot Soloecismi aut Cilicismi obvii sunt, quot in Paulli Apostoli, tempore aequalis, epistolis invenisse sibi videbantur Origenes et Hieronymus, quos nescio an satis scite Balthas. Stolbergius refellere studuit [27]. Galenus, magnus alioquin laudator Dioscoridis, taxat tamen eum, quod significatus nominum graecorum non intellexerit. Quod quo jure factum sit, ad lib. II. cap. 94. pag. 218. exposui.

---

27) Liber de soloecismis N. T. et cilicismis Paulli. Witteb. 1681. 4.

VII.

De genuinorum a spuriis libris distinctione.

Genuini habendi sunt libri quinque de materia medica.

A. *De alexipharmacis et theriacis.*

Quos vero adjungunt editiones librum sextum, septimum atque octavum, nonum etiam nonnulli, de theriacis et alexipharmacis, auctori adscribendi esse videntur a nostro diverso. Namque

1) Varia medicamenta enumerat, Anazarbeo vel ignota, vel ab eo saltem non memorata. Huc pertinet *ὀποκάρπασον*, cujus primus, ni fallor, meminit Archigenes[28]: dein et *κάκτος* et *στρύχνον μανικὸν ὃ δορύκνιον*, cum tamen Anazarbeus utrumque distinguat.

2) Erasistrati asseclam fuisse, e pluribus patet locis: contra enim methodicos empiricosque ipsius doctrinam defendere studet, eumque testem appellat. Cum vero pneumatici seriores, Athenaeo duce, doctrinam Erasistrati de pneumate etiam suam facerent, auctor noster manifesto (theriac. c. 19.) actionem praesidiorum quorumdam contra venena e spiritus insiti impetu exponit. Accedunt argutiae plures dialecticae, quibus praefatio ad theriaca scatet, et obscura ejusdem praefationis dictio, quae abunde probant, sectae pneumaticorum hunc esse auctorem adnumerandum, quippe qui argutissimis quaestionibus et abstrusa dictione in Galeni vituperationem ceciderint [29].

3) Alexandriae vixisse, probabile est, cum ipse ad Aegyptiorum mores consilium transferat (ther. c. 19.). Proinde nec oppugnare aliquem ausim, qui auctorem eum alexipharmacorum et theriacorum eundem cum Dioscoride Alexandrino juniore habere voluerit.

---

28) Galen. de compos. sec. loc. lib. 1. p. 445.

29) Galen. de differ. puls. lib. 3. p. 638.

4) Commenta de gradibus virium, quibus medicamenta pollent, noster in praefatione ad alexipharmaca laudat, cum tamen Dioscorides alienus ab iis fuerit commentis.

5) Accedunt insolentia verba, nec Dioscoridi dici solita: e. g. *ἱδρωτοποιΐα*, *ἐμφαρυγξάμενος*, *τὸ ἅλας* loco *ἁλῶν*, ut Dioscorides semper loquitur.

B. *De euporistis.*

Majorem fere dubitationem habet quaestio de euporistis seu facile parabilibus, quorum duos libros ad Andromachum scriptos C. Gesnerus et Saracenus ediderunt. Repetuntur auxilia e commentariis de materia medica ipsisque alexipharmacis, saepe vero aliis nominibus plantae vel medicamenta insigniuntur. Cum nec seriores Graeci, nec prisci interpretes opus illud cognoscant, nec alii codices noti sint, praeter Augustanum, quem Moibanus, eoque immortuo, C. Gesnerus typis exprimi curarunt, injecta suspicio dilui facile nequit.

Non possum, quin memorabile aetatis testimonium adducam, qua conscriptus esse videtur hic tractatus. Descripta nimirum planta, quam *χαμαικέρασον* vocat, quaeque C. Gesnero iam Convallaria majalis esse videbatur, florum odorem cum moscho comparat. Moschi autem primam fecisse mentionem tum Mosen Chorenensem, Armenum saec. V.[30], tum Cosmam Indicopleusten saec. VI. [31], persuasum habeo.

His accedit, (lib. II. c. 63.) *ἑξαγίου* ponderis vestigium occurrere, quod, scrupulos quaternos aequans, in numis aureis post Constantini M. tandem aetatem adhibitum, sero ad medicos transiit, ut Io. Actuarius et Nic. Myrepsicus (saec. XII. et XIII.) eo praeprimis utantur.

---

30) Histor. armen. p. 365.

31) Topogr. christ. lib. 11. p. 101.

Nec dictiones *φασκίωσον* (lib. II. c. 67.), *σφέκλη*, loco *τρυγός* (lib. II. c. 137.) qua Alexander Trallianus primus utitur (lib. II. p. 630.), *νηστικός* loco *νῆστις*, flexiones *σεσέλιδος* loco *σεσέλεως*, *πτέρεως* loco *πτέριδος*, nisi ex aetate proficisci possunt; qua lingua graeca jam *βαρβαροφωνεῖν* coeperat.

C. *De synonymis plantarum barbaris.*

Multum diuque in animo volvi, quid de synonymis plantarum barbaris judicandum sit, quae in omnibus exemplaribus vetustis obvia, editio princeps Aldina sine ulla distinctione in textum recepit, Asulanus vero atque Marcellus Vergilius ad notha amandarunt, posterioribus idem facientibus: assentiente etiam Lambecio [32], qui fuse probare conatur, Pamphilum eum, quem Galenus [33] de herbis scriptorem superstitiosum ac grammaticum potius, quam ipsa plantarum scientia insignem vocat, fuisse auctorem eorum synonymorum. Etenim de eo testatur Galenus, *πλῆθος ὀνομάτων ἐφ᾽ ἑκάστῃ βοτάνῃ μάτην προστιθέντα*, fabulas de transformationibus plantarum ex hominum genere, incantationes, libationes et alias ejusmodi praestigias adjunxisse. Neque tamen haec argumenta sufficere mihi ad delendam synonymorum auctoritatem videntur. Siquidem et Plinius, proximus fere a Dioscoride, nonnunquam eadem recepit [34]; Oribasius etiam et Aëtius quandoque repetunt; neque adjunctae sunt nostris synonymis fabulae illae aut praestigiae, quas in Pamphilo taxat Galenus. Neque babylonica sunt ulla nomina, quibus Pamphili scatebant commentaria: sed Romanorum, Dacorum, Gallorum, Poenorum, Aegyptiorum appellationes. His addit prophetarum seu sacerdotum aegyptiorum [35]; Osthanis, illius Magorum

32) Comm. de bibl. Vindob. lib. 2. p. 593.

33) De fac. simpl. lib. 6. p. 792. 793.

34) E. g. lithospermi synonyma lib. 27, 74. e Diosc. 3, 158.

35) De prophetis Aegyptiorum cf. Clem. Alex. strom. 1. p. 305. Porphyr. de abstinent. p. 321. Aristid. orat. vol. 3. p. 553,

principis, qui, dum Xerxem comitaretur, velut semina artis portentosae per Graeciam sparsisse dicitur [36]; Thuscorum s. Etruscorum, quos jam Aeschylus φαρμακοποιὸν ἔθνος appellaverat [37], in quorum disciplinam Romani sex principum filios tradere consuerant [38], ut auguria, haruspicinam, magicas artes ipsamque medicinam addiscerent. Habuit Livius auctores, vulgo olim Romanos pueros, sicut postea graecis, ita etruscis solitos literis erudiri [39]. Superest Dardanorum gens, paucis locis memorata, quae Moesiam superiorem incolens [40], Macedoniam saepe infestabat [41]. Paucis locis nomina plantarum apud eam nationem vernacula occurrunt. Nomina ergo plantarum apud eas gentes vulgata scienter collegit Dioscorides. Magnopere autem dolendum, quod nomina ea valde corrupta ad nos pervenerint, tum quia ab ipso auctore falso pronunciata, tum quia haud intellecta a librariis mendose scripta fuerunt.

VIII.

De codicibus manuscriptis.

Celebratissimi sunt Vindobonenses, e quibus lectiones varias, integra saepe etiam capita, solerter transscripsit, dum Viennae 1798 et 1799 degeret, Weigelius, medicus Dresdensis, eximius vir et literis graecis eruditissimus. Supellectilis ejus a se comparatae copiam mihi, cum hanc molirer editionem, fecit rara, qua pollet, humanitate singularique erga me benevo-

---

Schmidt de sacerdot. et sacrif. Aegypt. p. 106. s. 36. Plin. 30, 2.

36) Plin. 30, 2.

37) Theophr. hist. plant. 9, 15.

38) Cic. de divin. 1, 41.

39) Liv. 9, 36.

40) Plin. 3, 29. Ptolem. 3, 9.

41) Plin. 4, 17.

lentia atque amicitia. De his igitur inprimis codicibus iudicium ferre, est mihi optio atque potestas.

Codex primus (C.) Constantinopolitanus is ipse est, quem et Lambecius [42], fuse magis quam scienter, et post eum Montefalconius [43] descripsit. Busbecii, oratoris austriaci apud Turcarum tyrannum, suasu redemtus ab imperatore Maximiliano II., Vindobonam translatus est. Satis nitidus est codex membranaceus, forma quadrata majore, literis majusculis; accentibus caret et signis diacriticis, tineis minus corrosus, quam atramento forte rodente scriptus, quo membranae ad ductus literarum exesae subinde conspiciuntur. Ipse librarius testatur, se id exemplar conscripsisse Julianae Aniciae iussu, quae filia Olybrii imperatoris († 472.), Valentiniani III. neptis, Areobindo cuidam nupsit [44]. Exploratum itaque habemus, vergente ad finem saeculo quinto scriptum esse hunc codicem.

Alter codex Vindobonensis est (N.) Neapolitanus, quem, dum Neapoli apud Augustinianos servaretur, descripsit Montefalconius [45]; dein, postquam Vindobonam delatus esset, Kollarius [46]. Par aetate ac prior, ni vetustior, omnibus visus est, qui eum inspexerunt; similibus literis scriptus, sed magis mutilus est. Synonyma plantarum Romana plura habet et melius scripta. Quanquam generatim congruit cum Constantinopolitano, multas tamen continet lectiones meliores. Alphabetico ordine est dispositus, qui *αὐτογνώμονι* Dioscoridis consilio adversatur.

Utrique codici adjunctae sunt icones pictae plantarum, laudibus nimiis ornatae. Quanquam exempla earum, a Dodonaeo stirpium historiae inserta, exspectationem satis parvam artis peritis facerent, hortati ta-

42) L. c. p. 519—594.
43) Palaeogr. graec. p. 195.
44) Theophan. chronogr. p. 125. Ducange famil. Byzant. p. 74. 75.
45) L. c. p. 212.
46) Supplem. ad Lambec. p. 343.

men Swietenius et Kollarius sunt imperatricem Mariam Theresiam, ut aeri incidi iuberet. Cum ea precibus inconsultis et praecipitibus annueret, sculptae non paucae eo consilio, ut ederentur. Sed Iacquini, scientissimi judicis, suasu manum artifex deposuit, interdicto mox toto opere perquam supervacuo. Iacent iam tabulae aereae in secunda bibliothecae caesareae contignatione, neutiquam dignae, ut in vulgus edantur. Rudes sunt omnes figurae, multae ad imaginationem aut etiam ad lubitum pictoris fictae, plures monstrosae.

Tertius codex est is, quem Io. Sambucus consuluit, cum novam Dioscoridis editionem moliretur. Vocavi cod. X., Saracenus autem sub litera V. ad marginem editionis multas, sed non omnes, lectiones varias ex hoc codice, a Sambuco mutuo acceptas, ascripsit. Multo solertius eas excerpsit et contulit Weigelius. De aetate ejus codicis nihil constat.

Nec liquet, quinam codices ii sint, quos Matthiolus Cantacuzeni et Dragomani titulo allegat. Busbecius orator alterum ab Antonio Cantacuzeno, patricio Constantinopolitano, alterum ab interprete (Dragoman) palatino mutuo acceptum cum Matthiolo communicavit. Probabile est, Matthiolum eos codices, postquam in suos usus converterat, iterum remisisse; neque ullum eorum vestigium in occidente occurrit.

Codices, quibus usus est Marcellus Vergilius in interpretatione doctissima acutissimaque, duo fuerunt: graecus alter vetustus, in bibliotheca Medicea, quae Florentiae est, servatus, alter antiquissimus, langobardicis literis scriptus, in quo elegantioris quidem ornatus parum, tanto plus vero fidei veritatisque esse asserit.

Eximius fuit et ab omnibus diversus codex, quem in egregiis emendationibus sequutus est Andr. Lacuna, Segoviensis, Iulii III., Pontificis maximi medicus. Copiam ejus fecit Io. Paccius Castrensis; sed ubi jam lateat, plane nescimus. Probabile est, in Vaticana ser-

vari, quae, Weigelio teste, sex codices manuscriptos habet.

Exemplaria manuscripta compararunt etiam Ludov. Anguillara et Io. Manardus, quae e Marci bibliotheca Veneta accepisse videntur. Haec enim plures habet codices, haud magni pretii, quod ex auctoribus illis quoque satis liquet.

Parisinis codicibus duobus usus est Goupylus, e quibus alterum laudat Salmasius [47], describit Montefalconius [48], saeculo nono tributum. Equidem et ex hoc et ex uno Vaticanorum lectiones paucas et non magni pendendas accepi.

IX.

De editionibus.

Editionum princeps, quam Aldus Manutius 1499. Venetiis curavit, a paucis visa, a nemine consulta, quod, ut fere incredibile, profecto tamen verissimum est. Concinnum est, quod ipse possideo, exemplar et nitidum, paucas habet mendas, accentus multo scientius collocatos, quam in posterioribus: lectiones plurimas optimas continet, quas Saracenus tandem divinavit.

Proxima est, quam Aldinam etiam secundam nominare consuescunt, quamque Saracenus, cum ipsi plane ignota esset princeps, Aldinae (quasi unicae) nomine insignivit. Curavit eam Franc. Asulanus, Aldi levir, opem ferente Hieronymo Roscio, medico Patavino, qui castigasse textum et e codicum collatione recognovisse dicitur. Prodiit Venetiis 1518. forma subquadrata. Discessit plane a textu Aldino, quem nusquam citat, neque fontes commemoravit, multa novavit, spuria visa in appendicem amandavit, ubi

---

47) Plin. exercit. p. 254.

48) L. c. p. 43.

tamen et plura occurrunt, quae incuria aut negligentia in textu imprimendo omissa erant.

Eumdem textum, qualis est, Marcellus Vergilius repetiit, sed eximiam opposuit interpretationem et castigationes lectu dignissimas. Utor autem editione Coloniensi 1529. fol.

Eodem anno Ianus Cornarus edidit Dioscoridem Basileae octava forma, repetito fere Asulani textu, quamvis subinde castigato. At nullum vestigium est, codicibus eum usum fuisse.

Magis commendandum Iacobi Goupyli studium, qui Parisiis 1549, octava pariter forma, nostrum auctorem, cum versione Ruellii, edidit. Adjunctae sunt lectiones variae e codicibus Parisinis.

Ultima tandem editio est Iani Saraceni, medici Lugdunensis, Francofurti 1598, forma majore. Egregia omnino est, cum, quantum in potestate erat, ad castigandum textum contulerit, cum ipse satis acute nonnunquam veras auguratus sit lectiones, studiumque laudabile collocaverit in comparandis et veterum monumentis Dioscoridem excipientibus et interpretibus priscis.

X.

De aliis adminiculis.

E veteribus autem, qui egregie adhibentur ad emendandum et passim restituendum nostri textum, Plinius quidem aetate primus est, sed circumspectissime conferatur oportet, quoniam certum est, Plinium supino multa animo ac nimia properatione legisse, saepe quoque textu corrupto usum fuisse, saepe plane non intellexisse auctores.

Praeter Galenum, tutius adhibendum, Oribasius in censum venit, qui, cum libris undecimo, duodecimo et decimo tertio Dioscoridis materiam medicam ut plurimum ad verbum transscripserit, magnopere utilis ad restituendum textum foret, nisi solam haberemus

latinam eorum librorum interpretationem, quae a Io. Bapt. Rasario ad duos codices, alterum scilicet a patricio Veneto, Matthaeo Dandolo, alterum a Nicolao Sammichelio, medico Novocomensi, oblatum, ita confecta fuit, ut magis consensum cum vulgato Dioscoridis textu spectasse interpres, quam ad verum sensum eruendum collineasse videatur. Forte tamen incidit Oribasius in exemplar Dioscoridis negligenter scriptum, quod, licet plura loca melius dicta habeat, multo plura tamen dubia relinquit. Nec ullam fenerat lucem editio, quam Matthaei 1804. Mosquae curavit, cum, malo consilio, omnia omiserit, quae Oribasius ab aliis mutuatus erat.

Minorem habet Aëtius auctoritatem pariter atque utilitatem, tum quod Dioscoridem non ad literam excerpsit, tum vero quod ex aliis auctoribus plura, non pauca etiam ex sua ipsius observatione, addidit. Accedit, et hujus auctoris latinam Cornarii interpretationem duntaxat praesto esse, textum graecum totius operis etiam nunc in bibliothecis latere: namque Aldi heredes 1534. solum primum librum typis expresserunt.

Eximii usus est Paullus Aegineta, cujus opus absolutum et probe recognitum Hieronymus Gemusaeus Basil. 1538. edidit. Enumerantur in septimo libro medicamenta, succincte quidem, sed ita, ut subinde Dioscoridi haud parum luminis praestent.

Incertae aetatis scriptor Apulejus, quem nec cum Madaurensi, nec cum Celso illo Centuripino commutaveris, congessit ex Dioscoride et Plinio opusculum de herbarum medicaminibus, quod ad exponenda varia Dioscoridis loca, praesertim ad synonyma barbara, facit. Prodiit memoria nostra Ackermanni studio 1788.

Fructus vero uberrime carpendi sunt e comparato Serapione, qui saeculo nono aggregatorem syriace scriptum ita composuit, ut e Dioscoride et Galeno

medicamentorum historiam traderet, adjectis paucis, quae vel ipse, vel Nestoriani eum praegressi observaverant. Nec ad syriacum textum, nec ad arabicam versionem, quam Hodaithus instituerat, aditus patet: sola interpretatione latino-barbara, ab Abrahamo, Iudaeo Tortuosensi, confecta, utor, quae Lugduni 1525. forma quadrata majore prodiit. In qua quanquam plurima loca eximie illustrentur, nomina tamen regionum et urbium adeo corrupta sunt, ut Oedipo conjectore opus sit.

Post renatas demum literas haud pauca ad illustrandum auctorem nostrum contulit Hermolaus Barbarus, orator Venetus et patriarcha Aquilegiensis. Is enim ipse testatur, quantum ingenio perficere, quantum industria elaborare, quantum studio potuerit ac cura consequi, quantum denique iudicii in literis habuerit, id omne semet in hosce libros contulisse. Corollaria scripsit in Dioscoridem, quorum editionem Coloniensem 1530. coram habeo.

Doctissimus fuit et acutissimus interpres Marcellus Vergilius, magister epistolarum reipublicae Florentinae. Dici paucis nequit, quam laudabilis sit opera ab ipso in exponendo et castigando Dioscoridis textu collocata. Conjecturas sagacissimas adjunxit, nonnunquam et doctos excursus, quibus alii passim auctores illustrantur. Editione utor Coloniensi 1529, forma maiore.

Nec spernenda Io. Ruellii Suessionensis opera in castigandis interpretationibus priscis. Novam ejus et satis emendatam versionem habemus integram in Goupyli editione Paris. 1540.

Minoris aestimandum Io. Manardi, Ferrariensis, studium, quod omne in eo posuit, ut Marcellum refelleret, infelice sane consilio, cum codicem fere vulgatum, haud optimae saltem notae, Marcelli acutissimis castigationibus opponat. Epistolae ejus, Lugduni

1549. octava forma editae has annotationes complectuntur.

Leonardi Fuchsii, acerrimi viri, merita versantur inprimis in reprehendendis arabicis interpretibus et in comparandis Dioscoridis descriptionibus, quantum fieri poterat, cum ipsa natura. Paradoxa medicinae inscripsit librum, qui errores Arabum aperiret ac refelleret (Basil. 1535. fol.).

Paucissima adminicula praebet Anton. Musa Brassavolus, Ferrariensis, cujus examen medicamentorum simplicium (Tiguri 1555. 8.) ad hallucinationes tum temporis vulgares novas addit.

Magnopere vero est commendandum studium Ludov. Anguillarae, qui Graeciam omnem, Macedoniam et Illyricum obierat, ut plantarum a Dioscoride descriptarum sibi scientiam compararet. In raro libello (Semplici Vineg. 1561. 8.) textum subinde corrigere studet, praecipue vero Dioscoridis plantas suis observationibus illustrat.

Nec parvi pendendi Barthol. Maranta, cujus Methodus cognoscendorum simplicium, Venetiis 1559. forma quadrata edita, innumeras et ex ipsa observatione haustas comprehendit expositiones: et Valer. Cordus, cujus annotationes in Dioscoridem a C. Gesnero Francofurti 1561. forma majore editae sunt.

Petri Andreae Matthioli commentarii in Dioscoridem longe celebratissimi sunt, nec mea egent laudatione. Neque tamen satis studii in corrigendo textu adhibuit, neque ab hallucinationibus liber fuit, ortis etiam e simultatibus, quas cum aliis tempore aequalibus habuit. Utor autem plerumque editione operum absoluta, quam Io. Casp. Bauhinus Basileae 1674. forma majore curavit.

Eximiis porro et immortalibus operibus Fabii Columnae egere profecto nequimus. Is enim novo plane studio quaestiones de plantis Dioscoridis agitare coepit, et, quae amplissima ejus erat atque accuratis-

sima plantarum, italicarum saltem, cognitio, saepe feliciter eas quaestiones expedivit. Tum Ecphrasin stirpium, Rom. 1616. 4., tum Phytobasanum, ed. Iani Planci, Mediol. 1744. 4., e manibus ponere nequit, qui Dioscoridi lucem allaturus est.

E Claudii denique Salmasii amplissima eruditione profectus plurimos haurimus, cum Graecarum literarum scientiam Arabicorum etiam auctorum cognitione conjungere conatus fuerit. Dolendum autem, saepe eum, dum gravissimas quaestiones exponere molitur, praecipiti modo ad aliena et peregrina properare, alienum quoque a plantarum cognitione esse. Utor autem Plinianis ejus exercitationibus, adjunctis exerc. de homonymis hyles iatricae. Ultrai. 1689. fol.

XI.

De hujus editionis ratione.

Omnibus iis praesidiis adminiculisque suffultus, quid ego praestitisse mihi videar, brevibus exponam. Et protinus quidem textum Dioscoridis sedulo esse castigandum intellexi. Quod cum sine verborum intelligentia, sine observatione formarum, compositionis ipsorumque accentuum fieri non possit, equidem, sensa scientiae grammaticae mediocritate, omnes tamen intendi industriae nervos, ut penitiorem mihi compararem ejus disciplinae cognitionem. At vereor, haud paucas, quas incuria fudit, superesse mendas, quarum maximam partem ad calcem indicavi.

Ut corruptelae erroresque scripturae emendentur, opus est codicum manuscriptorum usu circumspecto, in quibus nulli primatus tribuendus, sed e singulis promendae lectiones congruae sanaeque. Quod si probabiliter fecisse videar, haud mihi plus aequo arrogare audeo, amici Weigelii potius merita in conferendis optimis codicibus laudibus extollo. Doleo duntaxat, desertum me ab iis adminiculis fuisse in ultima parte eorum, quae Dioscoridi tribuuntur.

Et interpretes priscos, a Plinio inde ad Ruellium, provide et, ni fallor, scienter adhibui tum ad textum sanitati restituendum, tum ad interpretandum eum. In editionibus autem princeps Aldina eo pluris aestimanda est, quo minus ab aliis editoribus consulta fuit. Ejus ne lineam quidem superesse obtestor, quam sedulo non cum serioribus comparaverim editionibus.

Persuasissimum habeo, veteres auctores nec intelligere quemquam nec explicare posse, quin temporum rationem doctrinaeque modum ea aetate regnantis rite cognoscat. Quamobrem et historia artis medicae eximie illustrare potest plura auctorum veterum loca, quae alioquin abstrusa, intellectu saltem sunt difficilia.

Ut noster vero auctor probe exponatur, non mediocris exigitur rei herbariae scientia, in qua mihi comparanda a teneris inde annis omnem collocavi operam. Nec tamen satis me ea doctrina instructum esse arbitrarer, nisi nostra memoria Graeciae et orientis regiones apertae fuerint. Ita contigit, me multa clarius videre et intelligentius exponere posse, quam majores, qui destituti fere ab ea essent scientia.

Interpretationem latinam non solum recognovi, sed ut ad verbum graeco textui responderet, curavi, unde et capita plura, plurima loca versione plane nova augere et potui et debui.

Commentarium, quoad ejus fieri poterit, illustrationibus locupletem et ad intelligentiam idoneum volumine secundo, nisi me vel vita vel vires defecerint, absolvam.

Sollicitus de mendis quibusdam, quae in textum irrepserunt, deprecor vel inscitiae opprobrium, vel negligentiae, excusatione tum nimiae forte fidei, quam prioribus habui editionibus, tum erroris, cuius veniam impetraturum me ab humanis esse lectoribus confido.

Protinus vero, Aldina ipsa et omnibus aliis deceptus editionibus, p. 131. 183. 172. *κελύφῳ* et *κελύφοις* scripsi, ubi *κελύφει* et *κελύφεσι* ponendum est. P. 192. *Βουπρήστου* scripsi, quemadmodum omnes editiones, loco *Βουπρήστεως*.

Legendum est:

p. 11. lin. 7. ὄξει loco ὄξῳ,

p. 138. lin. inf. 4. *αὐτῇ χρῆσθαι*,

p. 226. lin. ult. *πωλοῦσιν*,

p. 313. lin. prim. *ἔχον*.

Dein in accentibus rite collocandis non raro lapsus sum, quanquam et maiores saepe eosdem commiserint errores. Sic cum Goupylo et Saraceno p. 103. et plerisque locis *Ἀφροί* falso scripsi, cum ex Aldina discere potuissem vocem esse *βαρύτονον*. Sero id correxi. P. 10. 12. 20. *γλῶτταν* legendum: p. 120. 203. 204. 205. 110. *λῖπος*: p. 137. *ὀμφακῖτις*: p. 243. *κεραῖτις*: p. 283. *μυῖτις*: p. 327. *νυκτερῖτις*, *ἀερῖτις*, *αἰγῖτις*, *πελαγῖτις*: p. 344. *δακτυλῖτις*: p. 129. *Ἄγνος*: p. 153. *ἰχώρ*: p. 296. *τοίχων*: p. 321. *Ἰβηρίς*.

Denique in interpretatione emendanda sunt, vel addenda:

P. 28. lin. 10. post *difficile* add. *racemosum.*

P. 147. cap. 157. ad fin. add. *Juvat et calculosos cum vino potum.*

P. 148. lin. 3. post *maturescunt* add. *bilem generant et.*

P. 156. lin. 2. inf. post *praesumtae* adde *aut antea comestae.*

P. 157. lin. prima post *autem* adde *sale.*

P. 183. c. 37. loco *dentium* lege *aurium.*

P. 185. c. 47. ad finem add. *Aiunt et comitiales deprehendi esu maxime hircini iocinoris.*

P. 221. post *lacte caprino* add. *aut muliebri.*

P. 232. lin. 1. post *momento* add. *eoque.*

P. 289. lin. 6. l. *longa* loco *longe.*

P. 304. lin. 3. post *palmarem* add. *nudum.*

P. 309. lin. 10. post *cortice* add. *Nascitur in umbrosis sepibus et circa macerias.*

P. 309. lin. 13. *illitus* loco *illita.*

ΠΕΔΑΝΙΟΥ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΣ ΠΕΡΙ ΥΛΗΣ ΙΑΤΡΙΚΗΣ ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

Π Ρ Ο Ο Ι Μ Ι Ο Ν.

Πολλῶν οὐ μόνον ἀρχαίων ἀλλὰ καὶ νέων συνταξαμένων περὶ τῆς τῶν φαρμάκων σκευασίας τε καὶ δυνάμεως καὶ δοκιμασίας, φίλτατε Ἄρειε, πειράσομαί σοι παραστῆσαι, μὴ

CODD. C. Constantinopolitanus.
N. Neapolitanus.
X. n. XVI. Biblioth. Imperial. Vindob.
P. Parisini, quos Goupylus citat.
Lacun. Cod. Lacun. optimus.

ED. Ald. princeps Venet. 1499 fol. praestans, quam nemo consuluit.
Asulan., quam Aldinae nomine Saracenus citat, est nova omnino, magnopere saltem mutata. Venet. 1518. 8.
Marcell. Vergil. Florent. 1518. fol. et cum Ruellii interpretatione. Basil. 1529. fol.
Cornar. Basil. 1529. 8.
Goupyli, Paris. 1549. 8.
Saraceni, Francof. 1598. fol.

PEDANII DIOSCORIDIS ANAZARBEI DE MATERIA MEDICA LIBER I.

P R A E F A T I O.

Quoniam, Aree carissime, multi non solum veteres sed et recentiores de medicamentorum praeparatione iuxta ac vi et examine conscripserunt, probare tibi conabor, me

κενὴν μηδὲ ἄλογον ὁρμήν με[1] πρὸς τήνδε τὴν πραγματείαν ἐσχηκέναι, διὰ τὸ τοὺς μὲν αὐτῶν μὴ τετελειωκέναι, τοὺς δὲ ἐξ ἱστορίας τὰ πλεῖστα ἀναγράψαι. Ἰόλας μὲν γὰρ ὁ Βιθυνὸς καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος ἐπ' ὀλίγον ἥψαντο τῆς αὐτῆς πραγματείας, τὴν βοτανικὴν παντελῶς ἐάσαντες παράδοσιν, οὐ μὴν οὐδὲ τῶν μεταλλικῶν ἢ ἀρωμάτων πάντων[2] ἐμνήσθησαν. Κρατεύας δὲ ὁ ῥιζοτόμος καὶ Ἀνδρέας ὁ ἰατρὸς, οὗτοι γὰρ δοκοῦσιν ἀκριβέστερον τῶν λοιπῶν περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἀνεστράφθαι, πολλὰς ῥίζας εὐχρηστοτάτας καί τινας βοτάνας ἀπαρασημειώτους εἴασαν. Πλὴν τοῖς μὲν ἀρχαίοις μαρτυρητέον, μετὰ τῆς ὀλιγότητος τῶν παραδοθέντων καὶ τὴν ἀκρίβειαν προςπαραλαβοῦσι, τοῖς μέντοι νέοις οὐ συγκαταθετέον, ὧν ἐστὶ Βάσσος ὁ Τυλαῖος[3], καὶ Νικήρατος καὶ Πετρώνιος, Νίγερ τε καὶ Διόδοτος, Ἀσκληπιάδαι[4] πάντες. Οἱ τὴν μὲν πᾶσι σύμφυλον καὶ γνώριμον ὕλην ἠξίωσαν ἐπὶ ποσὸν ἀναγραφῆς ἀκριβοῦς, τὰς δὲ τῶν φαρμάκων δυνάμεις καὶ δοκιμασίας ἐξ ἐπιδρομῆς παρέδωσαν, οὐ τῇ πείρᾳ τὴν

1) Cod. C. X. habent με. Deest in editionibus.
2) C. X. ἀρομ. ἐμν. — Ald. ἀρωματικῶν πάντες.
3) Goupyl. et Sarac. Ἰυλαῖος.
4) C. N. X. Ἀσκληπιάδειοι.

neque frustra neque citra rationem ad hanc commentationem impulsum fuisse, quando alii maiorum nihil perfecerunt, alii e narratione pleraque memoriae mandarunt. Siquidem Iolas Bithynus et Heraclides Tarentinus, re herbaria prorsus omissa, leviter ipsam tractavere doctrinam, quia neque metallicorum neque aromatum omnium meminerunt. Cratevas autem herbarius ac Andreas medicus, qui quidem accuratius ceteris in hac disciplina existimantur esse versati, radices multas utilissimas herbasque quasdam non satis designatas reliquerunt. Verumtamen priscis testimonium impertiendum, pauca, quae tradiderint, studiose elaborasse: at recentioribus, quorum in numero Bassus Tylaeus, Niceratus ac Petronius, Niger et Diodotus, Asclepiadei omnes, haud quaquam assentiendum. Hi enim omnibus familiarem ac cognitam materiem quadantenus accurata descriptione dignati sunt, medicamentorum vero facultates et examina cursim tradiderunt, efficacia eorum minime ad

ἐνέργειαν[5] αὐτῶν κανονίζοντες, τῇ δὲ τῆς αἰτίας κενοφωνίᾳ εἰς ὄγκων διαφορὰς[6] ἕκαστον αὐτῶν ἀναφέροντες, μετὰ τοῦ καὶ ἄλλα ἀντ' ἄλλων ἀναγράφειν. Ὁ γοῦν διαπρεπὴς δοκῶν εἶναι ἐν αὐτοῖς Νίγερ τὸ εὐφόρβιον φησὶν ὀπὸν εἶναι χαμελαίας γεννωμένης ἐν Ἰταλίᾳ, καὶ τὸ ἀνδρόσαιμον ταυτὸν ὑπάρχειν ὑπερικῷ, ἀλόην δὲ ὀρυκτὴν ἐν Ἰουδαίᾳ γεννᾶσθαι, καὶ ἄλλα τούτοις ὅμοια πλεῖστα παρὰ τὴν ἀλήθειαν[7] ἐκτίθεται ψευδῶς, ἅπερ ἐστὶ τεκμήρια οὐκ αὐτοψίας, ἀλλὰ τῆς ἐκ παρακουσμάτων ἱστορίας. Ἥμαρτον δὲ καὶ περὶ[8] τὴν τάξιν· οἳ μὲν ἀσυμφύλους δυνάμεις συγκρούσαντες, οἳ δὲ κατὰ στοιχεῖα ἀναγράψαντες διέζευξαν[9] τῆς ὁμογενείας[10] τάτε γένη καὶ τὰς[11] ἐνεργείας αὐτῶν, ὡς διὰ τοῦτο εὐμνημόνευτα[12] γίνεσθαι.

Ἡμεῖς δ' ὡς ἐστιν[13] εἰπεῖν ἐκ πρώτης ἡλικίας ἄληκτόν

5) Asulan. C. X. add. δυνάμεις καὶ δοκιμασίας.
6) Ald. εἰς ὄγκον ἀναφέροντες. Asul. et Sarac. εἰς ὄγκον διαφορᾶς ἕκαστον αὐτῶν ἀναφ. Cornar. et Goupyl. εἰς ὄγκον διαφορὰς ἑκάστου αὐτῶν ἀναφ. Nostra lectio ab August. Gadaldino in vetusto codice inventa, teste Matthiol. comm. in Diosc.
7) Ald. ἐνέργειαν. Sarac. ἐνάργειαν. Nostram lectionem habent cod. C., Asulan., Cornar., Goupyl. 8) Cod. X. παρά.
9) Ald. κατὰ στοιχεῖον καταγράψαντες, διαζεύξαντες.
10) Cod. Par. τὰς ὁμογενέας. 11) Cod. X. τῆς.
12) Ald., Cornar., Goupyl. sic.. Asul. ἀσυμνημόνευτοι. Sarac. ἀσυμμνημόνευτα. 13) Deest ἐστίν in Ald.

experientiae normam examinata, sed, inania in caussis exponendis verba proferentes, ad molecularum differentias quodvis (medicamentum) evexerunt, alia insuper cum aliis commutantes. Siquidem Niger, qui in iis eximius censetur, euphorbium esse chamelacae succum in Italia genitae asserit, idem statuens androsaemum ac hypericum, aloën autem fossilem in Judaea nasci. Alia plurima his similia manifesto contra veritatem profert: quae quidem argumento sunt, ea non oculata fide sed narratione falsis auditionibus cognovisse. Ad haec lapsi sunt etiam circa ordinem, aliis nempe consociantibus facultates nullo modo cognatas, aliis, qui ordinem elementorum sequerentur, ut eo facilius memoriae mandarentur, genera efficaciasque eorum ab affinitate seiungentibus.

Nos vero a primis, ut ita dicam, annis iugi quodam

τινα ἔχοντες[14] *ἐπιθυμίαν περὶ τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ὕλης καὶ πολλὴν γῆν ἐπελθόντες, οἶσθα γὰρ ἡμῖν*[15] *στρατιωτικὸν τὸν βίον, συναγηόχαμεν τὴν πραγματείαν ἐν πέντε*[16] *βιβλίοις, σοῦ προτρεψαμένου, ᾧ καὶ τὴν σύνταξιν ἀνατίθεμεν*[17], *εὐχάριστον ἐκπληροῦντες πάθος, δι᾽ ἣν ἔχεις*[18] *πρὸς ἡμᾶς διάθεσιν, φύσει μὲν πρὸς πάντας τοὺς ἀπὸ παιδείας ἀναγομένους οἰκειούμενος*[19], *μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς ὁμοτέχνους, ἰδιαίτερον δὲ πρὸς ἡμᾶς. Δεῖγμα δὲ οὐ σμικρὸν τῆς ἐν σοὶ καλοκἀγαθίας καὶ ἡ τοῦ κρατίστου Λικανίου*[20] *Βάσσου πρὸς σὲ διάθεσις, ἣν ἔγνωμεν*[21] *συνδιάγοντες ὑμῖν, ἀξιοζήλωτον τὸ παρ᾽ ἀμφοτέρων ὑμῶν πρὸς ἀλλήλους εὔνουν ὁρῶντες. Παρακαλοῦμεν δέ σε καὶ τοὺς ἐντευξομένους τοῖς ὑπομνήμασι, μὴ τὴν ἐν λόγοις δύναμιν ἡμῶν σκοπεῖν, ἀλλὰ τὴν ἐν τοῖς πράγμασι μετ᾽ ἐμπειρίας ἐπιμέλειαν. Μετὰ γὰρ πλείστης*[22] *ἀκριβείας τὰ μὲν λοιπὰ*[23] *δι᾽ αὐτοψίαν γνόν-*

14) Ald. *σχόντες*.
15) Cod. X. *ἡμῶν*. 16) Cod. X. Ald., Asul., Cornar., Goupyl. *ξξ*. Cod. X. et Sarac. addunt *παραδιδομένην*.
17) Sic Asulan., Cornar., Sarac... *ἀνατιθέαμεν* Ald., Goupyl.
18) Ald. *ἔσχες*. 19) Cod. X. *ᾠκειωμένος*.
20) Sic Cod. X... Ald. et editiones omnes *Λικινίου*.
21) Cod. X. *ἐπέγνωμεν*.
22) Cod. C. N. X. *μετὰ γὰρ τῆς λοιπῆς*.
23) Sic Ald... *πλεῖστα* Asulan. et sequentes.

pernoscendae materiae desiderio capti, postquam terras multas obivimus, militarem enim nostram nosti vitam, commentationem quinque libris comprehensam, te hortante, exaravimus, cui et ipsum dedicamus opus, gratum tuaeque erga nos benevolentiae debitum implorantes officium. Etenim, quae tua est natura, cum omnibus doctrina excultis, tum vero maxime iis, qui tecum eamdem factitant artem, ac nobis etiam aliquanto peculiarius teipsum familiarem exhibes. Neque vero exile est tuae morum integritatis testimonium viri optimi, Licanii Bassi, insigne erga te studium, sat nobis perspectum, cum una vobiscum degentes mutuam inter vos benevolentiam aemulatione dignam observaremus. Ceterum te et alios, qui hosce lecturi sunt commentarios, rogatos volumus, ut ne nostrum dicendi genus spectetis, sed industriam potius rerumque experientiam. Cum enim plura accuratissime ipsi vi-

τες, τὰ δὲ ἐξ ἱστορίας συμφώνου τοῖς πᾶσι καὶ ἀνακρίσεως τῶν παρ᾽ ἑκάστοις ἐπιχωρίων ἀκριβώσαντες, πειρασόμεθα καὶ τῇ τάξει διαφόρῳ χρήσασθαι, καὶ τὰ γένη καὶ τὰς δυνάμεις ἑκάστου[24] αὐτῶν ἀναγράψασθαι.

Ὅτι γε μὴν ἀναγκαῖος ὑπάρχει ὁ περὶ φαρμάκων λόγος, παντί που δῆλον, συνεζευγμένος ὅλῃ τῇ τέχνῃ καὶ τὴν ἀπ᾽ αὐτοῦ[25] συμμαχίαν ἀήττητον παντὶ μέρει παρεχόμενος· καὶ διότι δύναται αὔξασθαι κατά τε τὰς σκευασίας καὶ τὰς μίξεις καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν παθῶν πειρασμοὺς, πλεῖστα συμβαλλομένης τῆς περὶ ἕκαστον τῶν φαρμάκων γνώσεως. Προςπαραληψόμεθα δὲ καὶ τὴν συνήθη καὶ σύμφυλον[26] ὕλην, ἵνα ἡ γραφὴ γένηται τελεία.

Πρὸ πάντων οὖν[27] φροντίζειν τῆς ἀποθέσεως καὶ συλλογῆς ἑκάστου κατὰ τοὺς οἰκείους καιροὺς προςήκει[28]. Παρὰ γὰρ δὴ τούτους ἢ ἐνεργεῖ ἢ ἐξίτηλα γίνεται τὰ φάρμακα· αἰθρίου γὰρ ὄντος τοῦ καταστήματος συλλέγειν δεῖ·

24) ἑκάστου deest in Ald. 25) Sarac. ἀφ᾽ ἑαυτοῦ sine auctoritate.
26) Ald., Asul., Cornar. σύμφυλλον. Cod. X. ἔμφυλον.
27) Loco οὖν, quod Asul. primus, δὲ habet Ald.
28) Cod. X. προςῆκεν.

derimus, alia vero partim e concordi apud omnes historia, partim ex eorum indagatione, quae apud singulos essent domestica, perdidicerimus, operam dabimus, ut et diverso ab aliis ordine utamur, et tum genera tum vires uniuscuiusque describamus.

Necessariam quidem esse doctrinam de medicamentis, omnibus est manifestum, ut quae toti sit arti coniuncta omnibusque eius partibus praesentissimum exhibeat auxilium. Quin et ars ipsa e praeparationibus, mixturis experimentisque quae in morbis instituuntur, augmenta capere potest, plurimum ad id conferente singulorum medicamentorum cognitione. Praeterea vero et familiarem vulgatamque complectemur materiem, quo scriptio evadat omnibus numeris absoluta.

Igitur ante omnia studendum est, singula suis quaeque temporibus tum legantur tum etiam reponantur. Nam ad horum rationem medicamenta vel efficacia sunt vel penitus exolescunt. Siquidem serena coeli constitutione legere

μεγάλη γὰρ κᾂν τούτῳ[29] ὑπάρχει διαφορὰ[30], τῶν αὐχμῶν ἢ ὄμβρων γενομένων[31] τὴν συλλογὴν ποιεῖσθαι· ὥςπερ τὸ καὶ ὀρεινοὺς καὶ ὑψηλοὺς[32] καὶ διαπνεομένους καὶ ψυχροὺς καὶ ἀνύδρους εἶναι τοὺς τόπους. ἰσχυρότεραι γάρ εἰσιν αἱ δυνάμεις αὐτῶν. αἱ δὲ ἐν πεδινοῖς καὶ καθύγροις καὶ κατασκίοις καὶ μὴ διαπνεομένοις ἀτονώτεραι[33] κατὰ τὸ πλεῖστον, καὶ μᾶλλον αἱ καθ' ὥραν εὐκαίρως συλλεγεῖσαι, ἢ δι' ἀσθένειαν ἐφθικυῖαι[34]. Οὐκ ἀγνοητέον μέντοι, ὅτι τὰ τοιαῦτα πολλάκις[35] παρὰ τὴν ἰδιότητα τῆς χώρας καὶ παρὰ τὴν σύγκρασιν τοῦ ἔτους τάχιον ἢ βράδιον ἀκμάζει. ἔνια δὲ παρὰ τὴν αὐτῶν[36] ἰδιότητα ἐν χειμῶνι ἄνθη τε καὶ φύλλα φέρει, τινὰ δὲ καὶ δὶς τοῦ ἔτους ἀνθοφορεῖ. Τὸν δὲ βουλόμενον ἐν τούτοις ἐμπειρίαν ἔχειν, δεῖ κατά γε[37] τὴν ἀρτιφυῆ βλάστησιν ἐκ τῆς γῆς καὶ[38] ἀκμάζουσι καὶ παρακμάζουσι[39] παρατυγχάνειν· οὔτε γὰρ ὁ τῇ βλαστήσει[40] ἐντετυχηκὼς[41] μόνον δύναται τὸ ἀκμάζον γνωρίσαι, οὔτε ὁ

29) Ald. *καὶ τούτων.* 30) Ald. interponit *παρὰ τὸ.*
31) Cod. C. N. X. *προγεγενημένων.*
32) In Ald. deest *καὶ ὑψηλοὺς.* 33) Ald. *ἀδυνατώτεραι.*
34) Ald. *ἐφθινηκυῖαι.*
35) Sic Cod. C. N. X. . . Ald. et quae sequuntur *πολλάκις ταῦτα.*
36) Sic Cod. C. N. X. . . Ald. et edit. *ἑαυτῶν.*
37) Sic Ald., Asulan., Cornar., Goupyl. *κατάτε* Saracen.
38) *καὶ* deest in Ald. 39) Ald. *παρηκμακόσι.*
40) Ald. *βλάστῃ.* 41) Cod. X. *ἐντετευχώς.*

illa oportet, magnique est discriminis, sicca an pluvia tempestate colligantur: sicut et interest, loca esse montosa, edita, ventis pervia, frigida et arida: talium enim medicamentorum fortiores sunt facultates. At quae in campestribus, humidis, umbrosis ventoque minime perviis colliguntur, plerumque imbecilliora, multoque magis, si nec idoneo tempore collecta fuerint aut propter languorem iam marcuerint. Sed nec illud ignorandum est, ea saepenumero pro loci proprietate annique temperie citius tardiusve adolescere. Nonnulla autem peculiari quadam indole per hyemem flores ferunt ac folia: sunt et quaedam bis anno florifera. Si quis vero in his cupiverit peritiam assequi, debet et protinus e terra germinantibus et adolescentibus et decrescentibus adesse. Nec enim, qui pullulanti tantum herbae astiterit, eamdem adultam nosse po-

ἑωρακώς τι ἀκμάζον[42] τὸ ἀρτιφυὲς ἐπιγνῶναι. παρὰ γὰρ τοὺς μετασχηματισμοὺς τῶν φύλλων καὶ τὰ μεγέθη τῶν καυλῶν καὶ ἀνθῶν καὶ καρπῶν καί τινας ἄλλας ἰδιότητας μεγάλη πλάνη γίνεται ἐπ' ἐνίων[43] τοῖς μὴ οὕτω τὴν θέαν ποιησαμένοις. Παρὰ ταύτην γοῦν τὴν αἰτίαν τινὲς τῶν ἀναγραψάντων[44] ἐπλανήθησαν, εἰπόντες, τινὰ μήτε ἄνθη μήτε καυλὸν, μήτε καρπὸν φέρειν, καθάπερ ἐπὶ τῆς ἀγρώστεως καὶ βηχίου καὶ πενταφύλλου. ὁ δὲ πολλάκις ἐντετευχὼς[45] αὐτοῖς καὶ ἐν πολλοῖς τόποις μάλιστα τὴν ἐπίγνωσιν ποιήσεται. Χρὴ μέντοι εἰδέναι, ὅτι τινὰ[46] τῶν βοτανικῶν φαρμάκων ἐπὶ πολλὰ ἔτη διαμένει, οἷον ἐλλέβορος ὁ λευκὸς καὶ μέλας, τὰ δὲ λοιπὰ ἄχρι τριετίας, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστόν[47] ἐστιν εὔχρηστα[48]. τὰ μὲν οὖν ἐρνώδη[49], ὧν ἐστι στοιχὰς, χαμαίδρυς, πόλιον, ἀβρότονον, σέριφον, ἀψίνθιον, ὕσσωπον καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, συλλέγειν δεῖ ἐγκύμονα τῶν

42) Ald., Asulan., Cornar., Goupyl. τὰ ἀκμάζοντα.
43) Ald., Asulan., Cornar., Goupyl. ἐπ' ἐνίοις.
44) Sic Asulan. primus. Ald. ἀναγραψαμένων.
45) Sic Ald. ἐντετυχηκὼς Asulan. cum serioribus.
46) Sic coniecit probabiliter Jo. Bauhin.. Codd. et editt. omnes μόνα.
47) ὡς — πλεῖστον deest in Ald. ἐπειτοπλεῖστον Asulan. ἐπιτοπλεῖστον Cornar.
48) Sic Asul. ἄχρηστα Ald.
49) Ald. Ἃ μὲν οὖν ἐρνώδη ἐστὶ στιχάς Cornar. Ἃ μὲν οὖν εὐώδη ἐστί. Sic et Goupyl. Cod. Vatican. ἐρινώδι.

terit, nec qui adultam inspexerit, recens erumpentem agnoscere. Quo fit, ut propter mutatam foliorum faciem magnitudinem etiam caulium, florum fructuumque et id genus alias peculiares notas, magno in errore interdum versentur, qui non ita studiose singula contemplati sunt. Hanc nimirum ob caussam lapsi sunt varii scriptores, dum nonnullas nec flores nec caulem nec fructum producere asseverent, velut de gramine, de tussilagine et quinquefolio proditum est. Ergo qui saepius ac multis in locis illa observaverit, eorum etiam cognitionem praeprimis consequetur. Quin et illud scire convenit, sola [quaedam] ex herbarum medicaminibus in plures annos persistere, hellebori albi nigrique exemplo, reliqua vero, donec triennia sunt, plerumque esse utilia. Fruticosa autem, ut stoechas, chamaedrys, polium, abrotonum, seriphium, absinthium, hyssopum et id genus alia, dum

Cap. CVI. [*De Lauro.*] Laurus quaedam est tenui folio, alia latiori: utraque calefaciens et molliens. Itaque decoctum ex his insessu matricis ac vesicae vitiis convenit. Virentia folia aliquantulum astringunt: trita et illita vesparum apumque ictibus opitulantur. Omnem autem inflammationem potis est cum polenta et pane imposita mitigare. Pota vero stomachum gravant et vomitus cient. Lauri baccae magis quam folia calefaciunt. Proinde in

ἐκλειχόμεναι λεῖαι σὺν μέλιτι ἢ γλυκεῖ πρὸς φθίσιν καὶ ὀρθόπνοιαν καὶ τοὺς περὶ θώρακα ῥευματισμούς· πίνονται δὲ σὺν οἴνῳ πρὸς σκορπιοπλήκτους καὶ ἀλφοὺς δὲ σμήχουσι· τὸ δὲ πίεσμα αὐτῶν ὠταλγίαις καὶ δυσηκοίαις βοηθεῖ, σὺν οἴνῳ παλαιῷ καὶ ῥοδίνῳ ἐγχεόμενον· μίγνυται καὶ ἀκόποις καὶ συγχρίσμασι θερμαντικοῖς καὶ διαφορητικοῖς. Ὁ δὲ φλοιὸς τῆς ῥίζης αὐτῶν λίθους θρύπτει καὶ ἔμβρυα κτείνει καὶ ἡπατικοὺς ὠφελεῖ, τριωβόλου πλῆθος σὺν οἴνῳ εὐώδει πινόμενος.

Κεφ. ρζʹ. [*Περὶ Πλατάνου.*] *Πλατάνου τὰ τρυφερὰ τῶν φύλλων ἑψηθέντα ἐν οἴνῳ καὶ καταπλασθέντα στέλλει ῥεύματα ὀφθαλμῶν· κουφίζει δὲ καὶ τὰ οἰδήματα καὶ φλεγμονάς· ὁ δὲ φλοιὸς ἑψηθεὶς ἐν ὄξει, ὀδονταλγίας ἐστὶ διάκλυσμα· τὰ δὲ σφαιρία χλωρὰ σὺν οἴνῳ ποθέντα, ἑρπετοδήκτοις βοηθεῖ, ἀναληφθέντα δὲ στέατι πυρίκαυστα θεραπεύει· ὁ δὲ χνοῦς τῶν φύλλων καὶ τῶν σφαιρίων ἀκοὴν καὶ ὄψιν ἐμπεσὼν λυμαίνεται.*

Κεφ. ρηʹ. [*Περὶ Μελίας.*] *Μελία δένδρον ἐστὶ γνώριμον, οὗ τῶν φύλλων ὁ χυλὸς καὶ αὐτὰ σὺν οἴνῳ πινόμενα*

eclegmate tritae cum melle aut passo prosunt tabi, orthopnoeae ac thoracis rheumatismis. Contra scorpionum ictus ex vino bibuntur, et vitiligines detergunt. Expressus ex iis succus aurium doloribus auditusque gravitati auxiliatur, cum vino vetere et rosaceo instillatus. Inseritur et acopis et unguentis tum calefacientibus tum discutientibus. Cortex denique radicis calculos comminuit, fetus interimit, hepaticis prodest, tribus obolis in vino odorato potus.

Cap. CVII. [*De Platano.*] Tenerrima platani folia vino cocta et imposita oculorum fluxiones compescunt: leniunt etiam oedemata et inflammationes. Cortex in aceto coctus ad dentium dolores colluitur. Fructus globosi virides cum vino poti serpentium morsibus adminiculo sunt: exceptae autem adipe ambusta sanant. Lanugo autem foliorum fructuumque (in aures oculosque) illapsa visum auditumque laedit.

Cap. CVIII. [*De Fraxino.*] Fraxinus est arbor nota, cuius foliorum succus et ea ipsa tum in vino pota

καὶ καταπλασσόμενα ἐχιοδήκτοις βοηθεῖ· ὁ δὲ φλοιὸς καεὶς καὶ καταχρισθεὶς μεθ' ὕδατος λέπρας ἀφίστησι· τὰ δὲ τορνεύματα τοῦ ξύλου ποθέντα φασὶν ἀναιρετικὰ εἶναι.

Κεφ. ρθ'. [Περὶ Λεύκης.] Λεύκης τοῦ δένδρου ὁ φλοιὸς ποθεὶς ὅσον οὐγγίας μιᾶς πλῆθος ἰσχιάδας ὠφελεῖ καὶ στραγγουρίας· ἱστορεῖται δὲ καὶ ἀτόκιος εἶναι, ποθεὶς μετὰ ἡμιόνου νεφροῦ· καὶ τὰ φύλλα δὲ πινόμενα μετὰ κάθαρσιν σὺν οἴνῳ τὸ αὐτὸ δρᾷν λέγεται· ὠφελεῖ καὶ ὠταλγίας ὁ χυλὸς τῶν φύλλων χλιαρὸς ἐνσταζόμενος· τὰ δὲ κατὰ τὴν ἐκβλάστησιν τῶν φύλλων σφαιρία λεῖα μετὰ μέλιτος ἐγχριόμενα ἀμβλυωπίας[56] θεραπεύει· ἔνιοι δὲ ἱστοροῦσι τὸν φλοιὸν τῆς λεύκης καὶ τῆς αἰγείρου τμηθέντα εἰς λεπτὰ μεγέθη καὶ σπαρέντα πρασιαῖς κεκοπρισμέναις ἐν παντὶ καιρῷ μύκητας ἐδωδίμους φύειν.

Κεφ. ρι' (ριγ'). [Περὶ Αἰγείρου.][57] Αἰγείρου τὰ φύλλα μετ' ὄξους καταπλαττόμενα ποδαγρικὰς ὀδύνας ὠφελεῖ· ἡ δὲ ἐξ αὐτῆς ῥητίνη μίγνυται μαλάγμασιν· ὁ δὲ καρ-

56) Sambuc. αἰγίλωπας.

57) Naturaliter nexum hoc caput in cod. C. N. sequitur, vulgo post duo capita interposita.

tum imposita viperarum morsibus opitulantur. Cortex ustus et ex aqua illitus lepras removet. Ligni tornati scobes potae letales perhibentur.

Cap. CIX. [*De Populo alba.*] Populi albae cortex unciae unius pondere potus ischiadicis et stranguriae prodest. Traditur et conceptum prohibere, si cum mulino rene propinatur. Sed et folia post purgationes pota idem praestare dicuntur. Tepidus quoque foliorum succus auribus dolentibus utiliter instillatur. Amenta vero, quae, dum folia germinant, erumpunt, trita et cum melle illita oculorum habetudini medentur. Nec desunt, qui memoriae tradiderint, et albae et nigrae populi corticem in tenuia frusta concisum ac stercoratis areolis inspersum, quavis anni tempestate fungos proferre edules.

Cap. CX. (CXIII.) [*De Populo nigra.*] Populi nigrae folia ex aceto imposita in podagricis doloribus expediunt: quae vero ex ea manat resina, malagmatis admi-

πὸς μετ' ὄξους πινόμενος ἐπιληπτικοὺς ὠφελεῖ· ἱστορεῖται δὲ ὅτι τὸ ἐξ αὐτῶν δάκρυον κατὰ τὸν Ἠριδανὸν ποταμὸν καταχεόμενον πήγνυται καὶ γίνεται τὸ καλούμενον ἤλεκτρον, ὑπ' ἐνίων δὲ χρυσοφόρον· εὐῶδες ἐν τῇ παρατρίψει καὶ χρυσοειδὲς τῷ χρώματι, ὅπερ πινόμενον λεῖον, στομάχου καὶ κοιλίας ῥεῦμα ἵστησι.

Κεφ. ρια' (ρι'). [Περὶ Μάκερος.] Μάκερ φλοιός ἐστι κομιζόμενος ἐκ τῆς βαρβάρου, ὑπόξανθος, παχὺς, στύφων ἱκανῶς κατὰ τὴν γεῦσιν· πίνεται δὲ πρὸς αἵματος πτύσιν καὶ δυσεντερίας καὶ κοιλίας ῥευματισμόν.

Κεφ. ριβ' (ρια'). [Περὶ Πτελέας.][58] Πτελέας τὰ φύλλα καὶ οἱ ἀκρέμονες καὶ ὁ φλοιὸς στυπτικά· ποιεῖ δὲ τὰ φύλλα πρὸς λέπραν λεῖα σὺν ὄξει ἐπιπλαττόμενα, καὶ τραύματα κολλᾷ, μᾶλλον δὲ ὁ φλοιὸς ἀντὶ ἐπιδέσμου περιειλούμενος· ἔστι γὰρ ἱμαντώδης· ὁ δὲ παχύτερος φλοιὸς σὺν οἴνῳ ἢ ὕδατι ψυχρῷ ποθεὶς, ὅσον οὐγγίας α' πλῆθος, ἄγει φλέγμα· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ τῶν φύλλων ἢ τοῦ φλοιοῦ τῶν ῥιζῶν κατ-

58) Hoc et sequens caput desiderantur in nonnullis codicibus. In cod. X. et Ald. tamen adsunt, adscripto illic *Κρατεύου τοῦ ῥιζοτόμου.*

scetur. Fructus cum aceto potus epilepticos iuvat. Fertur eius lacrima, quae secundum Padum amnem destillat, concrescere, fierique succinum, quod nonnullis et chrysophorum dicitur. Attritu id iucundum spirat odorem et colore aurum aemulatur. Tritum potumque stomachi alvique fluxiones sistit.

Cap. CXI. (CX.) [*De Macere.*] Macer cortex est e barbarica (regione) advectus, subflavus, crassus gustuque perquam astringens. Bibitur is adversus sanguinis sputa, dysenterias et alvi fluxiones.

Cap. CXII. (CXI.) [*De Ulmo.*] Ulmi et folia et rami ipseque cortex vim habent astringentem. Folia trita ex aceto ad lepram efficaciter illinuntur, et vulnera glutinant; magis etiam cortex, si fasciae loco circumvolvatur: est enim lori in modum flexilis. Crassior autem cortex in vino aut aqua frigida unciae pondere potus pituitam educit. Quin et decoctum foliorum et radicum

αντλούμενον, κάταγμα πωροῖ τάχιον· τὸ δὲ ἐν ταῖς φύσκαις[59] *κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν εὑρισκόμενον ὑγρὸν στίλβει πρόςωπον ἐπιχριόμενον· ξηραινόμενον δὲ τὸ ὑγρὸν τοῦτο, ἀναλύεται εἰς θηρία κωνοπροειδῆ. Λαχανεύεται δὲ τὰ πρόςφατα τῶν φύλλων ἑψόμενα εἰς προσοψήματα.*

Κεφ. ριγ΄ (ριβ΄). [Περὶ σαπρότητος ξύλων.] Ἡ δὲ ἀπὸ τῶν παλαιῶν ξύλων καὶ πρέμνων σαπρία συνισταμένη ὥςπερ ἄλευρον, καταπλασσομένη ἀνακαθαίρει καὶ ἀπουλοῖ ἕλκη· τὰ δὲ ἑρπυστικὰ ἐπέχει σὺν ἴσῳ ἀνίσῳ φυραθεῖσα καὶ οἴνῳ, ἐν ὀθόναις τε καθεῖσα καὶ λεῖα καταπλασσομένη.

Κεφ. ριδ΄. [Περὶ Καλάμων.] Καλάμων ὁ μέν τις καλεῖται ναστὸς, ἐξ οὗ τὰ βέλη γίνεται· ὁ δέ τις θῆλυς, ἐξ οὗ αἱ γλῶτται τοῖς αὐλοῖς κατασκευάζονται· ἄλλος δὲ συριγγίας, πολύσαρκος[60]*, πυκνογόνατος, εἰς βιβλιογραφίαν ἐπιτήδειος· ὁ δέ τις παχὺς καὶ κοῖλος, παρὰ ποταμοῖς φυόμενος, ὃς καὶ δόναξ καλεῖται, ὑπό τινων δὲ κύπριος· καὶ ἕτερος φραγμίτης, λεπτὸς, ὑπόλευκος, πᾶσι γνώριμος, οὗ ἡ ῥίζα καταπλασθεῖ-*

59) Vulgo *φύσαις*.
60) C. *παχύσαρκος*.

corticis, si fotus gratia perfunditur, ossa fracta celerius callo obducit. Latex autem, qui in folliculis sub prima germinatione invenitur, faciei illitus nitorem inducit. Qui dum siccescit, in animalcula culicibus similia resolvitur. Ceterum recentia folia ad opsonia olerum more adhibentur.

Cap. CXIII. (CXII.) [*De carie lignorum.*] Quae vero caries e veteribus lignis truncisque velut farina colligitur, illita ulceribus ea repurgat et ad cicatrices perducit. Serpentia cohibet cum pari aniso et vino subacta itidemque trita, linteis indita et imposita.

Cap. CXIV. [*De arundinibus.*] Arundinum species quaedam farcta vocatur, e qua sagittae conficiuntur: altera femina, e qua lingulae tibiarum parantur. Alia fistulatoria, carnosa, geniculis crebris, ad scriptionem accommodata. Alia porro crassa et cava, ad fluvios nascens, quae etiam donax et a nonnullis cypria dicitur. Est et alia phragmites, gracilior, candicans, vulgo nota; cuius radix

σα λεία καὶ καθ' ἑαυτὴν καὶ σὺν βολβοῖς, ἐπισπᾶται σκόλοπας καὶ ἀκίδας· σὺν ὄξει δὲ στρέμματα καὶ ὀσφύος ἀλγήματα παρηγορεῖ· τὰ δὲ φύλλα χλωρὰ κοπέντα καὶ ἐπιτεθέντα ἐρυσιπέλατά τε καὶ τὰς ἄλλας φλεγμονὰς ἰᾶται· ὁ δὲ φλεὼς[61] ἀλωπεκίας θεραπεύει καεὶς καὶ μετ' ὄξους καταπλασθείς· ἡ δὲ ἀνθήλη τῶν καλάμων ἐμπεσοῦσα εἰς τὰς ἀκοὰς, κώφωσιν ἐργάζεται· δύναται δὲ τὰ αὐτὰ καὶ ὁ κύπριος λεγόμενος κάλαμος ποιεῖν.

Κεφ. ριέ. [Περὶ Παπύρου.] Πάπυρος γνώριμός ἐστι πᾶσιν, ἀφ' ἧς ὁ χάρτης κατασκευάζεται· εὐχρηστεῖ δὲ πρὸς τὴν ἐν ἰατρικῇ χρῆσιν, πρὸς ἀναστόμωσιν συρίγγων σκευασθεῖσα διάβροχος[62], περιειλουμένου λίνου[63] ἄχρι ξηρασίας· στεγνουμένη[64] γὰρ καὶ καθιεμένη ἐμπίπλαται ὑγρασίας καὶ ἐξοιδοῦσα διανοίγει τὰς σύριγγας· ἔχει δέ τι ἡ ῥίζα αὐτῆς καὶ τρόφιμον[65]· διαμασσώμενοι γοῦν αὐτὴν οἱ ἐν Αἰγύπτῳ, ἀποχυλίζουσιν ἐκπτύοντες τὸ διαμάσσημα· χρῶνται δὲ καὶ ἀντὶ

61) Vulgo φλοιὸς, qui nullus in arundinibus, sed φλεὼς dicebatur Theophr. hist. 4, 10.

62) Marcell. et Cornar. σκελετευθεῖσα. Sambuc. δίβροχος.

63) C. ὑαλίνου.

64) Sic C. N. Vulgo στενουμένη.

65) P. γλυκυτρόφιμον.

contrita ac tum per se tum cum bulbis imposita, spicula aculeosque e corpore extrahit. Ex aceto vero luxatis lumborumque doloribus blanditur. Folia vero virentia tusa et imposita tum erysipelatis tum aliis medentur inflammationibus. Arundo, phleos dicta, usta et ex aceto illita calvities sanat. Panicula denique arundinum si aures intraverit, surditatem producit. Eadem autem praestare valet, quae cypria arundo appellatur.

Cap. CXV. [*De Papyro.*] Papyrus nulli non cognita, e qua charta paratur. Praecipuae vero est in medicina utilitatis ad laxanda fistularum orificia, si praeparata fuerit, hoc est, liquore quopiam macerata lino fuerit obvoluta, donec inaruerit. Ita enim compacta atque immissa humore completur, et intumescens fistulas aperit. Habet porro radix alimenti aliquid, quo fit, ut commanducantes eam Aegyptii succum exsugant, exsputo eo, quod commansum est. Ipsis quoque radicibus iidem pro ligno utuntur.

ξύλων αὐταῖς· ἡ δὲ κεκαυμένη πάπυρος ἄχρι τεφρώσεως δύναται νομὰς ἐπέχειν τὰς ἐν στόματι καὶ παντὶ μέρει· βέλτιον δὲ ὁ χάρτης καεὶς δρᾷ τὸ τοιοῦτον.

Κεφ. ρις΄. [Περὶ Μυρίκης.] Μυρίκη δένδρον ἐστὶ γνώριμον, παρὰ λίμναις καὶ τοῖς στασίμοις ὕδασι[66] φυόμενον, καρπὸν ὥςπερ ἄνθος φέρουσα βρυῶδες κατὰ τὴν σύστασιν. Γεννᾶται δέ τις ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Συρίᾳ ἥμερος, μετὰ τὰ ἄλλα ὁμοία τῇ ἀγρίᾳ· καρπὸν φέρουσα ἐμφερῆ κηκίδι, ἀνωμάλως στύφοντα κατὰ τὴν γεῦσιν, ἁρμόζοντά τε ἀντὶ κηκίδος εἰς τὰ στοματικὰ καὶ ὀφθαλμικὰ καὶ πρὸς αἵματος πτύσεις ἐν ποτῷ, καὶ κοιλιακαῖς καὶ ῥοϊκαῖς γυναιξὶν, ἰκτέρῳ τε καὶ φαλαγγιοδήκτοις· οἰδήματά τε στέλλει καταπλασθείς· καὶ ὁ φλοιὸς δὲ τὰ αὐτὰ ποιεῖ τῷ καρπῷ. Τῶν δὲ ῥιζῶν[67] τὸ ἀφέψημα σὺν οἴνῳ ποθὲν σπλῆνα τήκει, καὶ ὀδονταλγίαις βοηθεῖ διακλυζόμενον, ἐγκάθισμά τε ῥοϊκαῖς, καὶ περίχυμα τοῖς φθεῖρας καὶ κόνιδας γεννῶσιν ἐπιτήδειον· καὶ ἡ ἀπὸ τῶν ξύλων τέφρα προστεθεῖσα ῥεῦσιν ἐκ μήτρας στέλλει· κατασκευάζουσι

66) C. ἐν ἐνύδροις τόποις.
67) Sic C. N. X. Vulgo φύλλων.

Ad usta papyrus dum in cinerem redacta fuerit, depascentia ulcera, cum omnium partium, tum oris maxime cohibet. Verum melius id combusta charta praestat.

Cap. CXVI. [*De Tamarice.*] Tamarix nota est arbor, ad paludes stagnantesque aquas nascens, fructum sicut florem ferens amentaceum in compositione. Gignitur et in Aegypto Syriaque sativa quaedam, cetera sylvestri similis, at fructum ferens gallae proximum, gustu inaequaliter astringentem, quique vice gallae ad oris oculorumque medicamenta accommodatur. Datur et ad sanguinis exscreationes in potu, coeliacis quoque et feminis profluvio laborantibus, nec non et contra morbum regium phalangiorumque morsus. Impositus etiam oedemata cohibet. Cortex eadem, quae fructus, praestat. At radicum decoctum in vino potum lienem liquat, et ore collutum ad dentium dolores salutare est. Quin et insessu mulieribus et circumfusum iis, qui pedunculos lendesque gignunt, prodest. Sed et ligni cinis appositus profluvia ex utero

δὲ ἔνιοι καὶ κύλικας ἐκ τοῦ πρέμνου, αἷς ἐπὶ τῶν σπληνικῶν χρῶνται ἀντὶ ποτηρίων, ὡς τοῦ δι' αὐτῶν πόματος ὠφελοῦντος.

Κεφ. ριζ'. [Περὶ Ἐρείκης.] Ἐρείκη δένδρον ἐστὶ θαμνῶδες, ὅμοιον μυρίκῃ, μικρότερον δὲ πολλῷ, οὗ τῷ ἄνθει μέλιτται χρώμεναι μέλι ἐργάζονται οὐ σπουδαῖον [68]· ταύτης ἡ κόμη καὶ τὸ ἄνθος καταπλασσόμενα ἑρπετῶν δήγματα ἰᾶται.

Κεφ. ριη'. [Περὶ Ἀκακαλίδος.] Ἀκακαλὶς θάμνου καρπός ἐστι γεννωμένου ἐν Αἰγύπτῳ, ἐοικὼς κατά τι τῷ μυρίκης καρπῷ· οὗ τὸ ἀπόβρεγμα μίγνυται κολλυρίοις τοῖς πρὸς ὀξυδορκίαν [69] ἁρμόζουσιν.

Κεφ. ριθ'. [Περὶ Ῥάμνου.] Ῥάμνος [οἱ δὲ περσεφόνιον, οἱ δὲ λευκάκανθα, Ῥωμαῖοι σπίνα ἄλβα, οἱ δὲ σπίνα κερβάλις, Ἀφροὶ ἀταδὶν] θάμνος ἐστὶ [70] περὶ φραγμοὺς φυόμενος, ῥάβδους ἔχων ὀρθὰς καὶ ὀξείας ἀκάνθας, ὥςπερ ἡ ὀξυάκανθα, φύλλα δὲ μικρὰ [71], ὑπομήκη, ὑπολίπαρα, μαλακά. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα [72] λευκοτέρα· καὶ τρίτη μελάντερα

68) Vulgarem lectionem tuetur Oribas. Ceterum cod. C. N. habent ἐν σπουδῇ.

69) Cod. C. N. addunt καὶ ἀμβλυωπίαν.

70) Ὀρθὸς cod. N.; ὀξὺς interpositum habet cod. C., neque tamen Oribas. neque Paullus, ut Sarac. affirmat.

71) Marc. μακρά.

72) Παρὰ ταύτην habet Sarac., sed carent hoc additamento et codd. C. N. et editt. Aldin., Asulan., Cornar.

sistit. Nonnulli et calyces e trunco fabricantur, quibus poculorum vice splenetici utantur, ceu datus in eiusmodi vasis potus lieni prosit.

Cap. CXVII. [*De Erica.*] Erica est arbor fruticosa, tamarici similis, at longe minor, cuius flore dum utuntur apes, mel minime probatum efficiunt. Huius coma et flos illita serpentium morsibus medentur.

Cap. CXVIII. [*De Acacalide.*] Acacalis fructus est nascentis in Aegypto fruticis, tamaricis fructui quadantenus similis, cuius infusum miscetur collyriis, quae visus claritati conveniunt.

Cap. CXIX. [*De Rhamno.*] Rhamnus [alii persephonion aut leucacanthan, Romani spinam albam sive cerbalin, Afri atadin] est frutex circa sepes nascens, virgas gerens rectas spinasque acutas, sicut oxyacantha, folia autem parva, oblonga, pinguiuscula ac mollia. Est et altera albidior,

ἔχουσα τὰ φύλλα καὶ πλατύτερα σὺν τῷ ἠρέμα ἐρυθραίνεσθαι, ῥάβδους μακρὰς πηχέων ὡς πέντε καὶ μᾶλλον ἀκανθώδεις, ἧττον δὲ στερεὰς καὶ ἐπάκμους ἔχει τὰς ἀκάνθας· καρπὸς δὲ πλατὺς, λευκὸς, λεπτὸς, ὡς θυλακώθης, ἐοικὼς σφονδύλῳ[73]. Ποιεῖ δὲ πασῶν τὰ φύλλα πρὸς ἐρυσιπέλατα καὶ ἕρπητας καταπλασσόμενα. Λέγεται δὲ καὶ κλῶνας αὐτῆς θύραις ἢ θυράσι προστεθέντας ἀποκρούειν τὰς τῶν φαρμάκων κακουργίας.

Κεφ. ρκ΄. [Περὶ Ἁλίμου.] Ἅλιμος, [οἱ δὲ ἔρυμον[74], οἱ δὲ βρεττανική, οἱ δὲ ῥαβδίον, οἱ δὲ βασίλειον, προφῆται Ἑρμοῦ βάσις, ὁμοίως σάψις[75], οἱ δὲ Ὀσίριδος διάδημα, οἱ δὲ ἡλίου στέφανος[76], οἱ δὲ ἱερὸς καυλὸς, Πυθαγόρας ἀνθήνορος, Αἰγύπτιοι ἀσοντιρὶ, οἱ δὲ ἄσφη, οἱ δὲ ἀσελλοήρη[77], οἱ δὲ ἀσαριφὴ, Ῥωμαῖοι ἀλβούκιουμ, οἱ δὲ ἀμπουλλάκιαμ[78]] θάμνος ἐστὶ φραγμίτης, ὅμοιος ῥάμνῳ, ὑπόλευκος, οὐκ ἔχων ἀκάνθας· φύλλα δὲ ἐλαίᾳ παραπλήσια,

73) Σφονδυλίῳ Goup., ἀσφοδέλῳ Ald.

74) Quod interponunt δαμασσώνιον, manifesto pertinet ad ἄλισμα lib. 3, 169. propter sonum similem cum ἁλίμῳ commutatum.

75) Sic C. N.; σαψοῖς Ald., Asulan.

76) Sic C.; ἡλιστέφανος vulgo.

77) Sic N.; ἀσεαλουρὶ vulgo.

78) Sic C. N.; ἀμπελούκιαμ vulgo.

itemque tertia nigrioribus, latioribus et subrubescentibus foliis, virgis quinos ferecubitos longis, spinosioribus quidem, sed minus firmas habens et validas spinas. Fructus est latus, candidus, tenuis, folliculi prope figura, vertebrae similis. Omnium folia erysipelatis herpetibusque efficaciter illinuntur. Feruntur et huius rami ianuis fenestrisve appositi veneficorum maleficia depellere.

Cap. CXX. [*De Halimo.*] Halimus [quem alii erymon, alii britannicam, alii rhabdion aut basilion, prophetae Mercurii basin aut sapsis, alii Osiridis diadema vel solis coronam, nonnulli caulem sanctum, Pythagorei anthenoros, Aegyptii asontiri, asphi, aselloiri, asariphi, Romani albucum aut ampullaceam vocant] frutex est sepibus inserviens, rhamno similis, albidus, inermis. Folia habet oleae similia, latiora tamen et molliora. Nascitur

πλατύτερα μέντοι καὶ ἁπαλώτερα· φύεται ἐν παραθαλασσίοις καὶ φραγμοῖς· λαχανεύεται δὲ αὐτῆς τὰ φύλλα, ἑψόμενα εἰς βρῶσιν· τῆς δὲ ῥίζης < α´ ὁλκὴ ποθεῖσα σὺν μελικράτῳ σπάσματα, ῥήγματα καὶ στρόφους πραΰνει, καὶ γάλα κατασπᾷ[79].

Κεφ. ρκα´. [Περὶ Παλιούρου.] Παλίουρος γνώριμός ἐστι θάμνος, ἀκανθώδης, στερεὸς, οὗ τὸ σπέρμα λιπαρὸν καὶ λινοειδὲς[80] εὑρίσκεται· ὅπερ πινόμενον βῆξιν ἀρήγει καὶ τοὺς ἐν κύστει λίθους θρύπτει καὶ πρὸς ἑρπετῶν δήγματα ποιεῖ· τὰ δὲ φύλλα καὶ ἡ ῥίζα στυπτικὰ, ὧν τὸ ἀφέψημα ποθὲν κοιλίαν ἵστησιν, οὖρά τε ἄγει, καὶ θανασίμοις καὶ θηριοδήκτοις βοηθεῖ· διαφορεῖ δὲ πάντα τὰ πρόσφατα φύματα καὶ οἰδήματα ἡ ῥίζα λεία ἐπιπλασθεῖσα.

Κεφ. ρκβ´. [Περὶ Ὀξυακάνθης.] Ὀξυάκανθα· οἱ δὲ πυρίναν, οἱ δὲ πυρακάνθην[81] καλοῦσι· δένδρον ἐστὶ παραπλήσιον ἀχράδι, μικρότερον δὲ καὶ ἀκανθῶδες ἄγαν· καρπὸν δὲ φέρει μύρτῳ ἐμφερῆ, ἁδρὸν, ἐρυθρὸν, εὔθρυπτον, ἔνδο-

79) Omisso hoc ultimo cod. C. habet eadem, sed paullo mutatis verbis.

80) Coniectura Saraceni, pro λιγνυῶδες vulgari. Cf. Theophr. hist. 3, 18. Agathocles apud Athen. 14. p. 363. Schw.

81) Bene sic Salmas. loco Ald. πιτυάνθην; alii πυτυάνθην. Posset et legi πυξακάνθην.

in maritimis ac sepibus. Eius folia ciborum gratia olerum modo coquuntur. Radix vero drachmae pondere in aqua mulsa pota convulsa, rupta et tormina mitigat ac lac attrahit.

Cap. CXXI. [*De Paliuro.*] Paliurus est frutex vulgo notus, aculeatus, solidus, cuius semen pingue et lini (seminis) aemulum reperitur: quod quidem potum tussi opitulatur, vesicae calculos comminuit et serpentium morsibus adversatur. Folia et radix astringunt, quorum decoctum potum alvum sistit, urinas ducit et contra venena venenatorumque morsus auxiliatur. Radix vero trita et imposita recentia quaevis tubercula et oedemata discutit.

Cap. CXXII. [*De Oxyacantha.*] Oxyacantha, quam alii pyrinam, alii pyracanthem vocant, arbor est pyro sylvestri similis, sed minor et valda spinosa. Fructum profert myrti baccas referentem, plenum, rubrum, tritu fa-

θεν πυρῆνα ἔχοντα, ῥίζαν πολυσχιδῆ καὶ βαθεῖαν· τούτου ὁ καρπὸς διάῤῥοιαν ἵστησι καὶ ῥοῦν γυναικεῖον πινόμενος καὶ ἐσθιόμενος. Ἡ δὲ ῥίζα καταπλασθεῖσα λεία, σκόλοπας καὶ ἀκίδας ἐπισπᾶται· ἱστορεῖται δὲ δύνασθαι τὴν ῥίζαν καὶ ἐκτρωσμοὺς ἐργάζεσθαι, τῆς κοιλίας ἥσυχῆ τρὶς πληχθείσης ἢ χρισθείσης.

Κεφ. ρκγ΄. [Περὶ Κυνοςβάτου.] Κυνόςβατον, οἱ δὲ ὀξυάκανθαν καλοῦσι· θάμνος ἐστὶ βάτου πολλῷ μείζων, δενδρώδης· φύλλα φέρει πολλῷ πλατύτερα μυρσίνης[82], ἀκάνθας δὲ περὶ ταῖς ῥάβδοις ἰσχυρὰς, ἄνθος λευκὸν, καρπὸν ἐπιμήκη, πυρῆνι ἐλαίας ἐοικότα, ἐν τῷ πεπαίνεσθαι πυῤῥὸν, τὰ δὲ ἐντὸς ἐριώδη· ἵστησι δὲ κοιλίαν ὁ καρπὸς ξηρὸς, δίχα τοῦ ἐν αὐτῷ ἐριώδους, κακωτικὸν γὰρ τῆς ἀρτηρίας τοῦτο, ἀποζεννύμενος ἐν οἴνῳ καὶ πινόμενος[83].

Κεφ. ρκδ΄. [Περὶ Κύπρου.] Κύπρος δένδρον ἐστὶ περὶ ταῖς ῥαβδοις φύλλα ἔχον ἐλαίᾳ[84] παραπλήσια, πλατύτερα[85] δὲ καὶ μαλακώτερα καὶ χλωρότερα, ἄνθη λευκὰ, βο-

82) C. ἐσχισμένα addit.
83) Aldinae lectionem, quam et Asulanus et Cornarius repetunt, ἀποζεννύμενον — πινόμενον e codice suo sic corrigit Andr. Lacuna.
84) C. ἐλαίας.
85) C. N. στενώτερα. Sed nostram lectionem Ald. tuetur Oribasius, etiamsi cum natura non satis congruat.

cilem, intus nucleo praeditum, radicem multifidam et profundam. Huius fructus tum potus tum comestus alvum sistit fluxumque muliebrem. Radix trita et illita aculeos spiculasque extrahit. Dicitur et radix abortus facere posse, si venter ea ter leniter feriatur aut perungatur.

Cap. CXXIII. [*De Cynosbato.*] Cynosbaton alii oxyacantham appellant. Frutex est rubo longe maior, arborescens. Folia fert multo latiora, quam myrtus, robustos, circa virgas aculeos, florem candidum, fructum oblongum, olivae nucleo similem, qui, dum maturescit, fulvus, intus vero lanuginosus conspicitur. Fructus arefactus, exemta interiore lanugine, quippe quae fistulam spiritalem offendit, in vino fervefactus potusque alvum sistit.

Cap. CXXIV. [*De Cypro.*] Cyprus est arbor foliis circa virgas oleae similibus, sed latioribus, mollioribus et viridioribus, floribus candidis, racemosis, odoratis,

τρυώδη[86], εὐώδη, σπέρμα μέλαν, ὅμοιον τῷ τῆς ἀκτῆς· γεννᾶται δὲ ἀρίστη ἐν τῇ Ἀσκάλωνι καὶ Κανώπῃ. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα στυπτικὴν, ὅθεν διαμασσηθέντα ἄφθας ἰᾶται, καὶ τὰς ἄλλας πυρώδεις φλεγμονὰς καταπλασθέντα ὠφελεῖ, καὶ ἄνθρακας· τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῶν πυρικαύστων κατάντλημα· ξανθίζει δὲ καὶ τρίχας[87] στρουθίου χυλῷ τὰ φύλλα λεῖα βραχέντα καὶ ἐγχρισθέντα· τὸ δὲ ἄνθος ἐπιπλασθὲν τῷ μετώπῳ λεῖον μετ' ὄξους, κεφαλαλγίας παύει[88]. Τὸ δὲ σκευαζόμενον ἐξ αὐτοῦ χρίσμα κύπρινον θερμαντικὸν γίνεται καὶ μαλακτικὸν νεύρων, εὐῶδες, ἐν τῷ προςλαμβάνειν πυρωτικὰ μίγματα.

Κεφ. ρκέ. [Περὶ Φιλλυρέας.] Φιλλυρέα δένδρον ἐστὶν ὅμοιον κύπρῳ κατὰ μέγεθος, φύλλα δὲ ἐλαίας ὅμοια, πλατύτερα δὲ καὶ μελάντερα· καρπὸν δὲ ἔχει σχίνῳ ἐμφερῆ, μέλανα, ὑπόγλυκυν, ὡς ἐν βότρυσι κείμενον· ἐν τραχέσι δὲ τόποις γεννᾶται· ταύτης τὰ φύλλα στύφει ὡς ἀγριελαία, ποιοῦντα πρὸς τὰ στύψεως δεόμενα· μάλιστα τοῖς ἐνστομίοις

86) Ex Oribas. et natura. Vulgo βρυώδη.
87) C. ὁ φλοιὸς ἔνδοθεν.
88) C. καὶ πυρετούς.

semine nigro, sicut sambuci. Optima nascitur in Ascalone et Canopo. Folia vim habent astringentem, quare manducata aphthis medentur, et tum aliis fervidis inflammationibus, tum carbunculis opitulantur. Decoctum ambustis affunditur. Luteos reddunt capillos trita et illita folia, quae in struthii succo maduerint. Flos ex aceto tritus frontique impositus capitis dolores sedat. Ceterum, quod ex eo paratur cyprinum unguentum, odoratum est, vimque asciscit calefaciendi nervosque molliendi, siquidem mixturis exaestuantibus additur.

Cap. CXXV. [*De Phillyrea.*] Phillyrea arbor est cyprum statura aequans, foliis oleaceis, sed latioribus et nigrioribus, fructu lentisci, nigro, subdulci, in racemis fere disposito. Locis asperis nascitur. Huius folia perinde ac oleastri astringunt, ad ea ergo faciunt, quae astrictionem poposcerint, maxime ad oris ulcera, tum com-

ἕλκεσι διαμάσσημα καὶ διάκλυσμα τὸ ἀφέψημα, καὶ πινόμενον δὲ οὖρα καὶ ἔμμηνα ἄγει.

Κεφ. ρκϛ΄. [Περὶ Κίστου.] Κίστος, ὃν ἔνιοι κίσθαρον ἢ κίσσαρον καλοῦσι, θάμνος ἐστὶν ἐν πετρώδεσι τόποις φυόμενος, πολύκλαδος, φυλλώδης, οὐχ ὑψηλὸς, φύλλα ἔχων περιφερῆ, στρυφνὰ[89], δασέα· ἄνθη ἄῤῥενος ὥςπερ ῥοιᾶς, ἐπὶ δὲ τοῦ θήλεος λευκά. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικήν· ὅθεν τὰ ἄνθη λεῖα πινόμενα δὶς τῆς ἡμέρας ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ δυςεντερίαις ἁρμόζει· καθ᾽ αὑτὰ δὲ καταπλασθέντα νομὰς ἐφίστησι· σὺν κηρωτῇ δὲ πυρίκαυστα καὶ παλαιὰ ἕλκη ἰᾶται.

Κεφ. ρκζ΄. [Περὶ Ὑποκιστίδος.] Φύεται δὲ παρὰ τὰς ῥίζας[90] τοῦ κίστου ἡ λεγομένη ὑποκιστὶς, ὑπ᾽ ἐνίων δὲ θρύβηθρον[91], [θυρσίον][92] [Ἄφροις φυλλεσάδε] ἢ κύτινος καλουμένη, ὅμοιόν τι κυτίνῳ ῥοιᾶς. Πόα ἐστὶν ἄφυλλος[93], τὸ μὲν αὐτῆς κιῤῥὸν, [τὸ δὲ χλωρὸν][94], τὸ δὲ λευκὸν, ὅπερ χυλί-

89) Omnium codicum, Galenii et Oribasii consensu. Temere Saracen. μέλανα.

90) C. ταῖς ῥίζαις.

91) Sic C. N., ῥόβιθρον Asulan., ὀρόβηθρον X., ῥόβηθρον Ald., Cornar., Sarac.

92) Cod. C.

93) Codd. C. N.

94) Deest in Oribas. et codd. C. N.

manducata, tum etiam, si decocto colluitur. Quin et potum decoctum urinas mensesque ciet.

Cap. CXXVI. [*De Cisto.*] Cistus, quem nonnulli cistharon aut cissaron vocant, frutex est in rupestribus locis nascens, ramosus, foliosus, haud procerus, foliis rotundis, austeris, hirsutis. Flores masculi punicae [similes], feminae albi. Vim habet astringentem, ideoque flores triti et ex vino austero bis die poti dysenteriis conferunt: ipsi vero per se illiti ulcera rodentia cohibent et cum cerato ambustis et ulceribus inveteratis medentur.

Cap. CXXVII. [*De Hypocistide.*] Nascitur ad radices cisti hypocistis dicta, a nonnullis vero thrybithron [thyrsion] [Afris phyllesade] cytinus appellata, quod similis est (flos) cytino punicae. Herba est foliis destituta, cuius pars fulva [alia viridis] pars albida est: e qua suc-

ζεται ὥσπερ ἡ ἀκακία. Ἔνιοι δὲ ξηράναντες αὐτὴν καὶ θλάσαντες, βρέχουσί τε καὶ ἕψουσι, καὶ τὰ ἄλλα ποιοῦσιν, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ λυκίου. Δύναμιν δὲ ἔχει τὴν αὐτὴν τῇ ἀκακίᾳ, στυπτικωτέραν δὲ καὶ ξηραντικωτέραν, ποιοῦσαν πρὸς κοιλιακοὺς, δυσεντερικοὺς, αἱμοπτοϊκοὺς, ῥοῦν γυναικεῖον, πινομένη καὶ ἐνιεμένη.

Κεφ. ρκη΄. [Περὶ Λαδάνου.] Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον εἶδος κίστου, καλούμενον ὑπ᾽ ἐνίων λῆδον, θάμνος κατὰ τὰ αὐτὰ φυόμενος τῷ κίστῳ· μακρότερα δὲ τὰ φύλλα ἔχει καὶ μελάντερα, λιπαρίας τινὰς κατὰ τὸ ἔαρ ἐπισπώμενα[95]· οὗ τῶν φύλλων ἡ δύναμις στυπτικὴ καθέστηκε, ποιοῦσα πρὸς ὅσα καὶ ὁ κίστος. Γίνεται δὲ ἐξ αὐτοῦ τὸ λεγόμενον λάδανον· τὰ φύλλα γὰρ αὐτοῦ νεμόμεναι αἱ αἶγες καὶ οἱ τράγοι τὴν λιπαρίαν ἀναλαμβάνουσι τῷ πώγωνι γνωρίμως, καὶ τοῖς μηροῖς προσπλαττομένην διὰ τὸ τυγχάνειν ἰξώδη, ἣν ἀφαιροῦντες ὑλίζουσι[96], καὶ ἀποτίθενται ἀναπλάσσοντες μαγίδας· ἔνιοι δὲ καὶ σχοινία ἐπισύρουσι τοῖς θάμνοις, καὶ τὸ προσπλασθὲν αὐτοῖς λίπος ἀποξύσαντες ἀναπλάσσουσιν· κρά-

95) C. ἐπισπώμενον.
96) Marc. ὡς μέλι διϋλίζουσι.

cus exprimitur, sicut acaciae. Sunt, qui eam arefactam contusamque macerent ac decoquant, reliquaque, ut in lycio, faciant. Vim habet eamdem, quam acacia, sed magis astringentem et exsiccantem. Prodest coeliacis, dysentericis et sanguinem exscreantibus, imo et fluxui muliebri tum pota, tum etiam infusa.

Cap. CXXVIII. [*De Ladano.*] Est et alterum cisti genus, ledum a nonnullis appellatum, frutex eodem quo cistus modo nascens, sed longioribus foliis ac nigrioribus, quae verno tempore quicquam pingue contrahunt. Huius foliorum vis astringens eosdem, quos cistus, effectus praebet. Fit autem ex eo, quod ladanum appellatur. Siquidem, cum folia depascuntur caprae hircique, pinguedinem, ut notum est, barbis femoribusque, viscosam nimirum, adhaerentem excipiunt: haec depexa colatur et in offas formata reponitur. Alii, attractis per frutices funiculis, inhaerentem iis pinguedinem deradunt et efformant.

-τιστον δέ ἐστιν αὐτοῦ τὸ εὐῶδες, ὑπόχλωρον, εὐμάλακτον, λιπαρὸν, ἀμέτοχον ψάμμου ἢ ψαφαρίας, ῥητινῶδες· τοιοῦτον δέ ἐστι τὸ ἐν Κύπρῳ γεννώμενον· τὸ μέντοι ἀραβικὸν καὶ λιβυκὸν εὐτελέστερον. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, θερμαντικὴν, μαλακτικὴν, ἀναστομωτικήν· ἵστησι δὲ τὰς ῥεούσας τρίχας, μιγὲν οἴνῳ καὶ σμύρνῃ καὶ μυρσίνῳ ἐλαίῳ, οὐλάς τε εὐπρεπεστέρας ποιεῖ μετ' οἴνου καταχριόμενον, καὶ ὠταλγίας μεθ' ὑδρομέλιτος ἢ ῥοδίνου ἐγχεόμενον θεραπεύει· ὑποθυμιᾶται δὲ καὶ πρὸς δευτέρων ἐκβολὰς, καὶ σκληρίας θεραπεύει τὰς ἐν μήτρᾳ ἐν πεσσῷ μιγὲν, καὶ ταῖς ἀνωδύνοις καὶ βηχικαῖς καὶ μαλάγμασι χρησίμως μίγνυται· κοιλίαν τε ἵστησι σὺν οἴνῳ παλαιῷ ποθέν· ἔστι δὲ καὶ οὐρητικόν.

Κεφ. ρκθ'. [Περὶ Ἐβένου.] Ἔβενος κρατίστη ἡ αἰθιοπικὴ καὶ μέλαινα καὶ μὴ ἔχουσα κτηδόνας, ἐμφερὴς κέρατι εἰργασμένῳ τῇ λειότητι, θλασθεῖσα δὲ πυκνὴ, δηκτικὴ ἐν τῇ γεύσει καὶ ὑποστύφουσα· τεθεῖσά τε ἐπ' ἀνθράκων μετ' εὐωδίας καὶ δίχα καπνοῦ ἐκθυμιωμένη· ἡ δὲ πρόσφατος διὰ τὴν λιπαρίαν ἀνάπτεται, πυρὶ προσαφθεῖσα· τριφθεῖσα

Maxime vero probatur odoratum, subviride, facile mollescens, pingue, arenae squalorisque expers ac resinosum. Tale autem est, quod in Cypro gignitur. Arabicum vero libycumque vilius est. Vim habet astringentem, calefacientem, mollientem, oscula vasorum reserantem. Vino, myrrhae et oleo myrteo admixtum fluentes capillos cohibet, cicatricibus decorem facit, cum vino illitum: aurium doloribus cum hydromelite aut rosaceo infusum medetur. Suffumigatur et ad secundas eiiciendas: pessis immixtum matricis duritias sanat: idem in medicamenta sedandis doloribus ac tussi dicata itemque malagmata utiliter inseritur. Alvum quoque sistit cum vino vetere potum, urinae denique ciendae accommodatur.

Cap. CXXIX. [*De Ebeno.*] Ebenus optima censetur aethiopica, nigra, venarum expers, cornu elaboratum laevore aequans, quaeque fracta densa apparet; mordet autem gustu ac leniter astringit. Prunis imposita cum odore iucundo et citra fumum uritur. Recens vero igni admota ob pinguedinem accenditur et ad cotem trita subfulva redditur.

δὲ ἐπ' ἀκόνης, ὑπόκιῤῥος γίνεται. Ἔστι δέ τις καὶ ἰνδική, ἔχουσα διαφύσεις λευκὰς καὶ κιῤῥὰς καὶ σπίλους ὁμοίως πυκνούς, πλὴν βελτίων ἡ πρώτη. Ἔνιοι δὲ τὰ συκάμινα[97] ἢ ἀκάνθινα ξύλα, ἐμφερῆ ὄντα, ἀντὶ ἐβένου πωλοῦσι· διαγινώσκεται δὲ ἐκ τοῦ χαῦνά τε εἶναι, καὶ κατὰ σχίδακας μικρὰς ἀπολύεσθαι ἐμπορφύρους τῷ χρώματι, μηδὲν δὲ δηκτικὸν ἐχούσας ἐν τῇ γεύσει, ἢ ἐν τῇ θυμιάσει εὐῶδες. Δύναμιν δὲ ἔχει σμηκτικὴν τῶν ἐπισκοτούντων ταῖς κόραις· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰ παλαιὰ ῥεύματα καὶ φλυκτίδας· εἰ δέ τις ποιήσας ἐξ αὐτῆς ἀκόνιον χρῶτο εἰς τὰ κολλύρια, βέλτιον ἐνεργήσει· κατεργάζεται δὲ καὶ εἰς τὰ ὀφθαλμικά, τῶν τορνευμάτων ἢ ῥινημάτων βρεχομένων ἐν οἴνῳ χίῳ ἡμέραν καὶ νύκτα· εἶτα λελειωμένων ἐπιμελῶς καὶ εἰς κολλύρια ἀναπλασσομένων· ἔνιοι δὲ προτρίψαντες διηθοῦσιν αὐτά, εἶθ' οὕτω τὰ λοιπὰ ποιοῦσιν· τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ οἴνου ὕδατι χρῶνται· καίεται δὲ ἐν ὠμῇ χύτρᾳ, ἕως ἂν ἀνθρακωθῇ, καὶ πλύνεται ὡς ὁ κεκαυμένος μόλιβδος· ἁρμόζει δὲ τὸ τοιοῦτον πρὸς ψωροφθαλμίας καὶ ξηροφθαλμίας.

97) Sic cod. Lacun. Vulgo σησάμινα.

Est et altera indica, intercurrentibus lineis praedita candidis fulvisque itemque maculis frequentibus, sed melior prior. Nonnulli mori aut acanthae ligna, quod consimilia sunt, pro ebeno vendunt. Ex eo autem dignoscuntur, quod rara sint et in assulas ad purpuram vergentes resolvantur, nihil mordacitatis in gustu, nec suavis odoris in suffitu prae se ferentia. Vim habet ebenus ea exterendi, quae pupillis caliginem offundunt, pollet et ad veteres fluxiones ac pustulas. Si quis ex ea (ad cotem trita) pulverem subtilissimum ad collyria adhibuerit, melius aget. Ad ocularia medicamenta efficax quoque redditur, si scobes ramentave in vino chio per diem noctemque macerata diligenterque ad laevorem trita in collyria digerantur. Nonnulli ipsa prius trita cribro cernunt, ac dein reliqua eo modo peragunt. Quidam vini loco aqua utuntur. Uritur etiam in fictili novo, donec in carbones redigatur, lavaturque plumbi usti modo, itaque praeparatum scabiosis aridisque oculorum inflammationibus conducit.

Κεφ. ρλ'. [Περὶ ῥόδων.] Ῥόδα [Ῥωμαῖοι ῥόσα] ψύχει καὶ στύφει, τὰ δὲ ξηρὰ μᾶλλον στύφει· χυλίζειν δὲ δεῖ τὰ ἁπαλὰ ἀποψαλίσαντας τὸν ὄνυχα καλούμενον, ὅπερ ἐστὶ τὸ λευκὸν τὸ ἐν τῷ φύλλῳ, τὸ δὲ λοιπὸν ἐκθλίβειν καὶ τρίβειν ἐν σκιᾷ, ἐν θυΐᾳ, ἄχρις οὗ συστραφῇ· οὕτω τε ἀποτίθεσθαι εἰς τὰς ὀφθαλμικὰς περιχρίσεις· ξηραίνεται δὲ τὰ φύλλα ἐν σκιᾷ συνεχῶς στρεφόμενα, ἵνα μὴ εὐρωτιάσῃ· ποιεῖ δὲ τῶν ξηρῶν ἑψηθέντων ἐν οἴνῳ τὸ ἀπόθλιμμα πρὸς ἄλγημα κεφαλῆς, ὀφθαλμῶν, ὤτων, οὔλων, δακτυλίου [ἀπευθυσμένου ἐντέρου[98]], μήτρας, πτερῷ ἐγχριόμενον[99] καὶ προςκλυζόμενον· αὐτὰ δὲ δίχα[100] τοῦ ἐκθλιβῆναι κοπέντα καὶ ἐπιπλασσόμενα ποιεῖ πρὸς ὑποχονδρίων φλεγμονὰς καὶ στομάχου πλάδον καὶ ἐρυσιπέλατα· ξηρὰ δὲ λεία παραμηρίοις[1] προςπάσσεται, καὶ [ἀνθηραῖς καὶ τραυματικαῖς][2] ἀντιδότοις μίγνυται· καίεται δὲ καὶ εἰς τὰ καλλιβλέφαρα· τὸ δὲ ἐν μέσοις τοῖς ῥόδοις εὑρισκόμενον ἄνθος πρὸς οὔλων ῥευματισμοὺς

98) His carent codd. C. N.

99) C. πρωῒ ἐγχεόμενον.

100) C. addit πυρός.

1) Sic C. N. Vulgo παρὰ μηροῖς.

2) His carent C. N.

Cap. CXXX. [*De Rosis.*] Rosae refrigerant et astringunt. Succum autem e rosis recentibus exprimi oportet, forfice prius abscissis unguibus, sic nimirum vocatur intima petalorum pars, ita ut reliquum in pila prematur teraturque in umbra, donec coëat, quo facto reconditur ad oculorum circumlitiones. Siccantur et folia in umbra, continuo tamen versata, ne situm contrahant. Siccarum vero rosarum in vino coctarum expressus liquor facit ad dolorem capitis, oculorum, aurium, gingivarum, sedis [recti intestini], matricis, dum penna illinitur aut colluitur. Eaedem citra expressionem contusae et impositae expediunt ad hypochondriorum inflammationes, stomachi colluviem et erysipelata. Sicca ac trita internis femoribus asperguntur, admiscentur etiam [floridis dictis et vulnerariis] antidotis: uruntur et ad ea, quibus palpebrae honestantur. Flos autem in mediis rosis repertus,

προςπασθὲν ποιεῖ· αἱ κεφαλαὶ δὲ ποθεῖσαι κοιλίαν ῥέουσαν καὶ αἵματος ἀναγωγὴν ἐπέχουσι. [Τὰ δὲ χρυσᾶ καὶ μονόφυλλα εἰς ἅπαντα ἀχρηστότερα. Ἔστι καὶ ἐπίγειά τινα, μικρότερα, ἁπλᾶ, ἄγρια, εἰς πολλὰ τοῖς κηπευτοῖς εὐλαβέστερα.][3]

Κεφ. ρλα'. [Περὶ Ῥοδίδων.] Αἱ λεγόμεναι δὲ ῥοδίδες σκευάζονται τὸν τρόπον τοῦτον· ῥόδων χλωρῶν ἀβρόχων[4] μεμαρασμένων < μ', νάρδου ἰνδικῆς < ι', σμύρνης < ς' λεῖα ἀναπλάσσεται εἰς τροχίσκους τριωβολιαίους καὶ ἐν σκιᾷ ξηραίνεται καὶ ἀποτίθεται εἰς κεραμεοῦν ἀγγεῖον ἀκώνιστον περιεσφηκωμένον[5]· ἔνιοι δὲ προςτιθέασι καὶ κόστου < β', καὶ ἴριδος ἰλλυρικῆς τὸ αὐτὸ, μίσγοντες καὶ οἶνον χῖον μετὰ μέλιτος· χρῆσις δὲ αὐτῶν ἐστιν ἐπὶ γυναικῶν περιτιθεμένων τῷ τραχήλῳ ἀντὶ ὁρμῶν, ἀμβλυνουσῶν τὴν τῶν ἱδρώτων δυςωδίαν· χρῶνται δὲ καὶ λείοις ἐν διαπάσμασι καὶ συγχρίσμασι

3) Haec ultima vel desiderantur in codd. vel margini adscripta sunt.

4) C. ἐμβρόχων.

5) Vulgare περιεσφηνωμένον ineptum.

aridus gingivarum fluxionibus utiliter inspergitur. Capita vero pota alvum fluidam et sanguinis sputa coërcent. [Aureae rosae et simplici flore ad omnia minus utilia. Sunt denique simplices agrestes, minores in arvis, quae ad multa hortensibus efficaciores sunt.]

Cap. CXXXI. [*De roseis pastillis.*] Pastilli, quos rhodidas vocant, tali modo parantur. Rosarum viridium nec madidarum marcidarum drachmae quadraginta, nardi indicae drachmae decem, myrrhae drachmae sex. Trita haec digeruntur in pastillos ponderis trium obolorum, qui quidem in umbra siccati vase fictili non picato ac undique probe obturato reponuntur. Sunt, qui costi drachmas duas adiiciant et iridis illyricae tantumdem, vinum etiam chium cum melle admiscentes. Usus est, ut mulierum collo circumdentur monilium vice ad infringendam sudorum graveolentiam. Iisdem tritis utuntur ad diapasmata et in-

μετὰ τὸ λουτρὸν, καὶ μετὰ τὸ ξηρανθῆναι ἀπεκλούονται ψυχρῷ.

Κεφ. ρλβ΄. [Περὶ Λυκίου.] Λύκιον, ὃ ἔνιοι πυξάκανθαν καλοῦσι, δένδρον ἐστὶν ἀκανθῶδες, ῥάβδους ἔχον τριπήχεις ἢ καὶ μείζονας. περὶ ἃς τὰ φύλλα πύξῳ ὅμοια, πυκνά· καρπὸν δὲ ἔχει, ὡς πέπερι, μέλανα, πικρὸν, πυκνὸν, λεῖον· καὶ τὸν φλοιὸν δὲ ὠχρὸν, ὅμοιον τῷ διεθέντι λυκίῳ· ῥίζας δὲ πολλὰς, πλατείας[6], ξυλώδεις. Φύεται δὲ πλεῖστον ἐν Καππαδοκίᾳ καὶ Λυκίᾳ καὶ ἐν ἄλλοις τόποις πολλοῖς· τραχέα δὲ φιλεῖ χωρία. Χυλίζεται δὲ, τῶν ῥιζῶν[7] σὺν τοῖς θάμνοις θλασθέντων καὶ βραχέντων ἐφ᾽ ἱκανὰς ἡμέρας, εἶθ᾽ ἑψηθέντων, καὶ τῶν μὲν ξύλων ῥιπτομένων, τοῦ δὲ ὑγροῦ πάλιν ἑψομένου μέχρι μελιτώδους συστάσεως. Δολοῦται δὲ ἀμόργης ἅμα τῇ ἑψήσει μιγνυμένης, ἢ ἀψινθίου χυλίσματι, ἢ βοείᾳ χολῇ· καὶ τὸ μὲν ἐπινηχόμενον ἀφρῶδες ἐν τῇ ἑψήσει ἀφελὼν, ἀπόθου εἰς τὰ ὀφθαλμικά· τῷ δὲ λοιπῷ εἰς τὰ ἄλλα χρῶ· γίνεται δὲ καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ ὁμοίως χύλισμα

6) E cod. X. et Oribas., Sambuc. et Saracen. emendant. Vulgo πλαγίας.

7) E Plin. et Oribas. emendant Samb. et Saracen. Vulgo φύλλων.

unctiones post balneum: hae cum inaruerint corpori, frigida abluuntur.

Cap. CXXXII. [*De Lycio.*] Lycium, quod aliqui pyxacantham vocant, arbor est spinosa, virgas habens trium cubitorum et maiores, circa quas folia sunt buxo similia, crebra. Fructum habet piperis instar, nigrum, amarum, densum, laevem, corticem vero pallidum, lycio diluto similem, et radices numerosas, latas, lignosas. Copiose provenit in Cappadocia et Lycia, pluribusque aliis regionibus. Aspera loca amat. Succus elicitur, radicibus cum frutice ipso tusis et per dies multos maceratis ac dein coctis: tum vero lignis reiectis liquor iterum coquitur, donec mellis molem asciverit. Adulteratur amurca inter coquendum admixta, aut absinthii succo aut felle bovino. Quod spumosum innatat per coctionem, exemtum reponito ad oculorum medicamenta, reliquo ad alia utitor. Simili modo et e fructu expresso et insolato succus

ἐκπιεζομένου καὶ ἡλιαζομένου· ἔστι δὲ κάλλιστον τὸ καιόμενον λύκιον, καὶ κατὰ τὴν σβέσιν τὸν ἀφρὸν ἐνερευθῆ ἔχον, ἔξωθεν μέλαν, διαιρεθὲν δὲ κιῤῥὸν, ἄβρωμον, στύφον μετὰ πικρίας, χρώματι κροκῶδες, οἷόν ἐστι τὸ ἰνδικὸν, διαφέρον τοῦ λοιποῦ καὶ δυναμικώτερον. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν καὶ τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις καθαίρει· ψωριάσεις δὲ τὰς ἐπὶ τῶν βλεφάρων, καὶ κνησμοὺς, καὶ τὰ παλαιὰ ῥεύματα θεραπεύει· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς ὦτα πυοῤῥοῦντα, παρίσθμια, οὖλα εἱλκωμένα καὶ διεῤῥωγότα χείλη, ῥαγάδας ἐν δακτυλίῳ καὶ παρατρίμματα ἐπιχριόμενον· ἁρμόζει καὶ κοιλιακοῖς καὶ δυςεντερικοῖς, πινόμενον καὶ ἐγκλυζόμενον· δίδοται δὲ καὶ αἱμοπτοϊκοῖς καὶ βήττουσι σὺν ὕδατι, καὶ τοῖς ὑπὸ λυσσῶντος κυνὸς δηχθεῖσιν ἐν καταποτίῳ, ἢ σὺν ὕδατι ποτόν· ξανθίζει δὲ καὶ τρίχας, παρωνυχίας τε καὶ ἕρπητας καὶ σηπεδόνας ἰᾶται· ἵστησι καὶ ῥοῦν γυναικεῖον προςτιθέμενον· βοηθεῖ δὲ καὶ λυσσοδήκτοις ποθὲν μετὰ γάλακτος, ἢ ἀντὶ καταποτίου λαμβανόμενον.

Λέγεται δὲ τὸ ἰνδικὸν λύκιον γίνεσθαι ἐκ θάμνου, τῆς λεγομένης λογχίτιδος· ἔστι δὲ εἶδος ἀκάνθης, ῥάβδους ἔχουσα

elicitur. Optimum est lycium, quod igne accenditur, quodque post restinctionem spumam edit rubentem, extrinsecus nigrum, intus vero, cum dissecueris, fulvum, minime virosi odoris, cum amaritudine astringens, colore croceo; quale est indicum, reliquo praestantius ac efficacius. Vim habet astringentem, quae pupillarum caliginem repurgat, palpebrarum scabiem, pruritus et veteres fluxiones sanat. Facit et illitum ad aures purulentas, tonsillas, gingivas exulceratas, fissuras labiorum, sedis rimas et attritus. Coeliacis et dysentericis tum potum, tum etiam infusum convenit. Datur et sanguinem exscreantibus tussientibusque ex aqua, itemque a rabioso cane morsis, catapotii instar vorandum aut ex aqua bibendum. Flavos facit capillos: paronychiis, herpetibus putridisque ulceribus medetur: fluxum muliebrem appositum sistit, et auxiliatur, sive in lacte bibatur sive catapotii instar sumatur, iis, quos rabiosi canes momorderint.

Fertur et lycium indicum fieri e frutice, qui lonchitis appellatur. Est is e spinosorum genere, virgas habens

ὀρθάς, τριπήχεις ἢ καὶ μείζους, πολλὰς ἀπὸ τοῦ πυθμένος, παχυτέρας βάτου· φλοιὸς ῥαγεὶς ἐνερευθής· τὰ δὲ φύλλα ὅμοια ἐλαίᾳ, ἧς ἡ πόα ἐν ὄξει ἑψηθεῖσα καὶ ποτιζομένη ἱστορεῖται φλεγμονὰς σπληνὸς καὶ ἴκτερον ἰᾶσθαι, καὶ καθάρσεις γυναικείας ἄγειν· καὶ ὠμὴ δὲ λεία ποθεῖσα τὰ αὐτὰ ποιεῖν παραδίδοται· τοῦ δὲ σπέρματος μύστρα δύο ποθέντα, ὑδατώδη καθαίρει καὶ θανασίμοις βοηθεῖ.

Κεφ. ρλγ΄. [Περὶ Ἀκακίας.] Ἀκακία φύεται ἐν Αἰγύπτῳ· ἄκανθα δέ ἐστι δενδρώδης, θαμνοειδὴς, οὐκ ὀρθοφυὴς, ἄνθος ἔχουσα λευκὸν, τὸν δὲ καρπὸν ὥςπερ θέρμον ἐν λοβοῖς κείμενον, ἐξ οὗ καὶ ἐκθλίβεται τὸ ἐγχύλισμα[8] ξηραινόμενον ἐν σκιᾷ, μέλαν μὲν ἐκ τοῦ πεπείρου καρποῦ, ὑπόκιῤῥον δὲ ἐκ τοῦ ὠμοῦ. Ἐκλέγου δὲ τὸ ἠρέμα ἔγκιῤῥον, εὐῶδες, ὡς ἐν ἀκακίᾳ· χυλίζουσι δέ τινες καὶ τὰ φύλλα σὺν τῷ καρπῷ· καὶ κόμμι δὲ ἐκ τῆς ἀκάνθης γεννᾶται. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, ψυκτικήν· ἁρμόζει δὲ ὁ χυλὸς πρὸς τὰ ὀφθαλμικὰ καὶ ἐρυσιπέλατα, ἕρπητας, χίμεθλα, πτερύγια, τὰ ἐν τῷ στόματι ἕλκη· καὶ προπτώσεις δὲ ὀφθαλμῶν καθίστη-

8) C. χύλισμα.

rectas, tricubitales aut maiores, numerosas e basi et rubo crassiores. Cortex ruptus rubescit, folia vero oleae similia. Herbaceae eius partes in aceto coctae propinataeque dicuntur lienis inflammationibus morboque regio mederi et feminarum purgationes elicere. Crudae quoque tritae in potu eadem praestare feruntur. Seminis cochlearia duo epota aquosa expurgant, et auxilium ferunt adversus letalia (venena).

Cap. CXXXIII. [*De Acacia.*] Acacia in Aegypto nascitur. Est arbuscula fruticosa, spinosa, haud recta ascendens, flore candido, fructum vero lupini in modum, leguminibus inclusum. Ex eo succus exprimitur, in umbra siccatur, niger quidem e maturo, ex immaturo autem fructu subfulvus. Eligito modice fulvum et odoratum, ut in acacia. Sunt, qui e foliis una cum ipso fructu succum exprimant. Manat et gummi ex eadem arbore spinosa. Vim habet astringentem, refrigerantem. Idoneus est succus ad oculorum affectus, erysipelata, herpetas, perniones, pterygia et oris ulcera. Quin et procidentias oculo-

σιν· ἐπέχει δὲ καὶ ῥοῦν γυναικεῖον, καὶ τὰς προπτώσεις δὲ τῆς ὑστέρας στέλλει, κοιλίαν δὲ ῥέουσαν ἐπέχει πινόμενος καὶ ἐγκλυζόμενος· μελαίνει δὲ καὶ τρίχας· πλύνεται δὲ καὶ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ τριβόμενος[9] μεθ' ὕδατος, ἀποχεομένου τοῦ ἐπιπάγου, ἄχρις ἂν καθαρὸν ἐφιστῆται τὸ ὕδωρ, καὶ οὕτως ἀναλαμβάνεται εἰς τροχίσκους· καίεται δὲ ἐν ὠμῇ χύτρᾳ [μετὰ κεράμου] ἐν καμίνῳ· ὀπτᾶται δὲ ἐπ' ἀνθράκων ἐμφυσωμένη[10]· τὸ δὲ τῆς ἀκάνθης ἕψημα καταντλούμενον ἄρθρα λελυμένα ἵστησιν. Τὸ δὲ κόμμι τῆς ἀκάνθης διαφέρει τὸ σκωληκοειδὲς, ὑελίζον, διαυγὲς, ἄξυλον, εἶτα τὸ λευκόν· τὸ δὲ ῥητινῶδες καὶ ῥυπαρὸν ἄχρηστον. Δύναμιν δὲ ἔχει παρεμπλαστικὴν, ἀμβλυντικὴν δριμέων φαρμάκων, οἷς μίγνυται· πυρίκαυστα δὲ οὐκ ἐᾷ φλυκταινοῦσθαι καταχριόμενον μετ' ὠοῦ.

Φύεται δὲ ἑτέρα ἀκακία ἐν Καππαδοκίᾳ καὶ Πόντῳ, παρεμφέρουσα τῇ Αἰγυπτίᾳ· ἐλάττων μέντοι παραπολὺ καὶ χαμαίζηλος καὶ τρυφερωτέρα, περίπλεος[11] δὲ ἀκάνθης σκολοποειδοῦς, φύλλα ἔχουσα πηγάνῳ ὅμοια· τῷ δὲ φθινοπώρῳ

9) Coniicit Sarac. Vulgo τριβομένου. 10) Vulgo ἐκφυσσομένη.
11) Sarac. περίπλεως. Ald., Asulan. περιπλέξεως.

rum (palpebrarum) coërcet: sistit fluxum muliebrem uterique prolapsus cohibet. Alvi quoque profluvia compescit vel potus, vel dum alvus eo eluitur. Capillos itidem denigrat. Lavatur et ad oculorum medicamenta cum aqua tritus, effuso, quod in summo concreverit, donec pura superstet aqua, atque ita in pastillos cogitur. Uritur et in olla cruda [cum vase fictili] in fornace. Torretur et super carbonibus, igne follibus ventilato. Decoctum vero arboris spinosae solutos artus fota committit. Gummi eius praefertur vermiculatum, vitrum referens, pellucidum, ligni expers: proximum est candidum: resinosum vero ac sordidum inutile. Vim habet spiracula occludentem; hebetat etiam vires medicaminum acrium, quibus admiscetur: nec non ex ovo illitum ambusta minime sinit pustulis obsideri.

Nascitur et altera acacia in Cappadocia et Ponto, aegyptiae similis, sed longe minor, humilis ac tenerior, plena spinis rigidis, foliis rutaceis. Autumno semen pro-

φέρει σπέρμα ἐν θυλάκοις συνεζευγμένοις, τριχώροις ἢ τετραχώροις, ἔλαττον φακοῦ· στύφει δὲ καὶ αὐτὴ χυλιζομένη σύμπασα, πλὴν ἧττων τῇ δυνάμει καθέστηκεν, εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ ἀνεπιτήδειος οὖσα.

Κεφ. ρλδ΄ (ρλε΄). [Περὶ Ἄγνου.] Ἀγνὸς ἢ Λύγος [οἱ δὲ ἄγονον, οἱ δὲ ἀμικτομίαινον, οἱ δὲ τριδάκτυλον, προφῆται σεμνὸν, οἱ δὲ αἷμα ἴβεως[12], Αἰγύπτιοι σοὺμ, Ῥωμαῖοι σάλιξ μαρίνα, οἱ δὲ πίπερ ἀγρέστε, οἱ δὲ λεκρίστικουμ.] Θάμνός ἐστι δενδρώδης, παρὰ ποταμοῖς καὶ πεδίοις ἐνύδροις τραχέσι τε τόποις καὶ χαράδραις φυόμενος, ῥάβδους ἔχων δυςθραύστους, μακράς· φύλλα δὲ ὥςπερ ἐλαίας, ἁπαλώτερα δὲ καὶ μείζονα· τὸ δ᾽ ἄνθος ἡ μέν τις λευκὸν σὺν τῷ ὑποπορφυρίζοντι, ἡ δὲ πορφυροῦν φέρει· σπέρμα δὲ ὡς πέπερι. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, στυπτικήν· ὁ δὲ καρπὸς αὐτῆς πινόμενος βοηθεῖ[13] θηριοδήκτοις, σπληνικοῖς, ὑδρωπικοῖς, καὶ χρονίως ἐπεχομέναις τὰ ἔμμηνα[14]· κατασπᾷ δὲ καὶ γάλα πινόμενος ὅσον < α΄ πλῆθος σὺν οἴνῳ· ἐκλύει δὲ καὶ γο-

12) Sic C. Vulgo ἴδεως.
13) C. μεμαρτύρηται βοηθεῖν.
14) Haec e cod. C. et Par.

fert lenticula minus in folliculis connexis, ternum quaternumve capacibus. E tota planta succus expressus etiam astringit, sed viribus inferior, et oculorum medicamentis haudquaquam idoneus.

Cap. CXXXIV. (CXXXV.) [*De Vitice.*] Vitex, sive lygos [alii sterilem, alii concubitum frustrantem, vel tridactylon, prophetae sacrum, aut Ibis sanguinem, Aegyptii sum, Romani salicem marinam (amerinam) aut piper agreste et lecristicum vocant] est frutex arborescens, qui in fluminum ripis campisque palustribus nascitur, nec non in locis asperis et salebrosis. Virgulta gerit fractu contumacia, longa: folia vero olivae, sed maiora et teneriora. Florem alia fert album subpurpurascentem, alia species purpureum: semen est piperis instar. Vim habet calefacientem, astringentem. Fructus eius epotus a serpente demorsis, lienosis et hydropicis auxiliatur, ut et iis, quas menstruus sanguis per longum tempus defecit. Lac etiam prolicit drachmae pondere in vino potus, genituram ex-

νήν· ἅπτεται δὲ καὶ κεφαλῆς [κάρον ἐπιφέρων]. τὸ δὲ ἀφέψημα τῆς πόας καὶ τοῦ σπέρματος εἰς ἐγκαθίσματα ταῖς περὶ ὑστέραν διαθέσεσι καὶ φλεγμοναῖς ἀρήγει· ποθὲν δὲ μετὰ γλήχωνος καὶ ὑποθυμιαθὲν τὸ σπέρμα καὶ προςτεθὲν κάθαρσιν κινεῖ· λύει δὲ καὶ κεφαλαλγίας καταπλασσόμενον, καὶ ἐπὶ ληθαργικῶν τε καὶ φρενιτικῶν ἐμβρέχεται σὺν ὄξει καὶ ἐλαίῳ. Καὶ τὰ φύλλα ὑποθυμιώμενά τε καὶ ὑποστρωννύμενα θηρία διώκει, καὶ καταπλασσόμενα ἐπὶ τῶν θηριοδήκτων βοηθεῖ, σκληρίας τε διδύμων μετὰ βουτύρου καὶ φύλλων ἀμπέλου μαλάττει, ῥαγάδας τε τὰς ἐν δακτυλίῳ σὺν ὕδατι ἐπιπλασθὲν τὸ σπέρμα πραΰνει· σὺν δὲ τοῖς φύλλοις στρέμματά τε καὶ τραύματα ἰᾶται· δοκεῖ δὲ καὶ κωλυτήριον εἶναι ἐν ὁδοιπορίαις παρατριμμάτων, εἴ τις ῥάβδον αὐτῆς παρὰ χεῖρα κρατοίη. Ὠνόμασται δὲ ἄγνος διὰ τὸ τὰς ἐν τοῖς θεσμοφορίοις ἁγνευούσας γυναῖκας εἰς ὑπόστρωμα χρῆσθαι αὐτῇ· λύγος δὲ διὰ τὸ περὶ τὰς ῥάβδους αὐτῆς εὔτονον [ἢ διὰ τὸ πινομένην ἐπὶ συνουσίας ὁρμὰς ἐκλύειν.][15]

Κεφ. ρλε΄ (ρλς΄). [Περὶ Ἰτέας.] Ἰτέα δένδρον ἐστὶ

15) Haec e cod. C.

solvit. Caput vero tentat [soporem illaturus.] Herbae ac seminis decoctum ad insessus matricis affectibus et inflammationibus opitulatur. Semen cum pulegio potum, suffitu etiam et apposita, purgationes movet: dolorem quoque capitis illitum dissolvit. Cum aceto et oleo lethargicorum phreniticorumque capitibus instillatur. Quin et folia tum suffitu, tum substratu animalia noxia fugant, contra venenatorum morsus imposita auxiliantur. Testium duritias cum butyro vitisque foliis emolliunt. Rimas sedis semen cum aqua illitum mitigat, cum foliis vero luxatis vulneribusque medetur. Creditur et viticis virga intertrigines arcere, si eam viator, dum iter facit, manu teneat. Ceterum frutex hic Graecis agnos nominatus est, quod in thesmophoriis feminae castitatem custodientes eo ad strata uterentur: lygos vero propter virgarum ipsius tenacitatem, [vel quia epota impetum ad coitum resolvat.]

Cap. CXXXV. (CXXXVI.) [*De Salice.*] Salix est

πᾶσι γνώριμον, οὗ ὁ καρπὸς καὶ τὰ φύλλα καὶ ὁ φλοιὸς καὶ ὁ χυλὸς στυπτικὴν ἔχει δύναμιν· ἁρμόζει δὲ τὰ φύλλα λεῖα μετ' ὀλίγου πεπέρεως καὶ οἴνου ποθέντα εἰλεώδεσι· καθ' ἑαυτὰ δὲ σὺν ὕδατι ληφθέντα, ἀσυλληψίαν κατεργάζεται· ὁ δὲ καρπὸς ποθεὶς αἱμοπτοϊκοὺς ὠφελεῖ· καὶ ὁ φλοιὸς δὲ τὰ αὐτὰ δρᾷ· καεὶς δὲ καὶ φυραθεὶς ὄξει, τύλους καὶ ἥλους αἴρει καταπλασθείς· ὁ δὲ ἐκ τῶν φύλλων καὶ τοῦ φλοιοῦ χυλὸς ἐν κελύφῳ ῥόας θερμανθεὶς μετὰ ῥοδίνου ὠταλγίας ἀρήγει· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν κατάντλημα ποδάγρας ἄριστον· σμήχει δὲ καὶ πίτυρα· λαμβάνεται δὲ καὶ ὀπὸς ἐξ αὐτῆς ἐντεμνομένου τοῦ φλοιοῦ κατὰ τὴν ἄνθησιν· ἔσω γὰρ εὑρίσκεται συνεστώς. Δύναμιν δὲ ἔχει σμηκτικὴν τῶν ἐπισκοτούντων ταῖς κόραις.

Κεφ. ρλϛ' (ρλζ'). [Περὶ Ἀγριελαίας.] Ἀγριελαία, ἣν ἔνιοι κότινον καλοῦσιν, οἱ δὲ αἰθιοπικὴν ἐλαίαν, ἔχει τὰ φύλλα στυπτικά· λεῖα δὲ καταπλασθέντα ἐφεκτικά ἐστιν ἐρυσιπελάτων, ἑρπήτων, ἐπινυκτίδων, ἀνθράκων, νομῶν, παρωνυχιῶν, περιχαρακτικά τε ἐσχαρῶν, σὺν μέλιτι καταπλασσό-

arbor vulgo nota, cuius fructus, folia, cortex et succus astringendi vim habent. Trita folia cum exiguo pipere et vino pota, volvulis intestinorum subveniunt. Sumta vero per se cum aqua, conceptum impediunt. Fructus epotus sanguinem reiicientibus prodest, quin et cortex eadem praestat. Ustus vero et aceto subactus callos clavosque illitu tollit. Ex foliis et cortice succus cum rosaceo in calyce punicae calefactus aurium dolores arcet. Sed et eorum decocto foveri podagram optimum est: id furfures quoque detergit. Excipitur et ex ipsa succus, inciso, dum floret, cortice; intus enim concretus invenitur. Vim denique habet ea expurgandi, quae pupillis caliginem offundunt.

Cap. CXXXVI. (CXXXVII.) [*De Oleastro.*] Oleaster, quem nonnulli cotinum, alii oleam aethiopicam vocant, folia habet astringentia; quae quidem trita et imposita erysipelata, herpetas, epinyctidas, carbunculos, ulcera serpentia et paronychias cohibent. Escharas eadem emarginant cum melle illita. Quin et ulcera sordida repur-

μενα· ἀνακαθαίρει δὲ καὶ τὰ ῥυπαρὰ ἕλκη, διαφορεῖ καὶ φύγεθλα καὶ φλεγμονὰς, σὺν μέλιτι καταπλασθέντα, καὶ δέρμα κεφαλῆς ἀποσπασθὲν παρακολλᾷ· ἰᾶται δὲ καὶ τὰ ἐν στόματι ἕλκη καὶ ἄφθας διαμασσηθέντα· καὶ ὁ χυλὸς δὲ αὐτῶν καὶ τὸ ἀφέψημα τὸ αὐτὸ ποιεῖ· ἐπέχει δὲ καὶ αἱμοῤῥαγίαν καὶ ῥοῦν γυναικεῖον προστιθέμενος ὁ χυλὸς, καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς σταφυλώματα καὶ φλυκταίνας· ἔτι δὲ ἕλκη καὶ παλαιὰ ῥεύματα στέλλει· διὸ καὶ μιγέντα κολλυρίοις πρὸς τὰς τῶν βλεφάρων διαβρώσεις[16] εὐθετεῖ· χυλίζοντας δὲ δεῖ κόπτειν τὰ φύλλα, καὶ περιχέοντας οἶνον ἢ ὕδωρ ἐκθλίβειν, καὶ ξηράναντας ἐν ἡλίῳ ἀναπλάσσειν· ἔστι δὲ εὐτονώτερος ὁ διὰ τοῦ οἴνου ἐκθλιβόμενος καὶ εἰς ἀπόθεσιν μᾶλλον τοῦ δι' ὕδατος ἁρμόζει· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς ὦτα πυοῤῥοῦντα καὶ εἱλκωμένα· τὰ δὲ φύλλα καὶ ἐπὶ κοιλιακοῖς εὐθετεῖ καταπλασσόμενα σὺν ὠμῇ λύσει· καίεται δὲ τὰ φύλλα μετὰ τῶν ἀνθῶν, καὶ ἀντὶ σποδίου[17] λαμβάνεται ἐν χύτρᾳ ὠμῇ περιπλασσομένῃ πηλῷ τὸ στόμα μέχρις ὀπτήσεως τοῦ κεράμου· ἔπειτα κατασβέννυται οἴνῳ[18] καὶ φυραθέντα πάλιν οἴνῳ, ὁμοίως

16) Optime sic Aldina.. Asulan., Cornar., Goupyl. διαθέσεις.
17) C. ἐν σποδιᾷ. 18) C. ὕδατι.

gant, tumores inflammatos inflammationesque cum melle imposita discutiunt, et cutem a capite avulsam agglutinant. Oris etiam ulceribus aphthisque commanducata medentur. Sed et eorum succus iuxta ac decoctum eosdem habent effectus. Admotus succus sanguinis cursum, fluxum muliebrem, oculorum staphylomata pustulasque inhibet, insuper ulcera veteresque fluxiones sistit. Quapropter etiam in collyria si addantur, palpebrarum erosionibus conferunt. Ad exprimendum vero succum folia concidere oportet et affuso vino aut aqua exprimere, illumque sole siccatum (in pastillos) digerere. Est autem, qui vino exprimitur, tum valentior, tum ad recondendum aptior eo, qui aqua expressus est. Facit et ad aures pure scatentes et ulceratas: folia cum farina cruda illita coeliacis conducunt. Uruntur autem cum floribus folia, ut spodii vicem praestent, in olla cruda, cuius os luto sit oblitum, usque dum fictile percoquatur: dein vino restincta iterum-

καίεται· εἶτα πλύνεται ὡς τὸ ψιμύθιον[19] καὶ ἀναπλάσσεται· δοκεῖ δὲ ἡ τοιαύτη καῦσις μὴ λείπεσθαι τοῦ σποδίου εἰς τὰ ὀφθαλμικά· ὅθεν καὶ τὴν δύναμιν ὁμοίως ἡγητέον.

Cap. CLXXX. [*De Moro.*] Morus, sive sycaminus, nota est arbor, cuius fructus alvum solvit, corruptioni satis obnoxius est, et stomacho inimicus. Eadem ipsius succus praestat. Decoctus autem aereo vase, aut sole siccatus, magis astringit. Admisto vero mellis exiguo, facit ad fluxiones, ulcera depascentia et tonsillarum inflammationes. Sed intenditur eius efficacia, adiectis alumine scissili, galla, myrrha et croco, insuper tamaricis fructu, iride ac ture. Immatura autem mora siccata ac contusa rhois vice obsoniis admiscentur, coeliacosque iuvant. Radicis vero cortex decoctus in aqua et potus alvum solvit, latum vermem expellit, et iis auxiliatur, qui aconitum hauserint. Folia trita cum oleo imposita ambustis medentur. Cocta vero in aqua pluvia cum vitis fici-

ἀμπέλου καὶ συκῆς μελαίνης φύλλοις, βάπτει τρίχας· ὁ δὲ χυλὸς τῶν φύλλων φαλαγγιοδήκτοις ἀρήγει ποθεὶς κυάθου πλῆθος. Τοῦ φλοιοῦ δὲ καὶ τῶν φύλλων τὸ ἀπόζεμα, διάκλυσμα εὔθετόν ἐστιν ὀδονταλγίαις. Ὀπίζεται δὲ περὶ τὸν πυραμητὸν[68] τῆς ῥίζης περιορυχθείσης καὶ ἐκκοπείσης· εὑρίσκεται γὰρ τῇ ὑστεραίᾳ ἐπίπαγός τις, ὅς πρός τε ὀδονταλγίας ποιεῖ, καὶ φύματα διαφορεῖ, καὶ κοιλίαν καθαίρει.

[Δοκεῖ δὲ εἶναι καί τινα μόρα ἄγρια παραπλήσια τῷ χαμαιβάτῳ, στυπτικώτερα δέ· ὧν ὁ ὀπὸς ἧττον τερηδονίζεται, κατάντλημα φλεγμονῶν, καὶ ἐπουλωτικὸν τοῦ φάρυγγος, πληγῶν σαρκωτικόν· φύεται ἐν πολυσκίοις καὶ ψυχροῖς τόποις.][69]

Κεφ. ρπα΄. [Περὶ Συκομόρου.] Συκόμορον, ἔνιοι δὲ καὶ τοῦτο συκάμινον λέγουσι, καλεῖται δὲ καὶ ὁ ἀπ' αὐτῆς καρπὸς συκόμορον, διὰ τὸ ἄτονον τῆν γεύσεως· δένδρον δέ ἐστι μέγα, ὅμοιον τῇ συκῇ, πολύχυλον[70] σφόδρα, τοῖς φύλ-

68) Sarac. sic emendavit vulg. περὶ τῶν πυραμιτῶν.

69) Difficilis hic locus adscriptus huic capiti in codice vetusto a solo Sambuco repertus est.

70) Ald., Asul., Cornar., Goupyl. πολύκομον. Ex Oribasio, qui verbotenus totum hoc caput habet, et Serapione bene Saracenus correxit.

que nigrae foliis capillos tingunt. Succus foliorum cyathi mensura potus a phalangio demorsis opitulatur. Corticis autem et foliorum infuso dentes dolentes apte colluuntur. Ceterum radix circa messem circumfossa incisaque succum largitur, qui postridie quodammodo concretus reperitur. Is ad dentium dolores efficax est, tubercula discutit, alvumque purgat.

[Esse quoque videntur mora quaedam sylvestria, rubi humilis fructibus similia, sed magis astringentia. Eorum succus minus vermibus obnoxius est: foventur eo inflammationes; faucibus (ulceratis) cicatricem, vulneribus carnem inducit. Nascitur in locis umbrosis frigidisque.]

Cap. CLXXX. [*De Sycomoro.*] Sycomorum sunt qui etiam sycaminum appellent: cuius fructus sycomorum quoque propter debiliorem saporem vocatur. Est autem arbor magna, fico similis, succo abundans, foliis mori:

λοις ἐοικὸς μορέᾳ· φέρει δὲ καρπὸν τρὶς καὶ τετράκις τοῦ ἔτους, οὐκ ἀπὸ τῶν ἀκρεμόνων, ὡς ἐπὶ τῆς συκῆς ἀπὸ δὲ τοῦ στελέχους ὅμοιον ἐρινεῷ, γλυκύτερον ὀλύνθων, οὐκ ἔχοντα δὲ κεγχραμίδας, μηδὲ πεπαινόμενον δίχα τοῦ ἐπικνισθῆναι ὄνυχι ἢ σιδήρῳ. Φύεται δὲ πλεῖστον ἐν Καρίᾳ καὶ Ῥόδῳ καὶ ἐν τοῖς οὐ πολυπύροις τόποις. Βοηθεῖ δὲ ἐν ταῖς σιτοδείαις, διὰ τὸ διηνεκὲς τοῦ καρποῦ· ἔστι δὲ εὐκοίλιος ὁ καρπὸς, ἄτροφος, κακοστόμαχος. Ὀπίζεται δὲ τὸ δένδρον πρὶν καρποφορεῖν ἔαρος[71] πρώτου, τοῦ φλοιοῦ ἐξ ἐπιπολῆς λίθῳ θλωμένου· βαθύτερον δὲ θλασθεὶς οὐδὲν ἀνίησιν· συλλέγεται δὲ σπόγγῳ ἢ ἐρίῳ τὸ δάκρυον, καὶ ξηρανθὲν καὶ ἀναπλασθὲν ἐν ἀγγείῳ ὀστρακίνῳ ἀποτίθεται. Δύναμιν δὲ ἔχει ὁ ὀπὸς μαλακτικὴν, κολλητικὴν τραυμάτων, διαφορητικὴν τῶν δυσπέπτων· πίνεται δὲ καὶ συγχρίεται πρὸς ἑρπετῶν δήγματα καὶ ἐσκιῤῥωμένους σπλῆνας, στομάχου τε ἀλγήματα καὶ φρικίας· ταχέως δὲ τερηδονίζεται ὁ ὀπός.

Κεφ. ρπβ'. [Περὶ σύκου ἐν Κύπρῳ.] Γίνεται δὲ καὶ

71) Ald., Asul., Cornar. πρὶν καρποφορήσει νεαρόν. Ex Oribasio et Serapione iterum vera lectio a Sarac. restituta.

fructum ea ter quaterve per annum profert, non e summis ramis, ut ficus, sed e trunco ipso, caprifico similem, grossis dulciorem, sine granis interioribus, quique non maturescit, nisi unguibus aut ferramento scalpatur. Nascitur plurima in Caria, Rhodo aliisque locis non multi tritici feracibus, ubi, propter fructus perennitatem, in annonae caritate iuvamentum affert. Est autem fructus alvo utilis, alimenti fere nihil subministrat, stomachoque adversatur. Liquorem vero fundit arbor primo vere, priusquam fructum proferat, summo cortice ope lapidis percusso, quodsi enim profundius feritur, nihil destillat. Colligitur lacrima spongia aut vellere, quae siccata et in pastillos coacta in vase fictili reponitur. Vim habet is liquor emolliendi, vulnera conglutinandi, eaque discutiendi, quae aegre maturantur. Bibitur etiam nec non illinitur contra serpentium morsus, lienes in scirrhum induratos, stomachi dolores horroresque febriles. Cito vero vermibus depascitur.

Cap. CLXXXII. [*De ficu cypria.*] Gignitur et in

ἐν Κύπρῳ, εἴδει διαφέρον· πτελέᾳ γὰρ, οὐ συκαμίνῳ[72] τὰ φύλλα ἔοικε· τὸν δὲ καρπὸν κατὰ τὸ μέγεθος κοκκυμήλων, καὶ γλυκύτερον· τὰ δὲ ἄλλα πάντα ὅμοια τοῖς προειρημένοις.

Κεφ. ρπγ΄. [Περὶ σύκων.] Σῦκα πέπειρα τὰ ἁπαλὰ κακοστόμαχα, κοιλίας λυτικά· ῥαδίως δὲ ἐξ αὐτῶν ῥευματισμὸς ἵσταται· ἐξανθημάτων καὶ ἱδρώτων προκλητικὰ, ἄδιψα δὲ καὶ σβεστικὰ θερμασίας· τὰ δὲ ξηρὰ τρόφιμα, θερμαντικὰ, διψητικώτερα, εὐκοίλια, ἄθετα δὲ ῥευματισμοῖς στομάχου καὶ κοιλίας· βρόγχῳ δὲ καὶ ἀρτηρίᾳ καὶ κύστει καὶ νεφροῖς εὔθετα, καὶ τοῖς ἐκ μακρονοσίας κακοχροοῦσι καὶ ἀσθματικοῖς καὶ ἐπιληπτικοῖς καὶ ὑδρωπικοῖς· ἀνακαθαίρει δὲ καὶ τὰ ἐν θώρακι, ἀποζεσθέντα σὺν ὑσσώπῳ καὶ ποθέντα· ἁρμόζει δὲ καὶ παλαιοῖς βηξὶ καὶ τοῖς περὶ πνεύμονα χρονίοις πάθεσι· κοιλίαν τε μαλάσσει μετὰ νίτρου καὶ κρόκου[73] καὶ ἐσθιόμενα· τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῶν ταῖς περὶ ἀρ-

72) Vulgo: *πτελέα γὰρ οὖσα, συκαμίνῳ τὰ φύλλα ἔοικε.* Theophr. hist. 4, 2.: *φύλλον πτελέᾳ παρόμοιον.* Oribas. longe aliter: *φύλλα οὐ συκαμίνου ἀλλὰ πλατάνου.*

73) Temere magis, quam solebat, Saracenus in textum *κνίκου* recepit, quia in Serapione legitur *cum nitro* et *carthamo.* At Arabicus textus صفرن (*Safran*) habere videtur, quod cum عصفر (*Asfor*) scriptura saltem facile confunditur. Posterius sunt *Carthami flores.* Itaque *κνῆκος* aut *κνίκος* haud tolerandum.

Cypro arbor specie differens, cuius folia ulmi, non mori similia sunt. Fructum habet pruna mole aequantem, dulciorem tamen. Cetera omnia antedictis similia sunt.

Cap. CLXXXIII. [*De Ficubus.*] Fici maturae recentes stomachum laedunt alvumque solvunt; sed contracta ab iis alvi fluxio facile cohibetur. Papulas evocant sudoresque movent: sitim sedant caloremque restingunnt. Siccae vero sunt alibiles, calefaciunt, sitim magis afferunt alvoque sunt utiles, sed ad fluxiones stomachi alvique haud idoneae. Gutturi autem, fistulae spiritali, vesicae ac renibus utiles, iis etiam, qui ex longa valetudine malum colorem adepti sunt, anhelantibus, comitialibus ac hydropicis. Repurgant et quae in thorace continentur, cum hyssopo infusae potaeque. Veteri tussi ac diuturnis pulmonum vitiis conveniunt alvumque molliunt cum nitro ac croco tusae, dein manducatae. Ipsarum decoctum fistu-

τηρίαν καὶ παρίσθμια φλεγμοναῖς ἁρμόζει εἰς ἀναγαργάρισμα, καὶ εἰς τὰς ὠμηλύσεις δὲ μίγνυται καὶ εἰς γυναικείας πυρίας μετὰ τήλεως ἢ πτισάνης· σὺν πηγάνῳ δὲ ἀφεψημένα, στρόφων ἐστὶν ἔγκλυσμα· καταπλαττόμενα δὲ ἑφθὰ λεῖα διαφορεῖ σκληρίας, παρωτίδας, δοθιῆνας μαλάσσει, φύγεθλα πεπαίνει, καὶ μᾶλλον σὺν ἴριδι ἢ νίτρῳ ἢ ἀσβέστῳ· καὶ ὠμὰ δὲ κοπέντα, σὺν οἷς εἴρηται, τὰ αὐτὰ δρᾷ· σὺν σιδίῳ δὲ ῥοιᾶς πτερύγια ἀνακαθαίρει· μετὰ χαλκάνθου [74] τὰ ἐν κνήμαις ῥευματικὰ [75] δυςαλθῆ καὶ κακοήθη ἰᾶται· ἑψηθέντα δὲ ἐν οἴνῳ καὶ μιγέντα ἀψινθίῳ καὶ κριθίνῳ ἀλεύρῳ, ὑδρωπικοὺς ὠφελεῖ καταπλασθέντα· κεκαυμένα δὲ μιγέντα κηρωτῇ χειμέτλας ἰᾶται· λεῖα δὲ ὠμὰ σὺν νάπυϊ [76] ὑγρῷ ἀναληφθέντα καὶ ἐντεθέντα ἐν ὠσὶν, ἤχους καὶ κνησμοὺς [77] θεραπεύει. Ὁ δὲ ὀπὸς τῆς ἀγρίας καὶ τῆς ἡμέρου συκῆς πηκτικός ἐστι γάλακτος, ὥςπερ ἡ πιτύα· λύει δὲ καὶ τὸ πεπηγὸς, ὥςπερ

74) Plinius χαλκοῦ ἄνθους, Serapion καλαμίνθης legit.

75) Serapion legit ῥήγματα.

76) Marcell. et Sambuc. νίτρῳ.

77) Marcell. et Sarac. συρισμούς, quod contra codicum fidem et priscas versiones.

lae spiritalis et tonsillarum inflammationibus gargarizatu prodest. Quin et cataplasmatis e cruda farina miscetur, itemque in muliebres fotus cum foeno graeco aut ptisana. Ceterum cum ruta coctae ad tormina in alvi collutionibus adhibentur. Tritae, tum coctae ac impositae duritias discutiunt, parotidas ac furunculos emolliunt, abscessus maturant, efficacius autem, additis iride, nitro aut calce viva. Crudae quoque si cum ante dictis tundantur, eadem efficiunt. Cum malicorio pterygia repurgant. Cum vitriolo aeris medentur fluxionibus tibiarum aegre sanabilibus malignisque. Quin et in vino cocta, additis absinthio et farina hordeacea, utiliter hydropicis illinuntur. Crematae ceratoque admixtae perniones sanant. Quodsi crudae terantur et liquido sinapis exceptae auribus indantur, sonitus pruritusque aurium tollunt. Porro tam sylvestris quam sativae fici succus coaguli modo lac coire iubet, coagulatumque iterum, aceti ad instar, solvit. Idem

τὸ ὄξος· ἑλκωτικός[78] τε σωμάτων καὶ ἀναστομωτικὸς, κοιλίας τε λυτικὸς, καὶ ὑστέρας ἀναχαλαστικὸς, μετὰ ἀμυγδάλου[79] λείου πινόμενος· καὶ ἐμμήνων ἀγωγὸς, προςτεθεὶς σὺν ᾠοῦ λεκύθῳ ἢ κηρῷ τυῤῥηνικῷ· ποδαγρικοῖς τε καταπλάσμασι χρήσιμος μετὰ τηλίνου ἀλεύρου καὶ ὄξους· σμήχει δὲ λέπρας καὶ λειχῆνας, ἐφήλεις, ἀλφοὺς, ψώρας, ἀχῶρας σὺν ἀλφίτῳ· καὶ σκορπιοπλήκτοις κατὰ τῆς πληγῆς ἐπισταζόμενος, καὶ ἰοβόλοις καὶ κυνοδήκτοις βοηθεῖ· καὶ ὀδονταλγίας ὠφελεῖ ἐρίῳ ἀναληφθεὶς καὶ εἰς τὸ βρῶμα ἐντιθέμενος· καὶ μυρμηκίαν αἴρει, στέατι περιπλασθείσης τῆς ἐν κύκλῳ σαρκός.

Κεφ. ρπδ'. [Περὶ ἀγρίας συκῆς.] Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ὁ χυλὸς ποιεῖ τῶν ἀπὸ τῆς ἀγρίας συκῆς ἁπαλῶν κλάδων, ἡνίκα ἂν ἔγκυοι ὦσι, μήπω τοῦ ὀφθαλμοῦ βεβλαστηκότος· κοπτόμενοι δὲ ἐκθλίβονται, καὶ ὁ χυλὸς ξηραινόμενος ἐν σκιᾷ ἀποτίθεται· λαμβάνεται δὲ καὶ εἰς ἑλκωτικὰς δυνάμεις ὅ,τε καὶ ὁ χυλός· αἱ δὲ κράδαι[80] βοείοις κρέασι καθεψόμεναι εὐέψητα

78) Ald., Asulan., Cornar., Goupyl. ἑλκτικός. Matthiolus primus legit ἑλκωτικός.

79) Plin., Cod. Cantacuzen. et Samb. μετ' ἀμύλου.

80) Κράδοι Ald., C. N... Goupylus primus κράδαι.

corpora exulcerat, oscula vasorum aperit, alvum solvit et uterum laxat cum trito amygdalo potus: menses quoque ciet, appositus cum ovi vitello aut cera etrusca: podagricorum cataplasmatis cum farina foeni graeci et aceto aptus: lepras vero, lichenas, maculas a sole contractas, vitiligines, scabiem, achores cum polenta expurgat. Instillatur plagae, a scorpione percussis, venenatorum ictibus et canis morsibus auxiliatur: dentium dolori prodest lana exceptus et in eorum cavum immissus. Verrucam, quae formica dicitur, tollit, dum adipe carnem in ambitu circumliveris.

Cap. CXXXIV. [*De Ficu sylvestri.*] Haec eadem praestat succus e teneris sylvestris ficus ramusculis, quamdiu (lacteo liquore) praegnant, necdum oculus propullulavit. Tum enim hi tusi exprimuntur et succus siccatus in umbra reponitur. Et liquor et succus ad ea, quae exulcerant, adhibentur. Decocti vero surculi ficulnei cum

ταῦτα ποιοῦσι· καὶ τὸ γάλα δὲ λυτικώτερον ἐν τῇ ἑψήσει κινούμενον ἀντὶ σπάθης αὐταῖς παρασκευάζουσιν.

Κεφ. ρπέ. [Περὶ Ὀλύνθων.] Οἱ δὲ ὄλυνθοι, ὑπό τινων ἐρινεοὶ καλούμενοι, ἑφθοὶ καταπλασθέντες, πᾶσαν συστροφὴν καὶ χοιράδας ἐκμαλάσσουσιν· ὠμοὶ δὲ μυρμηκίας καὶ θύμους, σὺν νίτρῳ καταπλασθέντες καὶ ἀλεύρῳ, αἴρουσι· καὶ τὰ φύλλα τὰ αὐτὰ δύναται· σὺν ὄξει δὲ καὶ ἁλσὶ καταπλασθέντα[81] ἀχῶρας, πίτυρα καὶ ἐπινυκτίδας ἰῶνται· παρατρίβεται δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ συκώδη καὶ τραχέα τῶν βλεφάρων· καὶ λεῦκαι δὲ καταπλάσσονται τοῖς τῆς μελαίνης συκῆς φύλλοις ἢ τοῖς κλάδοις· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰ κυνόδηκτα σὺν μέλιτι καὶ πρὸς τὰ κηρία· ἀνάγουσι δὲ οἱ ὄλυνθοι καὶ ὀστᾶ σὺν μήκωνος ἀγρίας φύλλοις· δοθιῆνάς τε σὺν κηρῷ διαλύουσι· σὺν ὀρόβῳ δὲ καὶ οἴνῳ καταπλασθέντες πρὸς μυγαλῆς δήγματα καὶ σκολοπένδρας ἁρμόζουσι.

Κεφ. ρπς΄. [Περὶ κονίας τῆς συκῆς.] Γίνεται δὲ καὶ κονία ἀγρίας συκῆς καὶ ἡμέρου, καέντων τῶν κλάδων, ἐκ

81) Ald. — Goupyl. καταπλασθέντες. Sed interpretes veteres et ipse nexus veram docent lectionem.

bubulis carnibus efficiunt, ut hae facilius concoquantur. Lac quoque maiorem solvendi vim acquirit, si per coctionem ficulneo surculo, loco spathae, agitatur.

Cap. CLXXXV. [*De Grossis.*] Grossi, qui a nonnullis erinei nominantur, cocti et illiti tumorem omnem strumasque emolliunt. Crudi vero cum nitro et farina impositi verrucas, quae formica et thymia appellantur, tollunt. Quin et haec eadem ipsa folia possunt. Cum aceto autem et salibus illita achores, furfures et epinyctidas sanant. Iis quoque palpebrae asperae et verruculis obsessae perfricantur. Et vitiligines albae perunguntur foliis ramisque ficus nigrae. Faciunt quoque adversus canum morsus et favos cum melle. Grossi cum papaveris sylvestris foliis ossicula (cariosa) extrahunt furunculosque cum cera discutiunt. Ceterum cum ervo ac vino impositi contra muris aranei morsus et scolopendrae venena prosunt.

Cap. CLXXXVI. [*De Lixivio ficus.*] Fit et lixivium e cinere crematorum et sylvestris et sativae ficus

τῆς τέφρας· πολύβροχον δὲ αὐτὴν δεῖ ποιεῖν καὶ παλαιοῦν· ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς τὰ καυστικὰ καὶ γαγγραινούμενα· ἀνακαθαίρει γὰρ καὶ ἀναλίσκει τὰ περισσά· χρῆσθαι δὲ αὐτῇ δεῖ, σπόγγον βρέχοντας συνεχῶς καὶ ἐπιτιθέντας· ἐφ' ὧν δὲ καὶ ἐγκλύζοντας, ὡς ἐπὶ δυσεντερικῶν καὶ παλαιῶν ῥευμάτων καὶ κόλπων ὑπονόμων καὶ μεγάλων· καθαίρει γὰρ καὶ κολλᾷ καὶ σαρκοῖ καὶ συμφύει ἐοικότως τοῖς ἐναίμοις. Καὶ ποτίζεται δὲ πρὸς αἵματος ἐκθρόμβωσιν καὶ πτώματα, ῥήγματα, σπάσματα, σὺν ὕδατος κυάθῳ προςφάτως διϋλισμένη, καὶ ἐλαίου μιγέντος ὀλίγου· κοιλιακοῖς δὲ καὶ δυσεντερικοῖς καθ' ἑαυτὴν κυάθου πλῆθος βοηθεῖ διδομένη, καὶ τοῖς νευρικοῖς δὲ καὶ σπάσμασι σύγχρισμα ἁρμόδιον σὺν ἐλαίῳ, ἱδρῶτας κινοῦσα· καὶ πρὸς γύψου πόσιν καὶ φαλαγγίων δήγματα πίνεται· παρέχουσι δὲ τὰ αὐτὰ καὶ αἱ λοιπαὶ κονίαι, μάλιστα δὲ ἡ δρυΐνη· στυπτικαὶ δέ εἰσι πᾶσαι.

Κεφ. ρπζ'. [Περὶ Περσέας.] Περσέα δένδρον ἐστὶν ἐν Αἰγύπτῳ, καρπὸν φέρον ἐδώδιμον, εὐστόμαχον· ἐφ' οὗ καὶ

ramusculis. Sed cinerem plurimum diutissimeque macerari oportet. Idoneum quoque est ad medicamenta caustica et partibus prodest gangraena vastatis. Nam vel expurgat vel consumit, quae abundaverint. Usus vero hic est, ut spongia eo imbuta continuo imponatur. Interdum et infunditur, ut in intestinorum difficultatibus et veteribus fluxionibus, nec non in ulceribus sinuosis depascentibus et amplis. Etenim purgat, glutinat, carnes generat et oras vulnerum committit, sicut ea, quae sanguinem sistunt. Propinatur et ad sanguinem in grumos concretum et ad laesiones e casu obortas, ad rupta et convulsa cum aquae cyatho recens excolatum, admixto olei exiguo. Coeliacis ac dysentericis per se cyathi mensura datum auxiliatur. Nervorum vitiis et convulsis ex oleo convenienter illinitur, quippe quod sudores moveat. Bibitur et adversus gypsi potum phalangiorumque morsus. Eosdem denique effectus praestant alia lixivia, praesertim quernum: omnia vero astringente vi pollent.

Cap. CLXXXVII. [*De Persea.*] Persea arbor est in Aegypto, fructum ferens cibo idoneum, stomacho uti-

τὰ λεγόμενα κρανοκόλαπτα φαλάγγια εὑρίσκεται, μάλιστα δὲ ἐν Θηβαΐδι. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα λεῖα ἐπιπαττόμενα[82] ξηρὰ αἱμοῤῥαγίαν ἱστᾷν. Τοῦτο δὲ ἱστόρησάν τινες ἐν Περσίδι ἀναιρετικὸν εἶναι, μετατεθὲν δὲ εἰς Αἴγυπτον ἀλλοιωθῆναι καὶ ἐδώδιμον γενέσθαι[83].

82) Pro vulgari lectione ἐπιπλαττόμενα apte Sarac.

83) Caput ultimum περὶ ἰβερίδος, nec Dioscoridis, nec huius loci, manifesto spurium, relegavi ad lib. 2. c. 205. Aliud caput περὶ ἁλικακάβου, quod sequitur in Aldina, repetitur fere iisdem verbis in libro 4., ubi στρυχνοῦ ὑπνωτικοῦ nomine ab Asulano primo recte ponitur.

lem. In ea phalangia reperiuntur, quae cranocolapta dicuntur, praesertim in Thebaide. Arida folia trita et inspersa sanguinis cursus sistunt. Hanc arborem prodidere nonnulli in Perside quidem exitiosam esse, translatam vero in Aegyptum, natura mutata, in cibos receptam fuisse.

ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

Ἐν μὲν τῷ πρώτῳ βίβλίῳ, φίλτατε Ἄρειε, ὄντι πρώτῳ τῶν περὶ ὕλης ἡμῖν συντεταγμένων, παρεδώκαμεν τὸν περὶ ἀρωμάτων καὶ ἐλαίων καὶ μύρων καὶ δένδρων, καὶ τῶν γεννωμένων ἐξ αὐτῶν ὀπῶν τε καὶ δακρύων καὶ καρπῶν λόγον· ἐν δὲ τούτῳ δευτέρῳ ὄντι ἐπελευσόμεθα περί τε ζώων καὶ μέλιτος καὶ γάλακτος καὶ στέατος καὶ τῶν λεγομένων σιτηρίων, ἔτι δὲ λαχάνων· ὑποτάξαντες αὐτοῖς, ὅσα δριμέα[84] τῶν βοτανικῶν κέχρηται δυνάμει, διὰ τὸ συγγένειαν ἔχειν αὐτὰ, ὥσπερ τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα καὶ νᾶπυ, ἵνα μὴ διαζευχθῇ τῶν ὁμογενῶν ἡ δύναμις.

Κεφ. α΄. [Περὶ Ἐχίνου θαλασσίου.] Ἐχῖνος θαλάττιος εὐστόμαχος, εὐκοίλιος, οὐρητικός· οὗ τὸ ὄστρακον ὠμὸν μίγνυται χρησίμως ὀπτηθὲν τοῖς πρὸς τὰς ψώρας ἁρμόζουσι

84) Sarac. coniicit δριμεία, ut respondeat δυνάμει, sed ὀξὺς, δριμὺς, γλυκὺς τῇ δυνάμει recte dicitur.

LIBER II.

In priore quidem, amantissime Aree, libro, qui primus est eorum, quos de materia (medica) composuimus, de aromatibus, oleis, unguentis, arboribus et ex his generatis liquoribus, lacrimis ac fructibus disseruimus. In hoc autem secundo agemus de animalibus, melle, lacte, adipe ac quae frumenta dicuntur, insuperque de oleribus; hisque subnectemus, quae inter herbaceas vi acres sunt, propterea quod cum illis cognationem habent, scilicet allia, cepae, sinapi; idque ne congenerum vires disiungantur.

Cap. I. [*De Echino marino.*] Echinus marinus stomacho et alvo conducit, urinam ciet. Huius testa si cruda torreatur, utiliter smegmatis (s. detergentibus medicamentis) ad scabiem idoneis admiscetur. Cremata vero eadem

σμήγμασι· κεκαυμένον δὲ καθαίρει τὰ ῥυπαρὰ ἕλκη καὶ καταστέλλει τὰ ὑπερσαρκοῦντα.

Κεφ. β΄. [Περὶ τοῦ χερσαίου Ἐχίνου.] Καὶ τοῦ χερσαίου δὲ ἐχίνου τὸ δέρμα καὲν, πρὸς ἀλωπεκίας μετὰ πίσσης ὑγρᾶς καταχριόμενον ἁρμόζει· ἡ δὲ σὰρξ σκελετευθεῖσα καὶ πινομένη μετὰ μέλιτος ἢ ὀξυμέλιτος βοηθεῖ νεφριτικοῖς καὶ τοῖς ὑπὸ σάρκα ὕδρωψι, καὶ σπασμώδεσιν, ἐλεφαντιῶσι, καχέκταις· ξηραίνει δὲ καὶ τοὺς περὶ τὰ σπλάγχνα ῥευματισμούς· καὶ τὸ ἧπαρ δὲ αὐτοῦ ξηρανθὲν ἐπ᾿ ὀστράκου ἡλιοκαοῦς[85] καὶ ἀποτεθὲν πρὸς τὰ αὐτὰ ὁμοίως ἁρμόζει διδόμενον.

Κεφ. γ΄. [Περὶ Ἱπποκάμπου.] Ἱππόκαμπος θαλάσσιόν ἐστι ζῶον μικρὸν, οὗ καέντος ἀναληφθεῖσα ἡ τέφρα πίσσῃ ὑγρᾷ ἢ ὀξυγγίῳ ἢ ἀμαρακίνῳ μύρῳ, καὶ καταχρισθεῖσα ἀλωπεκίας δασύνει.

Κεφ. δ΄. [Περὶ Πορφύρας.] Πορφύρα καεῖσα δύναμιν ἔχει ξηραντικὴν, σμηκτικὴν ὀδόντων, [ὑπερσαρκωμάτων δὲ κατασταλτικὴν], ἀνακαθαρτικὴν ἑλκῶν, ἀπουλωτικήν. [Πορφύρας πώματα σὺν ἐλαίῳ ἑψηθέντα καὶ ἐπαλειφόμενα τρίχας

85) Ald. sic recte. Asulan. et C. N. ἡλωκαύστου, ἡλιοκύστου.

ulcera sordida expurgat, eaque reprimit, quae in ulceribus ipsis excrescunt.

Cap. II. [*De Erinaceo.*] Echini terrestris (s. erinacei) corium ustum calvitiei cum pice liquida commode illinitur. Siccata caro et cum melle aut aceto mulso epota renum vitiis auxilio est, itemque aquae inter cutem, convulsionibus, elephantia laborantibus et malo corporis habitu praeditis: viscerum quoque fluxiones exsiccat. Quin et eiusdem iecur fictili solibus perusto arefactum atque reconditum ad eosdem usus pari modo utiliter exhibetur.

Cap. III. [*De Hippocampo.*] Hippocampus est animalculum marinum, cuius cremati cinis pice liquida vel axungia vel unguento amaracino exceptus et illitus calvities pilis decorat.

Cap. IV. [*De Purpura.*] Purpura usta vim habet exsiccandi, dentes abstergendi, [luxuriem carnis cohibendi], ulcera repurgandi et ad cicatrices perducendi. [Purpurae opercula cum oleo decocta et illita fluentes ca-

ῥεούσας τηρεῖ· ποθέντα δὲ σὺν ὄξει σπλῆνα οἰδοῦντα στέλλει· ὑποθυμιαθέντα δὲ ἐγείρει τὰς ὑστερικὰς πνιγομένας καὶ τὰ δεύτερα ἐκβάλλει.][86]

Κεφ. ε΄. [Περὶ Κηρύκων.] Τὰ αὐτὰ δὲ ποιοῦσι καὶ οἱ κήρυκες καέντες, εἰσὶ δὲ μᾶλλον καυστικοί[87]. Ἐὰν δέ τις ἁλῶν αὐτοὺς πληρώσας ἐν ὠμῇ χύτρᾳ καύσῃ, ἁρμόζουσι πρὸς σμῆξιν ὀδόντων καὶ κατακαύματα ἐπιπλασθέντες· ἐᾶν δὲ δεῖ ἀποστρακοῦσθαι τὸ φάρμακον· μετὰ δὲ τὴν ἀπούλωσιν τοῦ κατακαύματος αὐτόματον ἀποπίπτει· γίνεται δὲ ἄσβεστος ἐξ αὐτῶν, ὡς ὑποδείξομεν ἐν τῷ περὶ ἀσβέστου λόγῳ.

Κεφ. ϛ΄. [Περὶ Κιονίων.][88] Κιόνια δὲ καλεῖται τὰ ἐπὶ τῶν κηρύκων καὶ πορφύρων μέσα, περὶ οἷς ἡ ἕλιξ ἐστὶ τοῦ ὀστράκου· καίεται δὲ ὁμοίως δύναμιν ἔχον καυστικωτέραν τῶν κηρύκων καὶ τῆς πορφύρας, διὰ τὸ πιέζειν αὐτῶν τὴν φύσιν· αἱ δὲ σάρκες τῶν κηρύκων εὔστομοι καὶ εὐστόμαχοι· κοιλίαν δὲ οὐ μαλάσσουσι.

86) Sambucus inventum hoc additamentum huc traxit. Ipsius *αὐτόγραφον* coram est. Aptius ad c. 10. pertinet.
87) *Καυστικώτεροι ὄντες* C. N.
88) Hermol. Barb. sic coniecit. Vulgo *ἰονίων*.

pillos retinent. Pota vero cum aceto lienem tumentem reprimunt. Suffita ex utero suffocatas excitant secundasque pellunt.]

Cap. V. [*De Buccinis.*] Eadem praestant buccina concremata, sed maiorem adurendi vim habent. Si quis ea sale expleta in olla cruda cremaverit, dentifriciis conveniunt, ambustisque utiliter illinuntur. Sinendum vero medicamentum, ut in testae modum induretur, quando post obductam ambusto loco cicatricem sponte sua decidet. Fit etiam ex ipsis viva calx, quemadmodum in capite de calce praecipiemus.

Cap. VI. [*De Columellis.*] Columellae (modioli) vocantur buccinorum purpurarumque mediae partes, circa quas anfractus testae (firmantur.) Simili autem modo crematae buccinis purpuraque magis adurentem vim habent, quia naturaliter semet apprimunt (fortiusque adhaerent). Ac buccinorum carnes et ori gratae sunt et stomacho utiles: sed alvum nequaquam molliunt.

Κεφ. ζ. [Περὶ Μυάκων.] Μύακες διαφέρουσιν οἱ ποντικοί· καέντες δὲ τὸ αὐτὸ δρῶσι τοῖς κήρυξιν· ἰδιαίτερον δὲ πλυθέντες[89] ὡς μόλιβδος χρησιμεύουσιν εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ σὺν μέλιτι· ἐκτήκοντες παχύτητας[90] βλεφάρων καὶ σμήχοντες λευκώματα καὶ τὰ ἄλλως ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις· ἡ δὲ σὰρξ αὐτῶν κυνοδήκτοις ἐπιτίθεται ὠφελίμως.

Κεφ. η΄. [Περὶ Τελλινῶν.] Τελλῖναι δὲ νεαραὶ εὐκοίλιοι[91], μάλιστα δὲ ὁ ἐξ αὐτῶν ζωμός· ταριχηραὶ δὲ καεῖσαι καὶ τριβεῖσαι λεῖαι καὶ μετὰ κεδρίας ἐπισταζόμεναι τὰς ἐκτιλθείσας τῶν βλεφάρων τρίχας οὐκ ἐῶσιν αὖθις φυῆναι.

Κεφ. θ΄. [Περὶ Χημῶν.] Καὶ ὁ ἐκ τῶν χημῶν τε καὶ τῶν ἄλλων κογχαρίων ζωμὸς κοιλίαν κινεῖ ἑψόμενος μετὰ ὀλίγου ὕδατος· μετ᾽ οἴνου δὲ λαμβάνεται.

Κεφ. ι΄. [Περὶ Ὄνυχος.] Ὄνυξ ἐστὶ πῶμα κογχυλίου ὅμοιον τῷ τῆς πορφύρας, εὑρισκόμενον ἐν τῇ Ἰνδίᾳ ἐν ταῖς ναρδοφόραις λίμναις· διὸ καὶ ἀρωματίζει νεμομένων τῶν κογχυλίων τὴν νάρδον· συλλέγεται δὲ, ἐπειδὰν ὑπὸ τῶν αὐχ-

89) Sic Ald.... λυθέντες C. N. 90) Paull. Aegin. τραχύτητας.
91) Sic Coray ad Xenocr. p. 154. Vulgo εὐκοίλιαι.

Cap. VII. [*De Mytulis.*] E mytulis pontici praeferuntur. Cremati eundem ac buccina effectum praebent. Privatim vero plumbi ad instar eloti oculorum medicamentis cum melle utiles censentur, quippe qui palpebrarum crassities absumunt, oculorum albugines exterunt et quae alio modo caliginem pupillis offundunt. Caro autem eorum ad canum morsus utiliter imponitur.

Cap. VIII. [*De Tellinis.*] Tellinae recentes alvo utiles, praesertim iusculum ex iis paratum. Sale conditae ustaeque et ad laevorem tritae atque cum cedria instillatae evulsos palpebrarum pilos renasci non patiuntur.

Cap. IX. [*De Chamis.*] Quin et chamarum aliarumque conchularum in exigua aqua decoctarum iusculum alvum ciet: id vero cum vino assumitur.

Cap. X. [*De Ungue.*] Unguis est operculum conchylii ii simile, quo purpura (tegitur). In lacubus Indiae nardiferis reperitur, quapropter, cum nardum depascantur conchylia, aromatici aliquid spirat. Colligitur post-

μῶν ἀναξηρανθῶσιν αἱ λίμναι· διαφέρει δὲ ὁ ἀπὸ τῆς ἐρυθρᾶς κομιζόμενος, ὑπόλευκος ὢν καὶ λιπαρός· μέλας δὲ ὁ βαβυλώνιος καὶ μικρότερος· ἀμφότεροι δὲ εὐώδεις θυμιώμενοι, καστορίζοντες ποσῶς τῇ ὀσμῇ· ἐγείρουσι δὲ καὶ οὗτοι ὑποθυμιαθέντες τὰς ὑστερικῶς πνιγομένας καὶ ἐπιληπτικούς· ποθέντες δὲ κοιλίαν μαλάσσουσιν[92]· αὐτὸ δὲ τὸ κογχύλιον καὲν ποιεῖ, ὅσα καὶ ἡ πορφύρα καὶ ὁ κήρυξ.

Κεφ. ιά. [*Περὶ Κοχλίων.*] Κοχλίας χερσαῖος εὐστόμαχος, δύςφθαρτος· ἄριστος δὲ ὅ,τε ἐν Σαρδῶνι καὶ Λιβύῃ καὶ Ἀστυπαλαίᾳ καὶ Σικελίᾳ καὶ Χίῳ γεννώμενος, καὶ ὁ ἐν ταῖς κατὰ Λιγυρίαν ἄλπεσι πωματίας καλούμενος. Καὶ ὁ θαλάσσιος δὲ εὐστόμαχος καὶ εὐέκκριτος, ὁ δὲ ποτάμιος βρομώδης· καὶ ὁ ταῖς ἀκάνθαις καὶ τοῖς θαμνίσκοις προςκεκολλημένος ἄγριος, ὅν τινες σέσιλον ἢ σεσέλιτα καλοῦσι, ταρακτικός ἐστι κοιλίας καὶ στομάχου, ἐμετοποιός.

Δύναται δὲ πάντων τὰ ὄστρακα κεκαυμένα θερμαίνειν καὶ καίειν, σμήχειν λέπρας, ἀλφούς, ὀδόντας· οὐλὰς δὲ τὰς

92) Paull. Aegin. ταράσσουσιν.

quam aestivis squaloribus lacus inaruerint. Praestat ceteris, qui e mari rubro defertur, subalbidus ac pinguis. Babylonicus nigrescit ac minor est. Ambo vero si suffiantur, fragrantes, nisi quod castoreum nonnihil redoleant. Et hi suffitu feminas ex utero strangulatas et comitiales excitant. Poti vero alvum perturbant. Ipsum denique conchylium ustum eadem, quae purpura et buccinum, efficit.

Cap. XI. [*De Cochleis.*] Cochlea terrestris stomacho confert aegreque corrumpitur. Optima est, quae in Sardinia, Libya, Astypalaea, Sicilia et Chio gignitur, nec non et quae in Liguriae alpibus pomatias, quasi opercularis, cognominatur. Marina quoque stomacho utilis facileque excernitur. Fluviatilis autem virosa est. Sylvestris denique, quae vepribus frutetisque agglutinata invenitur, quam nonnulli sesilon aut seselita vocant, alvum stomachumque turbat, vomitus excitatura.

Omnium vero testae crematae calefaciendi urendique, lepras, vitiligines ac dentes extergendi vi pollent. Ocu-

ἐν ὀφθαλμοῖς, καὶ λευκώματα καὶ ἐφήλεις καὶ ἀμβλυωπίας μετὰ τῆς σαρκὸς ὅλοι καέντες καὶ λειανθέντες καὶ ἐγχριόμενοι σὺν μέλιτι ἀποκαθαίρουσιν· ὠμοὶ δὲ σὺν τοῖς κελύφοις καταπλασθέντες ἐξικμάζουσι τὰ ὑδρωπικὰ οἰδήματα, καὶ οὐκ ἀφίστανται πρὶν ἢ πᾶν ἀνικμασθῆναι τὸ ὑγρόν· καὶ ποδαγρικὰς δὲ φλεγμονὰς πραΰνουσι, καὶ σκόλοπας ἕλκουσιν ὁμοίως καταπλασθέντες, καὶ ἔμμηνα ἄγουσι λεῖοι προστιθέμενοι· αἱ δὲ σάρκες αὐτῶν λεῖαι σὺν σμύρνῃ καὶ λιβανωτῷ καταπλασθεῖσαι τραύματα καὶ μάλιστα τὰ κατὰ τὰ νεῦρα κολλῶσι, καὶ τὰς ἐκ μυκτήρων αἱμοῤῥαγίας σὺν ὄξει λειανθέντες ἐπέχουσι· ζῶσα δὲ ἡ σὰρξ καταποθεῖσα, τοῦ λιβυκοῦ μάλιστα, ἀλγηδόνας στομάχου παύει· μετὰ δὲ τοῦ ὀστράκου ὅλος τριβεὶς καὶ μετ' οἴνου καὶ σμύρνης ὀλίγης ποθεὶς κοιλιακοὺς[93] θεραπεύει καὶ κύστεως ἀλγήματα· ἀνακολλᾷ δὲ τρίχας ὁ χερσαῖος, ἐάν τις βελόνην κατὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ φέρων τῷ προϊσταμένῳ γλοιώδει προσάπτηται τῆς τριχός.

Κεφ. ιβ'. [Περὶ Καρκίνων.] Καρκίνων ποταμίων καέντων ἡ τέφρα κοχλιαρίων δυοῖν πλῆθος σὺν γεντιανῆς ῥίζης

93) Sic C. N. Vulgo: *καὶ μετ' οἴνου καὶ σμύρνης ποθεὶς ὀλίγος, κωλικοὺς θερ.*

lorum vero cicatrices et albugines, maculas a sole contractas ac visus hebetudines emendant, si totae cum sua carne ustae et contritae illinantur. At crudae cum integumentis impositae hydropicorum tumores discutiunt, neque prius amoventur, quam omnis exhaustus sit humor. Sed et podagricas inflammationes leniunt, ac impactas etiam corpori spinas similiter impositae evocant: menses quoque tritae et appositae cient. Carnes earum tritae ac cum myrrha et ture illitae tum vulnera, tum maxime, quae nervis inflicta sunt, conglutinant: tritae in aceto sanguinis e naribus eruptiones cohibent. Vivae caro, praecipue africanae, vorata stomachi dolores mitigat. Tota vero cum testa sua trita et cum vino ac myrrhae exiguo bibita coeliacos sanat ac vesicae dolores. Terrestris fluentes pilos glutinat, si quis traiectae per carnem ipsius acus mucroni haerentem viscidum lentorem pilo admoverit.

Cap. XII. [*De Cancris.*] Cancrorum fluviatilium exustorum cinis duum cochlearium mensura cum gentia-

κοχλιαρίῳ ἑνὶ καὶ οἴνῳ ποθεῖσα ἐπὶ ἡμέρας γ' βοηθεῖ λυσσοδήκτοις ἐναργῶς· σὺν δὲ μέλιτι ἑφθῷ ῥαγάδας τὰς ἐν ποσὶ καὶ τὰς ἐν δακτυλίῳ καὶ χιμέθλας καὶ καρκινώματα παρηγορεῖ· λεῖοι δὲ ὠμοὶ σὺν γάλακτι ὀνείῳ ποθέντες βοηθοῦσι δήγμασιν ἑρπετῶν, φαλαγγίων, σκορπίων πληγαῖς· ἑφθοὶ δὲ σὺν ζωμῷ ἐσθιόμενοι φθισικοὺς ὠφελοῦσι καὶ τοὺς λαγωὸν θαλάσσιον πεπωκότας· τριφθέντες δὲ μετ' ὠκίμου καὶ προςτεθέντες[94], σκορπίους κτείνουσι· δύνανται δὲ τὰ αὐτὰ καὶ οἱ θαλάσσιοι, πλὴν ἧττον τούτων ἐνεργοῦσι.

Κεφ. ιγ'. [Περὶ Σκορπίου χερσαίου.] Σκόρπιος χερσαῖος ὠμὸς λεῖος ἐπιτεθεὶς, βοήθημα τῆς ἰδίας πληγῆς γίνεται· βιβρώσκεται[95] δὲ καὶ ὀπτηθεὶς πρὸς τὸ αὐτό.

Κεφ. ιδ'. [Περὶ Σκορπίου θαλασσίου.] Τοῦ δὲ θαλασσίου σκορπίου ἡ χολὴ ἁρμόζει πρὸς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς ὑποχύσεις καὶ λευκώματα καὶ ἀμβλυωπίας.

Κεφ. ιε'. [Περὶ Δράκοντος θαλασσίου.] Δράκων θαλάσσιος ἀναπτυχθεὶς καὶ ἐπιτεθεὶς ἴαμά ἐστι πρὸς τὴν ἐκ τῆς ἀκάνθης αὐτοῦ πληγήν.

94) Sambuc. προςαχθέντες.

95) Marcell. Vergil. consensu Galeni, Paulli Aeginetae et Serapionis sic correxit; vulgo εὑρίσκεται.

nae radicis cochleari uno ac vino per triduum potus, a cane rabioso demorsis evidenter opitulatur. Ex melle vero cocto rimas pedum anique, perniones et carcinomata lenit. Triti crudi potique ex asinino lacte contra serpentium phalangiorumque morsus et scorpionum ictus auxiliantur. Cocti autem cum iusculo sumti phthisicis prosunt iisque, qui leporem marinum hauserint. Triti cum ocimo et admoti scorpiones necant. Possunt eadem marini, sed minore, quam illi, efficacia.

Cap. XIII. [*De Scorpione terrestri.*] Terrestris scorpio crudus tritus et impositus suae plagae remedium est. Comeditur quoque tostus in eumdem usum.

Cap. XIV. [*De Scorpione marino.*] Marini scorpionis fel convenit ad oculorum suffusiones, albugines et hebetudines.

Cap. XV. [*De Dracone marino.*] Draco marinus explicatus et impositus ictus spinae suae, qua ferit, medela est.

Κεφ. ιϛʹ. [Περὶ Σκολοπένδρας.] Σκολοπένδρα θαλασσία ἑψηθεῖσα ἐν ἐλαίῳ καὶ καταχρισθεῖσα ψιλοῖ τρίχας, ψαυσθεῖσα δὲ κνησμοὺς ἐργάζεται.

Κεφ. ιζʹ. [Περὶ Νάρκης.] Νάρκη θαλασσία ἐπιτεθεῖσα ἐπὶ χρονίων ἀλγημάτων τῶν περὶ κεφαλὴν, πραΰνει τὸ σφοδρὸν τοῦ ἀλγήματος· καὶ ἕδραν δὲ ἐκτρεπομένην ἢ προςπίπτουσαν στέλλει προςτεθεῖσα.

Κεφ. ιηʹ. [Περὶ Ἐχίδνης.] Ἐχίδνης σὰρξ ἑψηθεῖσα καὶ ἐσθιομένη ὀξυδερκεῖς ποιεῖ τὰς ὄψεις, καὶ πρὸς τὰ νευρικὰ ἁρμόζει, καὶ τὰς αὐξομένας χοιράδας ἵστησι· δεῖ δὲ ἐκδείραντας αὐτὴν, ἀποκόπτειν κεφαλὴν καὶ οὐρὰν, διὰ τὸ ἐν αὐτοῖς ἄσαρκον· μυθώδης γὰρ ἡ πρὸς τὸ μέτρον ἀποκοπὴ τῶν ἄκρων· τὸ δὲ λοιπὸν [ἀφαιρεθέντων τῶν ἐντὸς][96] πλύναντας[97] καὶ τεμαχίσαντας ἑψεῖν μετὰ ἐλαίου καὶ οἴνου καὶ ἁλῶν ὀλίγων καὶ ἀνήθου· φασὶ δὲ τοὺς προςφερομένους φθεῖρας [μὴ] γεννᾷν[98], ὅπερ ἐστὶ ψεῦδος· προςιστοροῦσι δὲ ἔνιοι, καὶ μακρογήρους γίνεσθαι τοὺς ἐσθίοντας αὐτάς· κατασκευά-

96) Ex Paullo probabiliter adiiciendum.

97) Marc. Verg. πλατύναντας.

98) Marc. Verg. in cod. Flor. μὴ legit, quod cum Plinio et Galeno congruit.

Cap. XVI. [*De Scolopendra.*] Scolopendra marina in oleo decocta et peruncta pilos detrahit, contactu vero pruritus excitat.

Cap. XVI. [*De Torpedine.*] Torpedo marina in diutinis capitis doloribus imposita doloris vehementiam mulcet. Eadem sedem eversam aut provolutam coërcet.

Cap. XVIII. [*De Vipera.*] Viperae caro cocta et in cibo sumta clarum visum reddit, ad nervorum affectus prodest, ac increscentes strumas reprimit. Detracta autem cute, caput et caudam, quoniam carne carent, amputari oportet. Fabulosum enim est, quod praecipitur, ut extremarum partium certa utrinque mensura praecidatur. Reliquum vero [exemtis interaneis] corpus elotum et in frusta sectum ex oleo et vino cum salis exiguo et anetho coquitur. Aiunt insuper iis, (qui carnes viperinas esitaverint,) pediculos [non] generare, quod falsum est. Addunt nonnulli, qui iis vescantur, longam adipisci senectu-

ζονται δὲ καὶ ἅλες ἐξ αὐτῶν πρὸς τὰ αὐτὰ, πλὴν οὐχ ὁμοίως ἐνεργοῦσι· καθίεται δὲ ἔχιδνα ζῶσα εἰς καινὴν χύτραν καὶ μετ' αὐτῆς ἁλῶν, ἰσχάδων τετριμμένων ἀνὰ ξέστην α' [99], μετὰ μέλιτος κυάθων ς'· περιχρίεται πηλῷ τὸ πῶμα τῆς χύτρας καὶ ὀπτᾶται ἐν καμίνῳ, ἄχρις οὗ ἀνθρακωθῶσιν οἱ ἅλες· μετὰ δὲ τοῦτο λειοτριβηθέντες ἀποτίθενται, ἐνίοτε μιγνυμένου πρὸς εὐστομίαν [100] αὐτοῖς ναρδοστάχυος ἢ φύλλου ἢ μαλαβάθρου βραχέος.

Κεφ. ιθ'. [Περὶ Ὄφεως γήρως.] Γῆρας ὄφεως ἑψηθὲν ἐν οἴνῳ βοήθημά ἐστιν ὠταλγίας ἐγχεόμενον καὶ ὀδονταλγίας διακλυζόμενον· μίσγουσι δὲ αὐτὸ καὶ εἰς ὀφθαλμικὰς δυνάμεις, μάλιστα δὲ τὸ τῆς ἔχεως.

Κεφ. κ'. [Περὶ Λαγωοῦ θαλαττίου.] Λαγωὸς θαλάσσιος ἔοικε μὲν μικρᾷ τευθίδι· δύναται δὲ λεῖος καταπλασθεὶς καθ' ἑαυτὸν καὶ μετ' ἀκαλήφης τρίχας ψιλοῦν.

Κεφ. κα'. [Περὶ Λαγωοῦ χερσαίου.] Τοῦ δὲ χερσαίου λαγωοῦ ὁ ἐγκέφαλος ὀπτὸς βιβρωσκόμενος ὠφελεῖ τρόμους

99) Marc. Vergil., Ruellius, Matthiolus legerunt ξέστας ε'.

100) Marcelli codices nonnulli *εὐστομίαν*, cum quibus Galenus congruit. Et Matthiolus sic legit. Alii vero *εὐστομαχίαν*. Utra praeferatur, optio est.

tem. Sal ex iis ipsis ad eadem conficitur, sed non est pariter efficax. Viva siquidem vipera in ollam novam demissa, adiiciuntur salis triti caricarumque tritarum utriusque sextarius, mellis cyathi sex; tum ollae operculum luto circumlinitur. Sic ea in fornace torrentur, donec sales in carbonem redacti fuerint. Triti postea ad laevorem reconduntur, ac interdum ad gratum saporem spica nardi aut folii vel malabathri momentum immiscetur.

Cap. XIX. [*De anguium senecta.*] Anguium vernatio cocta in vino dolori aurium infusa, collutione vero dentium doloribus adminiculo est. Miscetur et ipsa in oculorum medicamenta, sed praecipue quae colubri est.

Cap. XX. [*De lepore marino.*] Lepus marinus loligini parvae assimilis est. Is tritus tum per se, tum cum urtica (marina) adhibitus depilandi vim obtinet.

Cap. XXI. [*De lepore terrestri.*] Terrestris leporis cerebrum inassatum si mandatur, tremoribus prodest ex

τοὺς κατὰ πάθος γινομένους, καὶ ὀδοντιάσεις ἐπὶ παίδων παρατριβόμενος καὶ ἐσθιόμενος· ἡ δὲ κεφαλὴ αὐτοῦ καεῖσα καὶ καταχρισθεῖσα μετὰ στέατος ἀρκείου ἢ ὄξους ἀλωπεκίας θεραπεύει· ἡ δὲ πιτύα ποθεῖσα μετὰ[1] *ἡμέρας τρεῖς μετὰ τὴν ἄφεδρον, ἀτόκιος εἶναι ἱστορεῖται· ἐπέχει δὲ καὶ τὴν ἐκ μήτρας ῥεῦσιν καὶ κοιλίας· ὠφελεῖ δὲ καὶ ἐπιληπτικοὺς καὶ πρὸς τὰ θανάσιμα μετ' ὄξους πινομένη· μάλιστα δὲ πρὸς γάλακτος θρόμβωσιν καὶ ἐχιδνῶν δήγματα· τὸ δὲ αἷμα αὐτοῦ θερμὸν καταχριόμενον ἐφήλιδας καὶ ἀλφοὺς καὶ φακοὺς θεραπεύει.*

Κεφ. κβ'. [Περὶ Τρυγόνος θαλασσίας.] Τρυγόνος θαλασσίας τὸ κέντρον, ὃ δὴ ἀπὸ τῆς οὐρᾶς αὐτῆς πέφυκεν ἀνεστραμμένον ταῖς φολίσιν, ὀδόντα πονοῦντα πραΰνει· θρύπτει γὰρ καὶ ἀποβάλλει.

Κεφ. κγ'. [Περὶ Σηπίας.] Σηπίας ἑψηθείσης τὸ μέλαν βιβρωσκόμενον δύςπεπτον, κοιλίας μαλακτικόν· τὸ δὲ ἀπ' αὐτῆς ὄστρακον σχηματισθὲν εἰς κολλύρια ἁρμόζει πρὸς παράτριψιν τραχέων βλεφάρων· καὲν δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ ὀστράκῳ, ἄχρις

1) C. Gesn. ἐφ'.

animi perturbatione existentibus, infantium quoque dentitiones tum affrictu, tum cibo adiuvat. Exustum ipsius caput et cum adipe ursino aut aceto perunctum calvities sanat. Dein coagulum post triduum a menstrua purgatione potum sterilitatem facere traditur. Sistit etiam uteri fluxus alvique. Comitiales quoque iuvat, et contra venena ex aceto bibitum prodest: praesertim vero adversus lac in grumos concretum viperarumque morsus. Sanguis eius si calidus illinatur, maculas a sole contractas, vitiligines lentiginesque sanat.

Cap. XXII. [*De Pastinaca marina.*] Pastinacae marinae radius, qui ex eius cauda enatus adversis squamis reflectitur, dentis dolorem mitigat, siquidem illum et comminuit et eiicit.

Cap. XXIII. [*De Sepia.*] Sepiae coctae atramentum in cibo sumtum aegre concoquitur, alvum emollit. Ipsius vero testa in collyria efformata scabris palpebris perfricandis accommodatur. Ustum vero intra propriam

οὗ τὸ πλακῶδες αὐτοῦ ἀποστῇ, σμήχει λεῖον ἀλφοὺς, πίτυρα, ὀδόντας, ἐφήλεις· μίγνυται δὲ καὶ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ πλυθέν· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς λευκώματα κτηνῶν ἐμφυσώμενον· καὶ πτερύγια τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς τήκει, σὺν ἅλσὶ λεῖον προςαγόμενον.

Κεφ. κδ΄. [Περὶ Τρίγλης.] Τρίγλα συνεχῶς ἐσθιομένη ἀμβλυωπίας δοκεῖ κατασκευαστικὴ ὑπάρχειν· ὠμὴ δὲ ἀνασχισθεῖσα καὶ ἐπιτεθεῖσα, θαλασσίου δράκοντος καὶ σκορπίου καὶ ἀράχνης δήγματα ἰᾶται.

Κεφ. κέ. [Περὶ Ὄρχεως ἱπποποτάμου.] Ὄρχις ἱπποποτάμου ξηρανθεὶς καὶ λειανθεὶς πίνεται μετ᾽ οἴνου πρὸς ἑρπετῶν δήγματα.

Κεφ. κς΄. [Περὶ τῶν τοῦ κάστορος ὄρχεων.] Κάστωρ ζῶόν ἐστιν ἀμφίβιον, τὸ πλεῖστον ἐν ὕδασι σὺν ἰχθύσι καὶ καρκίνοις τρεφόμενον, οὗ ὁ ὄρχις ποιεῖ μὲν καὶ πρὸς ἑρπετά[2]· ἔστι δὲ καὶ πταρμικὸς καὶ καθόλου ποικίλην ἔχει τὴν χρῆσιν· ποθεὶς γὰρ μετὰ γλήχωνος < πλῆθος δυοῖν, ἔμμηνα κι-

2) E Marcello Verg. et Aldina sic melius legitur initium, quam vulgo *Κάστορος ὄρχις (ζῶόν ἐστιν ἀμφίβιον — τρεφόμενον) ποιεῖ μὲν καὶ* etc.

testam, quod ea concluditur, donec id, quod crustosum est, abscedat, posteaque tritum vitiligines, furfures, dentesque et maculas a sole contractas exterget. Elotum etiam in oculorum medicamenta additur. Confert insuper iumentis ad albugines oculorum, si insuffletur. Pterygia quoque oculorum absumit, cum sale tritum adhibitumque.

Cap. XXIV. [*De Mullo.*] Mullus continuo in cibo sumtus visus hebetudinem facere creditur. Quodsi crudus dissectusque imponatur, marini draconis ac scorpionis et aranei ictibus medetur.

Cap. XXV. [*De testiculo Hippopotami.*] Hippopotami testiculus exsiccatus et ad laevorem tritus contra serpentium morsus ex vino bibitur.

Cap. XXVI. [*De testibus Fibri.*] Fiber animal est ancipitis vitae, quod plerumque cum piscibus et cancris in aquis degit. Ipsius testes auxiliantur quoque contra serpentia. Sed sternutationem quoque movent, ac in universum multiplicem usum obtinent. Siquidem duabus

νεῖ, καὶ ἔμβρυα καὶ δεύτερα ἐκβάλλει· πίνεται δὲ σὺν ὄξει καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις, στρόφους, λυγμούς, θανάσιμα φάρμακα, ἰξίαν· ἀνακαλεῖται δὲ καὶ τοὺς ληθαργικοὺς καὶ τοὺς ὅπως δήποτε καταφερομένους, ἐμβρεχόμενος σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ καὶ ὀσφραινόμενος· καὶ ὑποθυμιώμενος δὲ τὰ αὐτὰ ποιεῖ· ἁρμόζει δὲ καὶ τρόμοις καὶ σπασμοῖς καὶ παντὶ τῷ νευρώδει, πινόμενός τε καὶ συγχριόμενος· καὶ καθόλου θερμαντικὴν ἔχει τὴν δύναμιν. Ἐκλέγου δὲ ἀεὶ τοὺς συνεζευγμένους ὄρχεις ἐκ μιᾶς ἀρχῆς· ἀδύνατον γὰρ δύο φύσσας ἐζευγμένας ἐν ἑνὶ ὑμένι εὑρεῖν· καὶ τὸ ἐντὸς ἔχον κηροειδὲς, βαρύοσμον, βρομῶδες, δριμὺ, δηκτικὸν, εὔτριπτον, διαφρασσόμενόν τε συνεχῶς φυσικοῖς ὑμέσι· δολοῦσι δέ τινες αὐτὸ, ἀμμωνιακὸν ἢ κόμμι συμπεφυγμένον αἵματι καὶ καστορίῳ ἐγχέοντες εἰς φύσσαν καὶ ξηραίνοντες· μάτην δὲ ἱστορεῖται, ὅτι διωκόμενον τὸ ζῶον ἀποσπᾷ τοὺς διδύμους καὶ ῥίπτει· ἀδύνατον γάρ ἐστιν ἅψασθαι αὐτῶν, προςτύπων[3] ὄντων, ὥςπερ ὑός· δεῖ δὲ διελόντας τὸ δέρμα κομίσασθαι σὺν τῷ περιέχοντι

3) C. N. προςφυῶν.

drachmis cum pulegio poti menses cient fetusque et secundas eiiciunt. Ex aceto vero contra inflationes, tormina, singultus, exitialia venena, ixiam denique. Lethargicos et alio quocunque veterni genere correptos cum aceto et rosaceo irrigati excitant. Sed et olfactu et suffitu eadem praestant. Prosunt et tum potu tum illitu ad tumores, convulsiones omniaque nervorum mala, ac in summa calefactoriam vim habent. Eligito autem semper testes ex uno ortu coniugatos; fieri enim nequit, ut gemini folliculi in una membrana coniuncti reperiantur; quod intus est, ceream habeat molem, gravem odorem virosumque, acrem saporem et mordacem, friabile sit: omnis moles naturalibus tunicis usque quaque interstinguatur. Ipsum fraude corrumpunt nonnulli, ammoniacum aut gummi (aliud) cum sanguine et castorio subactum in folliculum infundentes ac ita exsiccantes. Vanum autem est, quod narratur, animal ipsum, dum (a venatoribus) urgetur, testes sibi avellere ac abiicere: fieri enim nequit, ut eos attingat, quippe qui parum prominuli sunt, velut in sue. Ceterum divisa pelle liquorem melleum una cum ipsum

ὑμένι τὸ ὑγρὸν, ὂν μελιτῶδες καὶ οὕτω ξηράναντας ἀποτίθεσθαι[4].

Κεφ. κζ΄. [Περὶ Γαλῆς κατοικιδίου.] Γαλὴ κατοικίδιος περιφλεχθεῖσα καὶ δίχα τῶν ἐντὸς σκελετευθεῖσα δι' ἁλὸς καὶ ξηρανθεῖσα ἐν σκιᾷ παντὸς ἑρπετοῦ ἐνεργέστερόν ἐστι βοήθημα, ποθεῖσα μετὰ οἴνου < β΄ πλῆθος, καὶ τοξικοῦ ἀντιφάρμακον ὁμοίως ληφθεῖσα· ἡ δὲ κοιλία αὐτῆς κορίῳ πλησθεῖσα καὶ σκελετευθεῖσα θηριοδήκτοις καὶ ἐπιληπτικοῖς βοηθεῖ πινομένη· ὅλη δὲ καεῖσα ἐν χύτρᾳ ποδαγρικοὺς[5] ὠφελεῖ, τῆς τέφρας καταχριομένης μετ' ὄξους· τὸ δὲ αἷμα αὐτῆς καταχριόμενον χοιράσι βοηθεῖ· ὠφελεῖ δὲ καὶ ἐπιληπτικούς.

Κεφ. κη΄. [Περὶ Βατράχων.] Βάτραχοι ἀντιφάρμακόν εἰσιν ἑρπετῶν πάντων, ζωμευθέντες σὺν[6] ἁλσὶ καὶ ἐλαίῳ, τοῦ ζωμοῦ λαμβανομένου· ὁμοίως καὶ πρὸς χρονίους τῶν τενόντων ἀποστάσεις· καέντες δὲ καὶ ἐπιπασθέντες αἱμοῤῥαγίαν στέλλουσι· καὶ ἀλωπεκίας θεραπεύουσι σὺν πίσσῃ ὑγρᾷ κατα-

4) Ald. et quae sequuntur editiones, habent ποτίζειν. Sed Oribasius legit ἀποτίθεσθαι, quod et habet cod. C. Bene animadvertit iam Matthiolus, Sarac. primus in textum recepit.

5) C. καθάπερ καὶ λαγωός. 6) Sic C. N.; vulgo ἐν.

continente tunica excipere oportet atque ita siccatum reponere.

Cap. XXVII. [*De Mustela domestica.*] Mustela domestica flammis ambusta et, exemtis interaneis, sale inveterata, tandemque in umbra siccata, binis drachmis in vino pota, contra omne serpentium genus expeditum est adminiculum: venenis aliis pariter resistit, antipharmaci modo sumta. Eiusdem venter coriandro farctus inveteratusque iis, qui a venenatis bestiis demorsi fuerint, et comitialibus potu auxiliatur. Tota vero in olla concremata podagricis confert, cinere ex aceto illito. Sanguis denique ipsius perunctus strumis opitulatur, iuvat etiam epilepticos.

Cap. XXVIII. [*De Ranis.*] Contra omnium serpentium venena pro antidoto sunt ranae, cum sale et oleo in iure decoctae, si ius itidem sorbeatur. Ad diuturnos et tendinum abscessus valet. Ustae vero et inspersae sanguinis cursum sistunt, quin et sanant calvities, cum pice

χριόμενοι· τῶν δὲ χλωρῶν βατράχων τὸ αἷμα ἐπισταζόμενον κωλύει τὰς ἐκτιλθείσας ἀπὸ τῶν βλεφάρων τρίχας φύεσθαι· ὠφελοῦσι καὶ ὀδονταλγίας συνεψόμενοι ὕδατι καὶ ὄξει καὶ διακλυζόμενοι.

Κεφ. κθ΄. [Περὶ Σιλούρου.][7] Σίλουρος νεαρὸς βιβρωσκόμενος τρόφιμός ἐστι καὶ εὐκοίλιος, ταριχηρὸς δὲ ἄτροφος· ἀρτηρίας δὲ καθαίρει καὶ εὐήχας παρασκευάζει· καταπλασθεῖσα δὲ ἡ σὰρξ τοῦ ταριχηροῦ σκόλοπας ἀνάγει· καὶ ἡ ἐξ αὐτοῦ δὲ ἅλμη ἁρμόζει ἐν ἀρχῇ δυσεντερικοῖς εἰς[8] ἐγκάθισμα, κατάγουσα τοὺς ῥευματισμοὺς εἰς τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ ἐγκλυζομένη δὲ ἰσχιαδικοὺς θεραπεύει.

Κεφ. λ΄. [Περὶ Σμαρίδος.] Σμαρίδος ταριχηρᾶς ἡ κεφαλὴ καεῖσα καὶ λεία[9] ἕλκη στέλλει ὑπερσαρκοῦντα καὶ νομὰς ἵστησι καὶ ἥλους καὶ θύμους ἀναλίσκει· σκορπιοπλήκτοις δὲ καὶ κυνοδήκτοις ἡ σὰρξ ἁρμόζει, καθάπερ πᾶς τάριχος.

Κεφ. λα΄. [Περὶ Μαινίδος.] Καὶ τῆς μαινίδος[10] δὲ

7) Vulgo Αἰλούρου.
8) C. N. ὡς.
9) Καὶ λεία addidit Lacuna ex veteri cod.
10) ταριχηρᾶς Lacun.

liquida illitae. At viridium ranarum sanguis instillatus evulsos palpebris pilos renasci prohibet. Decoctae denique in aqua et aceto dentium dolores collutione leniunt.

Cap. XXIX. [*De Siluro.*] Silurus recens in cibo sumtus probe nutrit et bonam facit alvum, sale vero conditus alimenti vix quicquam praebet. Fistulas tamen spiritales expurgat, vocique claritatem reddit. Imposita saliti caro spicula extrahit. Ipsius quoque muria dysentericis circa principia convenit ad insessus: fluxiones nimirum ad summa cutis prolicit. Quin et ischiadicis infusa medetur.

Cap. XXX. [*De Smaride.*] Smaridis salitae caput exustum tritumque excrescentes in ulceribus carnes cohibet, ulcera depascentia sistit, clavos thymosque absumit. Caro, quemadmodum salsamentum omne, prodest a scorpione ictis et a cane demorsis.

Cap. XXXI [*De Maena.*] Maenae quoque caput

κεφαλὴ καεῖσα λεία τὰς ἐν δακτυλίῳ[11] τετυλωμένας ῥαγάδας καταπασθεῖσα[12] ἀφίστησι. Τὸ δὲ γάρον αὐτῆς τὰς ἐν στόματι σηπεδόνας διακλυζόμενον παύει.

Κεφ. λβʹ. [Περὶ Κωβιοῦ.] Κωβιὸν πρόσφατον ἐὰν ἐμβαλὼν εἰς ὑείαν κοιλίαν καταῤῥάψῃς, καθεψήσῃς δὲ μεθ' ὕδατος ξεστῶν ιβʹ, ἄχρι δυοῖν ξεστῶν, καὶ διηθήσας καὶ ἐξαιθριάσας ποτίσῃς, κοιλίαν ἀταράχως κάτω ὑπάξεις· καταπλασθεὶς δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ κυνῶν δηχθέντας ἢ ἑρπετῶν ὠφελεῖ.

Κεφ. λγʹ. [Περὶ Ὠμοταρίχου.] Ὁ δὲ ὠμοτάριχος λεγόμενος σάρξ ἐστι θύννου τεταριχευμένου· βοηθεῖ δὲ λαμβανόμενος τοῖς ὑπὸ ἐχίδνης, τῆς καλουμένης πρηστῆρος, δηχθεῖσι· δεῖ δὲ ὡς ὅτι πλεῖστον προςφέροντας οἶνον ἀναγκάζειν πίνειν πολὺν, καὶ ἐμεῖν· εἴς τε τὰς δριμυφαγίας μάλιστα ἁρμόζει· καταπλάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ κυνοδήκτων ὠφελίμως.

Κεφ. λδʹ. [Περὶ Γάρου.] Γάρον[13] δὲ πᾶν τὸ ἐκ ταριχηρῶν ἰχθύων καὶ κρεῶν, καταπλαττόμενον νομὰς ἐφιστᾷ καὶ

11) Saracen. sic emend. Vulg. δακτύλῳ.
12) Sarac. pro vulg. καταπλασθεῖσα. 13) Γάῤῥον vulgo.

ustum tritumque si inspergatur, callosas sedis rhagadas emendat. Ipsius vero garum in ore putrescentia ulcera collutione sedat.

Cap. XXXII. [*De Gobio.*] Gobium recentem si in suillum ventriculum immiseris et, consuta rima, in duodecim aquae sextariis, donec duo supersint, decoxeris, excolatumque ius et sub divo refrigeratum potui dederis, alvum citra perturbationem subduces. Impositus quoque iis, qui a canibus serpentibusque morsi fuerint, opitulatur.

Cap. XXXIII. [*De Salsamento crudo.*] Quod salsamentum crudum dicitur, est caro thunni sale conditi. Assumtum iis praesidio est, quos vipera, prester dicta, momorderit. Sed oportet quamplurimum vini haurire cogantur ac dein evomere. Magnopere idoneum est etiam ad curationem, quae acrium esu instituitur; canum quoque morsibus utiliter imponitur.

Cap. XXXIV. [*De Garo.*] Garum omne, e piscibus carnibusque sale conditis cataplasmatis vice adhibitum,

κυνοδήκτους ἰᾶται, ἐνίεται[14] δὲ καὶ ἐπὶ δυσεντερικοῖς καὶ ἰσχιαδικοῖς· ἐφ' ὧν μὲν ἵνα τὰ εἱλκωμένα ἐπιπαύσῃ[15], ἐφ' ὧν δὲ ἵνα τὰ ἀνέλκωτα ἐρεθίσῃ.

Κεφ. λέ. [Περὶ Ζωμοῦ τῶν νεαρῶν ἰχθύων.] Ζωμὸς δὲ ὁ ἐκ τῶν νεαρῶν ἰχθύων κοιλίας ὑπαγωγὸς, ποτὲ μὲν καθ' ἑαυτὸν πινόμενος, ποτὲ δὲ μετ' οἴνου· ἰδίως δὲ σκευάζεται πρὸς ταῦτα ὁ ἀπὸ τῶν φυκίδων[16] καὶ σκορπίων καὶ ἰουλίδων καὶ περκίδων καὶ τῶν ἄλλων πετραίων ἁπαλῶν καὶ ἀβρώμων, λιτῶς μεθ' ὕδατος [καὶ ἁλῶν][17] καὶ ἐλαίου καὶ ἀνήθου.

Κεφ. λς'. [Περὶ Κόρεων.] Κόρεις οἱ ἀπὸ κλίνης ἐντιθέμενοι βρώμασι μετὰ κυάμων τὸν ἀριθμὸν ζ', καὶ καταπινόμενοι πρὸ τῆς ἐπισημασίας, ὠφελοῦσι τοὺς τεταρταΐζοντας, καὶ ἀσπιδοδήκτους δὲ δίχα τῶν κυάμων καταποθέντες· ὑστερικῶς δὲ πνιγομένας ἀνακαλοῦνται ὀσφραινόμενοι· σὺν

14) Lacun. e codice sic correxit; vulgo ἐνίοτε.

15) Sic Marcell. .. Ald., Asulan., Goupyl. ἐπικαύσῃ. Cod. C. ἐπισπάσῃ. Cornar. ἐπικλύσῃ.

16) Sic e Paullo Aegin. lib. 7. p. 237. Vulgo φωκίων. Lacuna legit: πρὸς τὰς ἀπὸ σκορπίων καὶ φυκίδων πληγὰς ἐκ ἰουλίδων. Quam lectionem nec probat nec respuit.

17) E Paullo necessarium videtur additamentum.

ulcera depascentia cohibet et cane morsis medetur. Infunditur quoque dysentericis et ischiadicis, illis quidem, ut intestinorum ulcera compescat, his, ut, quae ulceribus carent, irritet.

Cap. XXXV. [*De recentium piscium iusculo.*] Iusculum e recentibus piscibus, modo per se, modo ex vino potum, alvum subducit. Peculiariter autem ad hunc usum praeparatur e phycidibus, scorpionibus, iulidibus, percis et aliis teneris et non virosis, quae iuxta scopulos inveniuntur. Coquantur simpliciter aqua, additis (sale), oleo et anetho.

Cap. XXXVI. [*De Cimicibus.*] Cimices e cubilibus numero septeni cum fabis in cibos additi et ante accessiones devorati quartana laborantibus praesidium exhibent. Quin et citra fabas deglutiti ab aspide morsis prosunt. E matrice strangulatas reficiunt potu: cum vino

οἴνῳ δὲ ἢ ὄξει ποθέντες βδέλλας ἐξάγουσι· δυςουρίαν τε παύουσιν ἐντιθέμενοι τῷ οὐρητικῷ πόρῳ λεῖοι.

Κεφ. λζ'. [Περὶ Κουβαρίδων.] Ὄνοι, οἱ ὑπὸ τὰς ὑδρίας, ζῶά εἰσι πολύποδα, σφαιρούμενοι κατὰ τὰς ἐπαφὰς τῶν χειρῶν· οὗτοι ποθέντες σὺν οἴνῳ βοηθοῦσι δυςουρίᾳ τε καὶ ἰκτέρῳ· διαχρισθέντες δὲ μετὰ μέλιτος συναγχικοὺς ὠφελοῦσι· καὶ πρὸς ὠταλγίαν δὲ λεῖοι σὺν ῥοδίνῳ θερμανθέντες ἐν κελύφῳ ῥόας καὶ ἐνσταγέντες ἁρμόζουσιν.

Κεφ. λη'. [Περὶ Σίλφης.] Σίλφης τῆς ἐν ἀρτοκοπείοις εὑρισκομένης τὰ ἐντὸς τριβόμενα σὺν ἐλαίῳ ἢ ἑψόμενα καὶ ἐνσταζόμενα ὠταλγίας παύει.

Κεφ. λθ'. [Περὶ Πνεύμονος θαλασσίου.] Πνεύμων θαλάσσιος πρόςφατος λεανθεὶς ποδαγριῶντας καὶ χιμετλιῶντας ὠφελεῖ καταπλασσόμενος.

Κεφ. μ'. [Περὶ Χοιρίου πνεύμονος.] Ὁ δὲ χοίριος καὶ ἄρνειος καὶ ἄρκειος πνεύμων τὰ ἐκ ὑποδημάτων παρατρίμματα ἐπιτιθέμενοι ἀφλέγμαντα τηροῦσιν.

aut aceto sumti hirudines pellunt. Triti denique et meatui urinario impositi urinae difficultatem sedant.

Cap. XXXVII. [*De Millepedis.*] Millepedae, quae sub vasis aquariis reperiuntur, animalcula sunt multorum pedum, quae quidem ad manuum contactum in globulos semet contrahunt. Hae ex vino potae urinae difficultati ac regio morbo auxiliantur. Illitae vero cum melle angina correptis prosunt. Tritae et in cortice mali punici, addito rosaceo, calefactae ad dentium dolores apte instillantur.

Cap. XXXVIII. [*De Blatta.*] Blattae eius, quae in pistrinis occurrit, interanea trita cum oleo dolores aurium instillatu mitigant.

Cap. XXXIX. [*De Pulmone marino.*] Pulmo marinus recens tritus pernionibus podagraque laborantibus opitulatur.

Cap. XL. [*De Pulmone suillo.*] Suillus, agninus ursinusque pulmo impositu attritus a calceamentis contractos ab inflammatione tuentur.

Κεφ. μα΄. [Περὶ Πνεύμονος ἀλώπεκος.] Καὶ ὁ τῆς ἀλώπεκος πνεύμων ξηρανθεὶς καὶ ποθεὶς ἀσθματικοὺς ὀνίνησι· καὶ τὸ στέαρ δὲ αὐτῆς τακὲν καὶ ἐγχυθὲν ὠτὸς πόνον παύει.

Κεφ. μβ΄. [Περὶ Ἥπατος ὀνείου.] Ἧπαρ ὄνειον ἐσθιόμενον ὀπτὸν ἐπιληπτικοὺς ὠφελεῖ, νήστεις δὲ λαμβανέτωσαν.

Κεφ. μγ΄. [Περὶ Αἰδοίου ἄῤῥενος ἐλάφου.] Αἰδοῖον ἄῤῥενος ἐλάφου σὺν οἴνῳ ποθὲν λεῖον τοῖς ὑπὸ ἐχιδνῶν δηχθεῖσι βοηθεῖ.

Κεφ. μδ΄. [Περὶ Ὀνύχων ὄνων.] Ὄνυχες ὄνων καέντες καὶ[18] ποθέντες ἐπὶ ἡμέρας ἱκανὰς πλῆθος κοχλιαρίων δυοῖν, ἱστοροῦνται ἐπιληπτικοὺς ὠφελεῖν· ἐλαίῳ δὲ φυραθέντες χοιράδας διαφοροῦσιν, ἐπιπλασθέντες[19] δὲ χιμέτλας θεραπεύουσιν.

Κεφ. με΄. [Περὶ Λειχήνων ἵππων.] Λειχῆνες ἵππων; εἰσὶ δὲ τύλοι κατ᾽ ἐπιγραφὴν[20] ἐντετυλωμένοι παρὰ[21]

18) Sic Cornar. primus. Ald. et Asulan. ἢ.

19) Galen. simpl. fac. lib. 11. p. 341. Kühn. ᾿ἐπιπαττομένην τὴν αὐτὴν τέφραν ξηρὰν ἰᾶσθαι τὰ χίμεθλα. Ex hoc loco coniicit Sarac. esse et hic ἐπιπασθέντες legendum. Lacuna invenit in codice: ἐπιχρισθέντες δὲ μετ᾽ ὄξους.

20) Κατ᾽ ἐπιγραφὴν, consensu omnium codicum certum, mutare haud ausim, etiam si nihil significet. Κατ᾽ ἐπιγναφὴν suasit Marc. Vergil., ut flexas partes intelligamus; sed tum κατ᾽ ἐπίγναμπτα legendum.

Cap. XLI. [*De Pulmone vulpino.*] Quin et vulpis pulmo, si arefactus bibatur, asthmaticos iuvat. Eiusdem vero adeps liquefactus ac infusus auris dolorem sedat.

Cap. XLII. [*De Hepate asinino.*] Asini iecur assatum esu comitialibus prodest: sed ieiunos id sumere oportet.

Cap. XLIII. [*De genitali Cervi.*] Genitale cervi tritum et ex vino potum a vipera demorsis auxiliatur.

Cap. XLIV. [*De Ungulis asinorum.*] Ungulae asinorum ustae ad dies multos cochlearibus binis potae comitialibus prodesse traduntur. Oleo vero subactae strumas discutiunt: cataplasmatis vice impositae pernionibus medentur.

Cap. XLV. [*De Lichenibus equorum.*] Lichenes equorum sunt calli indurati ad genua et ungulas.

poris sedat, fotus vice affusum, aut balneis admistum. Aurium dentiumque dolores leniunt, si in vino coctae colluantur. Strumas etiam parotidasque in vino pariter coctae et impositae discutiunt, aceto vero decoctae lienem extenuant. Insuper et ad strumas nonnulli radicibus vinculo e cervice suspensis amuleti ad instar utuntur. Sistunt et fluxum muliebrem tritae appositaeque. Cum vino autem decoctae ac bibitae regio morbo laborantes persanant, calculos vesicae comminuunt, menstrua cient, et a scorpione ictis auxiliantur.

Cap. CXLI. [*De Hippolapatho.*] Hippolapathum est lapathum grande, in paludibus crescens. Vim habet eamdem ac praedicta.

Cap. CXLII. [*De Lampsana.*] Lampsana [Romani napium, Aegyptii euthmoi appellant] olus est sylvestre,

τερον καὶ εὐστομαχώτερον τοῦ λαπάθου, οὗ τὰ φύλλα καὶ ὁ καυλὸς ἐσθίεται ἑφθά.

Κεφ. ρμγ'. [Περὶ Βλήτου.] Βλῆτον [Αἰγύπτιοι ἐχλωτοριπὰν[35], οἱ δὲ ῥιπλὰμ, Ῥωμαῖοι βλίτουμ, Δακοὶ βλής.] λαχανεύεται καὶ τοῦτο· ἔστι δὲ εὐκοίλιον, οὐδεμίαν ἔχον φαρμακώδη δύναμιν.

Κεφ. ρμδ'. [Περὶ Μαλάχης.] Μαλάχη κηπευτή, [Ῥωμαῖοι μάλβα ὀρτένσις, Πυθαγόρας ἄνθεμα, Ζωροάστρης διάδεσμα, Αἰγύπτιοι χωκορτὴν, προφῆται αἰγὸς σπλὴν, οἱ δὲ οὐρὰ μυός.] ἐδωδιμωτέρα μᾶλλον τῆς χερσαίας· κακοστόμαχος δὲ καὶ εὐκοίλιος, καὶ μᾶλλον οἱ καυλοί· ἐντέροις δὲ καὶ κύστει ὠφέλιμος[36]. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα ὠμὰ μασσηθέντα καὶ μετ' ὀλίγων ἁλῶν καταπλασθέντα[37] αἰγιλώπια ἀνασκευάζειν σὺν μέλιτι· πρὸς μέντοι τῇ ἀπουλώσει δίχα τῶν ἁλῶν χρηστέον αὐτῇ· ποιεῖ καὶ πρὸς μελισσῶν καὶ σφηκῶν πληγὰς καταπλασσομένη· κἂν περιχρίσηται δέ τις αὐτὴν ὠμὴν

35) C. ἐχλοτοριπλάμ.

36) Sic Ald.; ὠφέλιμοι Asulan. et sequaces. Cod. C. hic addit: τὰ ἀνθήματα ἐν οἴνῳ ἑφθὰ τὸν ῥοῦν γυναικεῖον ἵστησι, τὰ φύλλα δὲ καὶ ὑστερίαις ἀρήγει.

37) Sic legit Serap., et Aldus praeponit *μασσηθέντα*, quod Asulan. cum posterioribus malo ordine post *ἁλῶν* collocant.

quod quidem plus quam lapathum alit, stomachoque est utilius. Huius folia caulesque in cibo coquuntur.

Cap. CXLIII. [*De Blito.*] Blitum quoque [quod Aegyptii echlotoripan, vel riplam, Romani blitum, Daci bles vocant] oleris modo estur. Est autem alvo utile, nullius medicamentosae facultatis particeps.

Cap. CXLIV. [*De Malva.*] Malva hortensis [Pythagorae anthema, Zoroastri diadesma, Aegyptiis chocorten, Prophetis caprae lien aut muris cauda dicta] cibo magis est apta, quam agrestis. Stomacho autem adversatur, bonamque facit alvum, sed multo magis caules: utilis quoque est intestinis ac vesicae. Vim autem habent folia cruda mansa et cum salis pauxillo cataplasmatis vice imposita aegilopia curandi. Verum cum cicatrix est inducenda, citra sales iis utendum est. Illita quoque contra apum vesparumque ictus efficax est. Si quis ipsa cruda

λεῖαν σὺν ἐλαίῳ[38], ἄπληκτος διαμένει· μετὰ δὲ ἐλαίου παλαιοῦ[39] καταπλασθεῖσα ἀχῶρας καὶ πίτυρα ἰᾶται· ἑφθὰ δὲ λεῖα τὰ φύλλα καὶ σὺν ἐλαίῳ ἐπιτιθέμενα πυρίκαυστα καὶ ἐρυσιπέλατα ὠφελεῖ· τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς μαλακτικὸν ἐγκάθισμα ὑστέρας, εἴς τε ἐνέματα[40] πρὸς δηγμοὺς ἐντέρων καὶ μήτρας καὶ δακτυλίου ἁρμόδιον· ὁ δὲ ζωμὸς σὺν ταῖς ῥίζαις βοηθεῖ ἑψόμενος πᾶσι τοῖς θανασίμοις· ἐξερᾶν δὲ δεῖ συνεχῶς πίνοντας· ὠφελεῖ δὲ καὶ φαλαγγιοδήκτοις καὶ γάλα κατασπᾷ· ὁ δὲ καρπὸς, μιγέντος αὐτῷ λώτου ἀγρίου σπέρματος, πινόμενος μετ' οἴνου, τὰ περὶ κύστιν ἀλγήματα παύει[41].

Κεφ. ρμε'. [Περὶ Ἀτραφάξιος.] Ἀτράφαξις, οἱ δὲ χρυσολάχανον [Ῥωμαῖοι ἀτρίπλικεμ, Αἰγύπτιοι ὠχεῖ] λάχανον γνώριμον· διττὸν, τὸ μὲν ἄγριον, τὸ δὲ κηπευτόν· λαχανεύεται δὲ ἑφθόν· ἔστι δὲ κοιλίας μαλακτικόν· καταπλασσόμενον δὲ ὠμόν τε καὶ ἑφθὸν φύγεθλα διαφορεῖ· ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ πινόμενος μετὰ μελικράτου ἴκτερον θεραπεύει.

38) Serap. σὺν βουτύρῳ.
39) Sic Serap. et Dodon.; μετ' οὔρου vulgo.
40) Ald. ἐναίματα, Asulan. et rel. ἐνείματα.
41) Sic Serap., cod. C. et Lacuna; πραΰνει editt.

trita cum oleo ante perungatur, ab iis minime ferietur. Cum oleo vetere imposita achores furfuresque sanat. Cocta folia trita et ex oleo imposita ambustis et erysipelatis prosunt. Decoctum eius insessu matrices emollit, quin et eo alvus commode eluitur ad intestinorum, matricis sedisque rosiones. Ius autem cum radice coctum contra letalia omnia valet, si a sorbentibus continuo evomatur. Est et praesidio contra phalangiorum morsus, atque lac evocat. Fructus vero, addito loti sylvestris semine, potum e vino, dolores vesicae sedat.

Cap. CXLV. [*De Atriplice.*] Atriplex, quod nonnulli aureum olus [Aegyptii ochei appellant] olus est notum et duarum specierum, alterum sylvestre, hortense alterum. Coctum id oleris modo manditur, alvumque mollit: panos vero discutit, sive crudum, sive coctum illinatur. Fructus autem ex aqua mulsa potus regio morbo medetur.

Κεφ. ρμϛ'. [Περὶ Κράμβης.] Κράμβη ἡ ἥμερος [οἱ δὲ κράμβη κηπαία, Ῥωμαῖοι βράσσικα] εὐκοίλιος[42] ἀκρόζεσθος ἐσθιομένη· καθεψηθεῖσα δὲ κοιλίαν ἵστησι, καὶ μᾶλλον ἡ δίςεφθος καὶ ἐν κονίᾳ ἑψηθεῖσα· κακοστόμαχος δὲ καὶ δριμυτέρα ἡ θερινή· ἡ δὲ ἐν Αἰγύπτῳ διὰ πικρίαν ἄβρωτος· ἀμβλυωποῦσι δὲ βοηθεῖ καὶ τρομώδεσιν ἐσθιομένη, καὶ τὰς ἐκ κραιπάλης καὶ οἴνου κακίας σβέννυσιν ἐπιλαμβανομένη· τὸ δὲ ἐξ αὐτῆς κύημα[43] εὐστομαχώτερον μὲν, δριμύτερον δὲ καὶ οὐρητικώτερον, ταριχευθὲν δὲ κακοστόμαχον καὶ κοιλίας ταρακτικόν· ὁ δὲ χυλὸς αὐτῆς ὠμὸς[44] μετ' ἴριδος καὶ νίτρου καταπινόμενος κοιλίαν μαλάττει· μετ' οἴνου δὲ ποθεὶς ἐχιοδήκτοις βοηθεῖ· σὺν τηλίνῳ δὲ ἀλεύρῳ καὶ ὄξει ποδαγρικοῖς καὶ ἀρθριτικοῖς· ἕλκεσί τε ῥυπαροῖς ἐπιπλαττόμενος καὶ παλαιοῖς ἁρμόζει· ἐγχεόμενός τε καθ' ἑαυτὸν ταῖς ῥισὶ, κεφαλὴν καθαίρει· μετὰ δὲ αἰρίνου ἀλεύρου προςτεθεὶς, καταμήνια ἄγει· τὰ δὲ φύλλα καταπλασσόμενα καθ' ἑαυτὰ ἢ μετ' ἀλφίτων

42) C. εὐστόμαχος.
43) C. κλῆμα.
44) Lacuna ὠμῆς, receptum a Sarac.

Cap. CXLVI. [*De Brassica.*] Brassica sativa [aut hortensis] bonam facit alvum, si modo leviter fervefacta editur. Nam percocta alvum sistit, multo magis bis cocta, ac quae in lixivio cocta fuit. Aestiva autem stomacho adversatur et acrior est. Quae in Aegypto nascitur, propter amaritudinem esui haud est. Quibus obtusior est oculorum acies, quique tremoribus vexantur, iis in cibo auxiliatur. Noxas etiam e crapula et vino natas restinguit, si insuper sumatur. Cyma eius stomacho quidem utilior, sed acrior, et urinam potentius provocat. Eadem sale condita stomacho inimica est alvumque conturbat. Succus vero brassicae crudus cum iride ac nitro ingestus alvum emollit, potus autem e vino a vipera morsis opitulatur. At cum foeni graeci farina et aceto prodest podagricis et arthriticis. Confert quoque illitus ulceribus sordidis vetustisque. Per se vero naribus infusus caput expurgat: cum lolii farina snbditus menses movet. Folia per se cataplasmatis loco imposita, aut cum polenta trita

λεῖα ποιεῖ πρὸς πᾶσαν φλεγμονὴν καὶ οἰδήματα· καὶ ἐρυσιπέλατα δὲ καὶ ἐπινυκτίδας καὶ λέπρας ἰᾶται· μεθ᾽ ἁλῶν δὲ ἄνθρακας περιῤῥήττει· ἴσχει δὲ καὶ ῥῦσιν τῶν ἐν κεφαλῇ τριχῶν· ἑψόμενα δὲ καὶ μιγνύμενα μέλιτι, πρὸς νομὰς γαγγραινῶν ποιοῦσι· ὠμὰ ἐσθιόμενα μετ᾽ ὄξους σπληνικοὺς ὠφελεῖ· διαμασσώμενα δὲ φωνῆς ἀποκοπὴν καθίστησι, τοῦ χυλοῦ καταπινομένου· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῆς κοιλίαν καὶ ἔμμηνα κινεῖ πινόμενον· τὸ δὲ ἄνθος ἀτόκιον μετὰ τὴν ἀποκύησιν προςτεθὲν ἐν πεσσῷ· τὸ δὲ σπέρμα, μάλιστα τῆς ἐν Αἰγύπτῳ γινομένης, πινόμενον ἕλμινθας ἐκτινάσσει· μίσγεται δὲ καὶ εἰς ἀντιδότους θηριακάς[45]· πρόσωπόν τε ἀποκαθαίρει καὶ φακούς· οἱ δὲ καυλοὶ χλωροὶ καέντες σὺν ταῖς ῥίζαις καὶ ἀναληφθέντες στέατι χοιρείῳ παλαιῷ πλευρᾶς χρόνια ἀλγήματα ἐπιτεθέντες παύουσιν.

Κεφ. ρμζ΄. [Περὶ Κράμβης ἀγρίας.] Κράμβη ἀγρία [ἣν Ῥωμαῖοι βράσσικα ῥούστικα] φύεται ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐν παραθαλασσίοις καὶ κρημνώδεσι τόποις, ἐοικυῖα τῇ ἡμέρῳ,

45) Sic Serap. et ex eo Marcell. Vergil., Ruellius et Saracen., κοιλιακάς vero Ald., Asulan., Cornar. et Goupyl.

valent ad omnem inflammationem et oedemata; quin et erysipelata, epinyctidas leprasque sanant. Cum sale vero carbunculos rumpunt, retinent et fluentes capillos. Eadem cocta, melle addito, valent adversus depascentes gangraenas: cruda vero si ex aceto comedantur, lienosis prosunt. Commanducata ita, ut succus deglutiatur, vocem interceptam restituunt. Ipsius brassicae decoctum potu alvum mensesque ciet. Flos autem post puerperium in pesso subditus, conceptionem impedit. Semen, eius praesertim, quae in Aegypto nascitur, potum vermes expellit, ac in antidota quoque theriaca additur: sed et faciei cutem lentiginesque expurgat. Caules virentes cum radicibus cremati, ac adipe suillo vetusto excepti, diuturnos laterum dolores impositi sedant.

Cap. CXLVII. [*De Brassica sylvestri.*] Brassica sylvestris [Romanis quoque rustica dicta] nascitur plerumque in locis maritimis praeruptisque; sativae similis, sed

λευκοτέρα δέ ἐστι καὶ δασυτέρα καὶ πικρά· τὸ δὲ κύημα[46] αὐτῆς ἐν κονίᾳ ἑψηθὲν οὐκ ἄστομον. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα καταπλασσόμενα κολλητικὴν τραυμάτων καὶ διαφορητικὴν οἰδημάτων καὶ φλεγμονῶν.

Κεφ. ρμη΄. [Περὶ Κράμβης θαλασσίας.] Ἡ δὲ θαλασσία λεγομένη κράμβη[47] ἐξήλλακται τῷ παντὶ τῆς ἡμέρου, ἔχουσα φύλλα πολλὰ λεπτὰ, τῇ στρογγύλῃ ἀριστολοχίᾳ ὅμοια[48]· ἐκπέφυκε δὲ ἕκαστον αὐτῶν ἐπὶ[49] κλωνίων ὑπερύθρων ἐξ ἑνὸς μοσχου, ὥςπερ κισσός· ἔχει δὲ καὶ ὀπὸν[50] λευκὸν, οὐ πολύν· ἔστι δὲ τῇ γεύσει ὑφάλμυρος καὶ ποσῶς ἔμπικρος, λιπαρὰ τὴν σύστασιν· ὅλη δὲ ἡ πόα κακοστόμαχος, δριμεῖα, κοιλίας λυτικωτάτη, ἑφθὴ βρωθεῖσα· συνέψουσι δὲ αὐτῇ ἔνιοι διὰ τὴν δριμύτητα[52] τὰ λιπαρὰ τῶν κρεῶν[53].

46) C. et Ald. κλῆμα.

47) C. θαλασσοκράμβη.

48) Aegerrime recedo a codicum, Serapionis et Aldi auctoritate, quippe qui in φ. εὐμήκη consentiunt. Sed Marcell. iam, Asulanus et Cornar., omisso εὐμήκη, habent μακρὰ, quod Matthiolus in μικρὰ mutandum esse censuit. Cum vero nullum supersit dubium, Convolvulum Soldanellam intelligi, malui Saracenum sequi, Sambuci codice fretum.

49) Sic C.; vulgo ἀπὸ.

50) C. καρπόν.

51) C. N. ἐν τῇ αὐτῇ ἐστι συστάσει.

52) C. διὰ τὴν δρ. non habet.

53) Sic C. N. et Serap., quem et Marcell. sequitur; vulgo κρεῶν.

albidior, hirsutior et amara. Huius cyma lixivio cocta ori haud ingrata est. Vim autem habent folia cataplasmatis vice imposita vulnera glutinandi ac oedemata, inflammationesque discutiendi.

Cap. CXLVIII. [De Brassica marina.] Quae brassica marina dicitur, prorsus dissidet a sativa; folia enim fert multa, tenuia, aristolochiae rotundae similia, quorum singula in ramulis rubentibus singulari surculo, ad hederae morem, exeunt. Succo etiam praedita est albo, haud copioso. Gustu est subsalso et quadantenus amaro, pingui vero substantia. Tota herba stomacho inimica est et acris, alvumque vehementer solvit, si cocta edatur. Sed propter acrimoniam nonnulli pingues carnes una cum ipsa concoquunt.

Κεφ. ρμθ'. [Περὶ Τεύτλου.] Τεῦτλον [μέγα[54], Ῥωμαῖοι βέτα σιλβάτικα] δισσόν ἐστιν, ὧν τὸ μὲν μέλαν σταλτικώτερον κοιλίας, σὺν φακῇ ἑψηθὲν[55], καὶ μᾶλλον ἡ ῥίζα· τὸ δὲ λευκὸν εὐκοίλιον· ἀμφότερα δὲ κακόχυμα διὰ τὸ ἐν αὐτοῖς νιτρῶδες· ὅθεν ὁ χυλὸς αὐτῶν καθαίρει κεφαλὴν, ῥινὶ[56] ἐγχεόμενος μετὰ μέλιτος, καὶ ὠταλγίας ὠφελεῖ· τὸ δὲ τῶν ῥιζῶν καὶ τῶν φύλλων ἀφέψημα πιτύρων καὶ κονίδων σμηκτικὸν, καὶ χιμέτλης πραϋντικὸν καταντλούμενον· ὠμοῖς δὲ τοῖς φύλλοις καταπλάσσειν δεῖ ἀλφοὺς προεκνιτρωθέντας, καὶ ἀλωπεκίας κατακνησθείσας καὶ τὰ νεμόμενα ἕλκη· ἑφθὴ δὲ ἐξανθήματα καὶ πυρίκαυστα καὶ ἐρυσιπέλατα ἰᾶται.

Κεφ. ρν'. [Περὶ Ἀνδράχνης[57].] Ἀνδράχνη δύναμιν ἔχει ψυκτικήν τε καὶ στυπτικήν[58]· καταπλασσομένη δὲ μετ' ἀλφίτων κεφαλῆς ἀλγήμασι καὶ ὀφθαλμῶν φλεγμοναῖς καὶ ταῖς

54) Marcell. legit *μέλαν καὶ ἄγριον.*

55) C. *ἐσθιόμενον.*

56) C. *κεφαλῆς ῥοῦν.*

57) In Aldina praemittitur caput *περὶ ἀνδράχνης ἀγρίας*, quod Asulanus et qui sequuntur, postponunt. Sed Plinius, Paullus Aegineta et Serapion inter *ἀείζωα* id recipiunt, ubi et, libro nimirum quarto, aptissimum habet locum. Marcellum Vergilium ergo sequor et Matthiolum, quanquam vulgaris ordo mutetur.

58) Vulgo *ψυκτικὴν* omittitur, sed et Galeni Serapionisque fide et ipsa natura duce audacter id addidi.

Cap. CXLIX. [*De Beta.*] Beta [maior, quam et sylvaticam Romani appellant.] Nigra enim valentius alvum cohibet cum lente cocta, maxime radix: alba vero alvo est idonea. Utraque propter nitrosum, quod inest, pravi est succi. Inde fit, ut earum succus, cum melle naribus inditus, caput purget, et aurium doloribus opituletur. Decoctum vero radicum foliorumque furfures lendesque detergit, et perniones fotu mitigat. At crudis foliis vitiligines, nitro ante perfrictas, illini oportet, item calvitiem prius concisam ac depascentia quoque ulcera. Cocta denique exanthematis, ambustis et erysipelatis medetur.

Cap. CL. [*De Portulaca.*] Portulaca vim habet refrigerantem et subastringentem. Imposita cum polenta capitis doloribus ac tum oculorum, tum ceteris etiam in-

ἄλλαις, καὶ στομάχου πυρώσεσι καὶ ἐρυσιπέλασι καὶ κύστεως ἀλγήμασι βοηθεῖ· βρωθεῖσα δὲ[59] αἱμωδίαν καὶ στομάχου καὶ ἐντέρων πύρωσιν καὶ ῥευματισμὸν πραΰνει· νεφρούς τε δακνομένους καὶ κύστιν εὖ διατίθησι, καὶ τὰς πρὸς συνουσίας ὁρμὰς ἐκλύει· παραπλησίως δὲ καὶ ὁ χυλὸς αὐτῆς ἐνεργεῖ πινόμενος καὶ ἐν πυρετοῖς ποιῶν· καὶ πρὸς ἕλμινθας στρογγύλας, αἵματός τε πτύσιν καὶ δυσεντερίας καὶ πρὸς αἱμοῤῥοΐδας καὶ αἱμοῤῥαγίας, πολύεφθος γινομένη, καὶ πρὸς σηπὸς δήγματα· καὶ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ χρησίμως μίγνυται· ἔγκλυσμά τε ἐστιν ἐντέρων ῥευματιζομένων, ἢ ὀδαξουμένης[60] μήτρας· καὶ πρὸς τὰς ἐξ ἐγκαύσεως κεφαλαλγίας σὺν ῥοδίνῳ ἢ ἐλαίῳ ἔμβρεγμα· πρός τε τὰ ἐν κεφαλῇ ἐξανθήματα, σὺν οἴνῳ σμῆγμα· πρὸς τραύματα δὲ σφακελίζοντα, σὺν ἀλφίτῳ καταπλασσομένη.

Κεφ. ρνα' (ρνβ'). [Περὶ Ἀσπαράγου.] Ἀσπάραγος πετραῖος[61], ὃν μυακάνθαν [οἱ δὲ μῦον][62] καλοῦσι, γνώριμος·

59) C. add. σὺν γάλακτι.

60) Sic aptius e cod. antiquo Goupyli; vulgo δαξομένης.

61) Marc. in quibusdam codd. ἄγριος.

62) Marc. ὁρμίνιον e Plin., quod melius ὄρμενον. Pollux 6, 9. Phrynich. ecl. ed. Lobeck, p. 111.

flammationibus, itemque stomachi ardoribus, erysipelatis et vesicae doloribus subvenit. Pro cibo sumta dentium stuporem et stomachi ac intestinorum ardorem fluxionemque demulcet. Erosione tentatos renes et vesicam adiuvat, venerisque impetus exsolvit. Simili effectu prodest succus eius epotus, etiam in febribus efficax. Valet et diu multumque cocta contra lumbricos teretes, sanguinis exscreationem, dysenteriam, haemorrhoïdas, sanguinis cursus et adversus sepis morsus. Sed et oculorum medicamentis utiliter admiscetur; colluitur etiam, dum intestina fluxione laborant, ac ubi vulva cum pruritu mordetur. Quin et ad capitis dolores ex aestu ortos cum rosaceo aut simplici oleo irrigatur. Capitis exanthemata cum vino exterit. Vulneribus denique, quae sphacelo tentantur, cum polenta imponitur.

Cap. CLI. (CLII.) [*De Asparago.*] Asparagus rupestris, quem et myacantham [alii myon] vocant, vulgo

οὗ τὸ καυλίον ἐπ' ὀλίγον[63] ἑψηθὲν καὶ βρωθὲν κοιλίαν μαλάσσει καὶ οὖρα κινεῖ· τῶν δὲ ῥιζῶν τὸ ἀφέψημα πινόμενον βοηθεῖ δυςουροῦσιν, ἰκτερικοῖς, νεφριτικοῖς, ἰσχιαδικοῖς, φαλαγγιοδήκτοις δὲ μετ' οἴνου ἀφεψόμενον· καὶ ὀδονταλγοῦσι δὲ, κρατουμένου τοῦ ἀφεψήματος ἐπὶ τῷ πονοῦντι ὀδόντι· ποιεῖ δὲ πρὸς τὰ αὐτὰ καὶ τὸ σπέρμα πινόμενον. Φασὶ δὲ καὶ τοὺς κύνας πιόντας τὸ ἀφέψημα αὐτῶν ἀποθνήσκειν· ἔνιοι δὲ ἱστόρησαν, ὅτι, ἐάν τις κριοῦ κέρατα συγκόψας κατορύξῃ, φύεται ἀσπάραγος· ἐμοὶ δὲ ἀπίθανον[64]. Ὁ μέντοι ἀσπάραγος οὗτος θάμνος ἐστὶ πολύκλαδος, φύλλα ἔχων πολλὰ, μακρὰ, ὅμοια μαράθρῳ, ῥίζα στρογγύλη, μεγάλη, ἔχουσα κόνδυλον· οὗ τινος τὸ καυλίον λειούμενον μετὰ οἴνου λευκοῦ παύει νεφρίτιδας[65]· ἑφθὸς δὲ ἢ ὀπτὸς λαμβανόμενος παύει στραγγουρίας καὶ δυςουρίας καὶ δυςεντερίας· ἡ δὲ ῥίζα αὐτοῦ ἑψηθεῖσα ἐν ὄξει ἢ οἴνῳ παύει στρέμματα· ἑφθὴ δὲ μετὰ σύκων καὶ ἐρεβίνθων λαμβανομένη ἰᾶται ἴκτερον· καὶ

63) Serap., Marcell. et Lacuna sic optime.

64) Quae sequuntur, Serapion non habet. Redundare videntur Marcello, valere de sativo asparago credit Sarac. Ἀσφάραγον dici sylvestrem, ἀσπάραγον hortensem, Athen. lib. 2. p. 240. Phrynich. l. c.

65) Ex veterum interpretum fide; vulgo φρενίτιδας.

notus est. Huius cauliculus leviter coctus et pro cibo sumtus ventrem mollit urinamque ciet. Radicum autem decoctum epotum in difficultate urinae, morbo regio, renum coxendicisque affectibus praesidio est: itemque a phalangio morsis, si e vino coquatur. Et dentium doloribus prodest, si modo decoctum super affecto dente contineatur. Semen quoque potum ad eadem valet. Aiunt et canes, si asparagorum decoctum hauserint, emori. Quin et nonnulli prodidere, si quis arietis cornua concisa defoderit, asparagum inde nasci: quod tamen fide caret.

Hic autem (altilis) asparagus frutex est ramosus, foliis numerosis, longis, foeniculo proximis, radice tereti, grandi, tuber habente. Huius cauliculus ex vino albo tritus renum dolores sedat. Coctus autem assusve asparagus in cibo sumtus urinae stillicidium ac difficultatem et dysenteriam tollit. Eiusdem radix in aceto aut vino cocta luxata mulcet. Cum ficubus autem ciceribusve cocta sum-

παύει ἰσχιάδα καὶ στραγγουρίαν· περιαπτομένη δὲ καὶ τὸ ἀπόζεμα αὐτῆς πινόμενον ποιεῖ ἄτοκον[66] καὶ ἄγονον.

Κεφ. ρνβ΄ (ρνγ΄). [Περὶ Ἀρνογλώσσου.] Ἀρνόγλωσσον [οἱ δὲ ἄρνειον, οἱ δὲ προβάτειον, οἱ δὲ κυνόγλωσσον, οἱ δὲ ἑπτάπλευρον, οἱ δὲ πολύνευρον, Προφῆται οὐρὰν ἰχνεύμονος[67], Αἰγύπτιοι ἀσὸνθ[68], Ῥωμαῖοι πλαντάγω μίνορ, Γάλλοι[69] ταρβηλοδάθιον, Ἱσπανοὶ θησαρικὰμ, Ἀφροὶ ἀτιειρκὸν] διττόν ἐστι, τὸ μὲν μικρὸν, τὸ δὲ μεῖζον· ἔχει τὸ μὲν μικρὸν[70] φύλλα στενώτερα καὶ μακρότερα[71] καὶ μαλακώτερα καὶ λειότερα καὶ λεπτότερα· καυλία δὲ γωνιοειδῆ[72], κεκλιμένα ὡς ἐπὶ τὴν γῆν, ἄνθη ὠχρὰ, τὸ δὲ σπέρμα ἐπ᾽ ἄκρων τῶν καυλῶν. Τὸ δὲ μεῖζον εὐερνέστερον, πλατύφυλλον, λαχανῶδες· καυλὸς δ᾽ ἐπὶ τούτου γωνιώδης, ὑπέρυθρος· ὕψος πήχεως, ἐκ μέσου μέχρι κορυφῆς σπέρματι περιεχόμενος λεπτῷ·

66) Sarac. coniectura; vulgo ἀτόκιον.

67) Sarac. coniectura; vulgo εὐρέχμονος, C. ὀρεχνεύμονος.

68) C. ἀσοὴθ.

69) Sic C.; cum Ald. et editt. sequ. barbaram eam vocem Romanis tribuant.

70) Haec male desunt in codd. C. N.

71) Sic Oribas., Serapion vero et editt. pleraeque μικρότερα.

72) Sic C. et Serap.; καυλίῳ γωνιοειδεῖ vulgo. Insulsa, quae Matthaei ad Oribas. p. 360. edidit, scholia γωνιοειδῆ per μέγαν καὶ στερεὸν reddunt.

Iaque regium morbum sanat et coxendicum dolores urinaeque stillicidium levat. Ceterum radix amuleti ratione alligata, itemque haustum ipsius decoctum partum impediunt sterilitatemque inducunt.

Cap. CLII. (CLIII.) [*De Plantagine.*] Plantago [quam et arnion et probation, cynoglossum etiam et heptapleuron, aut polyneuron, Prophetae ichneumonis caudam, Aegyptii asonth, Galli tarbelodathion, Hispani thesaricam, Afri atieircon vocant] duplex est, minor et maior. Minor quidem folia habet angustiora, longiora, molliora, laeviora et tenuiora, cauliculos angulosos, ad terram inclinatos, flores pallidos, semen autem in summis caulibus. Maior vero vegetior, latioribus foliis, oleracea: caulis huic angulosus, subruber, cubiti altitudine, a medio ad verticem tenui semine cinctus. Subsunt radices

ῥίζαι δὲ ὕπεισιν ἁπαλαὶ, δασεῖαι, λευκαὶ, πάχος δακτύλου[73]· γεννᾶται δὲ πρὸς τοῖς τέλμασι καὶ φραγμοῖς καὶ ἐνίκμοις τόποις· εὐχρηστότερον δὲ τὸ μεῖζον. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα ξηραντικὴν, στυπτικήν· ὅθεν καὶ καταπλασσόμενα πρὸς πάντα τὰ κακοήθη καὶ ἐλεφαντιῶντα, ῥευματικὰ καὶ ἀκάθαρτα ἕλκη ἁρμόζει· ἴσχει δὲ καὶ αἱμοῤῥαγίαν, νομὰς, ἄνθρακας, ἕρπητας, ἐπινυκτίδας· ἀπουλοῖ καὶ ἕλκη χρόνια καὶ ἀνώμαλα, καὶ τὰ χειρώνια ἰᾶται, καὶ κόλπους παρακολλᾷ· καὶ τὰ κυνόδηκτα καὶ πυρίκαυστα, φλεγμονὰς, παρωτίδας, φύγεθλα, χοιράδας δὲ καὶ αἰγίλωπα σὺν ἁλσὶν ἐπιπλασσόμενα ὠφελεῖ· ἑφθὸν δὲ τὸ λάχανον μεθ' ἁλῶν καὶ ὄξους λαμβανόμενον δυσεντερικοῖς καὶ κοιλιακοῖς ἁρμόζει· δίδοται δὲ καὶ μετὰ φακῆς ἀντὶ σεύτλων συνεψόμενον· καὶ πρὸς λευκοφλεγματίαν μετὰ τὸ ξηροφαγῆσαι[74] δίδοται ἡ πόα ἑφθή· ποιεῖ δὲ καὶ ἐπιληπτικοῖς καὶ ἀσθματικοῖς διδομένη· ὁ δὲ χυλὸς τῶν φύλλων τὰ ἐν στόματι ἕλκη ἀνακαθαίρει, συνεχῶς διακλυζόμενος· σὺν δὲ κιμωλίᾳ ἢ ψιμυθίῳ ἰᾶται ἐρυσιπέλατα· σύριγγάς τε ἐγκλυ-

73) Τὸ δὲ μεῖζον — δακτύλου deest in C.

74) Vulgo μέση interponitur, quod Marcello iam suspectum, exulat e Serapione, ubi hic locus integer est. Omnis autem a codd. C. N. omittitur.

tenerae, hirsutae, albidae, digitum crassae. Nascitur in paludibus, sepibus et locis humidis. Maior est utilior. Vim habent folia siccantem, astringentem: quare idonea sunt ulceribus omnibus malignis, elephantiasin comitantibus, rheumaticis sordidisque. Sistunt et sanguinis cursum, ulcera depascentia, carbunculos, herpetas et epinyctidas. Ulcera quoque vetera et anomala cicatrice obducunt, chironia sanant, et sinus agglutinant. Morsibus canis, ambustis, inflammationibus, parotidibus, panis, ac strumis quoque et aegilopiis cum sale imposita prosunt. Coctum vero olus cum sale et aceto sumtum dysentericis et coeliacis confert. Datur et in locum betae cum lenticula coctum. Exhibetur et herba cocta in leucophlegmatia, postquam sicciores cibi sumti fuerint. Comitialibus quoque et anhelatoribus prodest. Foliorum succus ulceris ora purgat, si continuo colluatur. Cum cimolia aut cerussa erysipelatis medetur: fistulis infusus auxilio est. Prodest

ζόμενος ὠφελεῖ, καὶ πρὸς ὠταλγίας καὶ ὀφθαλμίας ἐνσταζόμενος ὁ χυλὸς, καὶ κολλυρίοις μισγόμενος· καὶ πρὸς οὖλα αἱμασσόμενα καὶ πρὸς αἵματος ἀναγωγὰς[75] πινόμενος, καὶ πρὸς δυσεντερίας[76] ἐγκλυζόμενος· πίνεται δὲ καὶ πρὸς φθίσιν, καὶ πρὸς ὑστερικὰς πνίγας προστίθεται ἐν ἐρίῳ, καὶ ὑστέρᾳ ῥευματιζομένῃ· καὶ ὁ καρπὸς δὲ πινόμενος μετ᾽ οἴνου τοὺς τῆς κοιλίας ῥευματισμοὺς καὶ πτύσεις αἵματος ἐπέχει. Ἡ δὲ ῥίζα ἀφεψηθεῖσα καὶ διακλυζομένη καὶ διαμασσωμένη ὀδονταλγίας παύει· πρὸς δὲ τὰ ἐν κύστει ἕλκη καὶ νεφροῖς δίδοται ἡ ῥίζα καὶ τὰ φύλλα μετὰ γλυκέος· φασὶ δὲ ῥίζας τρεῖς ποθείσας μετ᾽ οἴνου κυάθων τριῶν καὶ ὕδατος ἴσου τριταίῳ βοηθεῖν, τεταρταίῳ δὲ τέσσαρας ῥίζας· ἔνιοι δὲ καὶ ἐνδέσματι χρῶνται τῇ ῥίζῃ πρὸς χοιράδας καὶ διαφοροῦσιν[77]. [Οἱ δὲ Σύροι τὸν τούτου ζωμὸν καὶ τῆς καλαμίνθης σὺν μέλιτι τοὺς παρέτους[78] θεραπεύειν, διδόμενον δευτέρᾳ, τετάρτῃ καὶ πα-

75) E Serap. Vulgo ἀνάγοντας.

76) E Serap. Vulgo δυσεντερικούς.

77) His adiungit C., quae manifesto e Galen. fac. simpl. lib. 6. c. 60. excerpta sunt. — Quae sequuntur, uncinis inclusa, Aldina habet, nec tamen vel in Serap., Marcell., aut codicibus leguntur. Nemo non videt, praesertim e παρασκευῇ, nugas esse Alexandrini cuiusdam Christiani, Iudaei vel gnosticae sectae addicti.

78) Forte πυρετοὺς. Goupyl. saltem πυρέτους habet.

et ad aurium dolores ophthalmiasque, seu instillatus, seu in collyria additus. Ad gingivas quoque sanguinem fundentibus et ad sanguinis exscreationem potu confert, et ad intestinorum difficultatem, si alvus eluitur. Contra tabem datur in potu, adversus strangulationes matricis subditur in vellere, ut et in fluxionibus uteri. Semen ex vino potum alvi profluvia et sanguinis exscreationem coërcet. Decocta radix, seu colluta, seu commanducata, dentium dolores sedat. Eadem cum foliis ad vesicae renumque ulcera in passo datur. Ferunt etiam, ternas radices cum ternis vini cyathis et aquae pari modo tertianis febribus, itemque quaternas quartanis auxiliari. Sunt et qui radice vinculo e collo suspensa amuleti ad instar utantur, ad strumas discutiendas. [Syri huius et calaminthae iusculum cum melle produnt mederi debilitatis, si secunda et quarta (hebdomadis die) aut parasceve exhibeatur. Hoc

ρασκευῇ· τοῦτο ὡς μυστήριον δέχου· ἔστι γὰρ ἀληθέστατον καὶ διὰ πείρας.]

Κεφ. ρνγ΄ (ρνδ΄). [Περὶ Σίου.] Σίον τὸ ἐν ὕδασιν [οἱ δὲ ἀναγαλλὶς ἔνυδρος, οἱ δὲ σχῖνος ἀρωματικὴ, οἱ δὲ δάρην ἴον[79], οἱ δὲ λαουβέρδε] εὑρίσκεται ἐν τοῖς ὕδασι, θαμνίον ὀρθὸν, λιπαρὸν, φύλλα ἔχον πλατέα, ἱπποσελίνῳ ἐοικότα, μικρότερα δὲ καὶ ἀρωματίζοντα· ἅπερ ἐσθιόμενα ἑφθά τε καὶ ὠμὰ λίθους θρύπτει καὶ ἐκκρίνει, οὖρά τε κινεῖ, καὶ ἔμβρυα καὶ ἔμμηνα ἄγει, δυςεντερικοῖς τε χρησιμα βρωθέντα. Κρατεύας δὲ ἱστορεῖ περὶ αὐτοῦ οὕτω· πόα θαμνοειδὴς, ὀλίγα φύλλα ἔχουσα[80], περιφερῆ, μείζονα ἡδυόσμου, μέλανα, λιπαρὰ[81], παρεγγύζοντα εὐζώμῳ.

Κεφ. ρνδ΄ (ρνε΄). [Περὶ Σισυμβρίου.] Σισύμβριον [οἱ δὲ ἕρπυλλον ἄγριον[82], οἱ δὲ Ἀφροδίτης στέφανον, Ῥωμαῖοι οὐστεράλις[83], οἱ δὲ ἕρβα βενέρεα καλοῦσι] ἐν χέρσοις φύε-

79) N. δωρώνιον.

80) Sic Oribas., Scrap., cod. C. N. et Ald.; ὀλίγη, φύλλα ἔχουσα πολλὰ male Asulan. et Cornar.

81) λιπαρὰ habent Oribas., cod. C. N., sed deest in Serap., Ald. et rell.

82) Oribas. μέγα.

83) Sic cod. N.; εὐστεράλις alii.

autem velut arcanum accipito: est enim verissimum et experientia comprobatum.]

Cap. CLIII. (CLIV.) [*De Sio.*] Sium aquaticum [quod alii anagallida aquaticam, alii schinum aromaticam, alii daren ion (doronion) appellant, alii laüberde] invenitur in aquis, fruticulus rectus, nitidus, folia gerens lata, oleri atro similia, sed minora et aromatici quidquam habentia: quae quidem cocta seu cruda esu calculos comminuunt et eiiciunt: urinas quoque cient, fetus et menses extrahunt, dysentericis in cibo utilia. De eodem Cratevas sequentia tradit: Herba fruticulosa, foliis paucis, subrotundis, menthae maioribus, nigrescentibus, nitidis, ad erucam accedentibus.

Cap. CLIV. (CLV.) [*De Sisymbrio.*] Sisymbrium [alii serpyllum agreste, alii Veneris coronam, Romani usteralem aut herbam veneream vocant] in locis incultis

ται, ἔοικε δὲ ἡδυόσμῳ κηπαίῳ, πλατυφυλλότερον δὲ καὶ εὐωδέστερον, στεφανωματικόν. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν· ἁρμόζει δὲ πρὸς στραγγουρίας καὶ λιθιάσεις τὸ σπέρμα σὺν οἴνῳ πινόμενον· καὶ στρόφους καὶ λυγμοὺς παύει· τὰ δὲ φύλλα ἐπιπλάσσεται πρὸς κεφαλαλγίαν κατὰ τῶν κροτάφων καὶ τοῦ μετώπου, πρός τε σφηκῶν πληγὰς καὶ μελιττῶν· ἵστησι δὲ καὶ ἐμέτους ποθέν.

Κεφ. ρνέ (ρνς'). [Περὶ ἑτέρου Σισυμβρίου.] Σισύμβριον ἕτερον, οἱ δὲ καρδαμίνην, οἱ δὲ καὶ τοῦτο σίον καλοῦσιν· ἔνυδρός ἐστι πόα, κατὰ τὰ αὐτὰ τῷ σίῳ γεννωμένη· καρδαμίνην δ' ἔνιοι λέγουσι, διὰ τὸ ἐοικέναι καρδάμῳ τὴν γεῦσιν· φύλλα ἔχει τὸ μὲν πρῶτον περιφερῆ[85], αὐξόμενα[86] δὲ σχίζεται, ὡς τὸ τοῦ εὐζώμου· ἔστι δὲ θερμαντικὸν, οὐρητικόν· βιβρώσκεται δὲ καὶ ὠμόν· ἀποκαθαίρει δὲ καὶ φακοὺς καὶ ἔφηλιν, καταπλασθὲν[87] δι' ὅλης τῆς νυκτὸς, ἕωθεν δὲ ἀποκλυσθέν[88].

84) C. omittit σὺν οἴνῳ.
85) Sic Oribas. et vulgo; περιφερὲς Ald., περιφυὲς cod. C. N.
86) αὐξόμενον cod. C. N., Ald.
87) Sic C. N.; καταπλασθέντα vulgo.
88) ἀποκαυσθέν C. N.

nascitur, menthae hortensi simile, sed foliis latioribus et suaviori odore, quod quidem ad serta adhibetur. Vim habet calefacientem. Idoneum est semen cum vino potum ad urinae stillicidia et calculosos affectus: tormina quoque et singultus sedat. Folia contra capitis dolores temporibus frontique cataplasmatis vice imponuntur, prosunt etiam ad vesparum apumque morsus. Quin et potu vomitiones cohibet.

Cap. CLV. (CLVI.) [*De altero Sisymbrio.*] Sisymbrium alterum, quod nonnulli cardaminen, alii et hoc sium vocant, est herba aquatica, iisdem, quibus sium, locis nascens. Cardaminen autem nonnulli appellant, quod gustu cardamon (lepidium) referat. Folia primum rotunda prodeunt, augescentia vero erucae in modum finduntur. Est autem calefaciens, diureticum: crudum quoque manditur. Purgat etiam lentigines et maculas a sole contractas, per totam noctem cataplasmatis vice impositum et mane altero ablutum.

Κεφ. ρνς'. (ρνζ'.) [Περὶ Κρίθμου.] Κρίθμον, οἱ δὲ κρίταμον[89], θαμνῶδές ἐστι βοτάνιον, ἀμφιλαφὲς, περὶ πῆχυν τὸ ὕψος, φυόμενον ἐν πετρώδεσι καὶ παραθαλασσίοις τόποις· φύλλοις περίπλεον λιπαροῖς καὶ ὑπολεύκοις, τοῖς τῆς ἀνδράχνης παρεοικόσι, πλατυτέροις[90] μέντοι καὶ ἐπιμηκεστέροις, ἁλμυρίζουσι δὲ πρὸς τὴν γεῦσιν· ἄνθη[91] λευκὰ, τὸν δὲ καρπὸν, ὥςπερ λιβανωτίδος, μαλακὸν, εὐώδη, στρογγύλον, ὃς ξηρανθεὶς διΐσταται, καὶ ἔνδον ὡς πυρὸν[92] ἔχει τὸ σπέρμα· ῥίζας δὲ δακτύλου τὸ πάχος τρεῖς ἢ τέσσαρας, εὐώδεις, ἡδείας. Δύναται δὲ ὁ καρπὸς καὶ ἡ ῥίζα καὶ τὰ φύλλα ἐναφεψηθέντα οἴνῳ καὶ πινόμενα βοηθεῖν δυςουροῦσι καὶ ἰκτερικοῖς· κινεῖ καὶ καταμήνια[93]· λαχανεύεται ἑφθόν τε καὶ ὠμὸν ἐσθιόμενον, καὶ ταριχεύεται ἐν ἅλμῃ.

Κεφ. ρνζ' (ρνη'). [Περὶ Κορωνόποδος.] Κορωνόπους [οἱ δὲ Ἄμμωνος, οἱ δὲ ἄστριον, Ἀφροὶ ἀτιρσίπτη, Ῥωμαῖοι κακιάτρικεμ, οἱ δὲ στιλάγω, οἱ δὲ σαγγουινάριαμ] πρόμηκες

89) Oribas. habet, sed omittitur in C. N.

90) Lacuna legit παχυτέροις, quod recepit Sarac. contra Oribas.

91) Oribas. ἄνθη μήλινα καὶ λευκά.

92) Sic Marcell., Lacuna, Matthiol., Saracen.; πυῤῥὸν Oribas., Ald. et vulgo.

93) Hoc caret C.

Cap. CLVI. (CLVII.) [*De Crithmo.*] Crithmum, quod alii critamon vocant, herba est fruticulosa, foliosa, cubitalis fere staturae, nascens in rupestribus et maritimis locis, foliis referta nitidis et albicantibus, quae quidem portulacae similia sunt, sed latiora et longiora, salsoque gustu. Flores gerit albos, fructum vero ceu libanotidis, mollem, odoratum, teretem, qui, ut siccescit, dehiscit, intusque semen, velut tritici granum, habet. Radices autem digiti crassitie, ternas, vel quaternas, grati odoris saporisque. Fructus, radix et folia vino decocta et bibita valent pro praesidio in urinae difficultate et arcuato morbo. Menses etiam cient. Oleris denique in modum coctum crudumque comeditur, atque muria etiam conditur.

Cap. CLVII. (CLVIII.) [*De Coronopode.*] Coronopus [quem et ammonos et astrion, Afri atirsipte, Romani caciatricem, aut stilaginem, sanguinariam etiam vo-

βοτάνιον, κατὰ τοῦ ἐδάφους ἐστρωμένον, κατεσχισμένον[94] τὰ φύλλα· λαχανεύεται δὲ καὶ τοῦτο ἑφθόν· ῥίζαν λεπτὴν ἔχον, στυπτικὴν, ἐσθιομένην πρὸς κοιλιακοὺς ποιοῦσαν[95]· γίνεται δὲ ἐν χέρσοις τόποις καὶ ἐν χώμασι[96] καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς.

Κεφ. ρνη'. (ρνθ'.) [Περὶ Σόγχου.] Σόγχος [τραχὺς, οἱ δὲ κιχώριον, Ῥωμαῖοι κικέρβιτα[97] ἄσπερα, Ἀφροὶ γαθουνήμ.] τούτου δύο εἴδη· τὸ μὲν γάρ ἐστιν ἀγριωδέστερον καὶ ἀκανθωδέστερον, τὸ δὲ τροφερώτερον καὶ ἐδώδιμον. Καυλὸς δὲ γωνιοειδὴς, ὑπόκενος[98], ἐνίοτε καὶ ὑπέρυθρος, φύλλα ἔχει ἐκ διαστημάτων ἐσχισμένα τὴν περιφέρειαν. Δύναμις δὲ αὐτῶν ἐστι ψυκτικὴ, μετρίως ὑποστύφουσα, ὅθεν στομάχῳ καυσουμένῳ καὶ φλεγμοναῖς καταπλασσόμενα ἁρμόζουσιν· ὁ δὲ χυλὸς καταῤῥοφούμενος δηγμὸν στομάχου καταπραΰνει, καὶ γάλα κατασπᾷ· προςτεθεὶς δὲ ἐν ἐρίῳ δακτυλίου[99] καὶ μήτρας φλεγμοναῖς βοηθεῖ· ἡ δὲ πόα καὶ ἡ ῥίζα καταπλασθεῖσα

94) Sic C.; κατεσχηματισμένον vulgo.

95) Lacun. οὗ ἡ ῥίζα ἑψομένη καὶ ἐσθιομένη ποιεῖ πρὸς κοιλιακούς. Paull. πρὸς κωλικούς.

96) Marcell. primus e cod. Florent.; δώμασι vulgo.

97) Vulgo κικοῦρβιτα. Nostra lectio e Plin. et cod. N.

98) Sic Oribas., cod. C. N., Marcell. Vulgo omissum.

99) Sic C.; δακτύλῳ Ald., δακτύλων Asulan., Marcell., Cornar., Goupyl., Sarac.

cant] est herbula diffusa, humi strata, foliis incisis. Oleris modo et haec coquitur. Radicem habet tenuem, astringentem, in cibo contra coeliacos affectus valentem. Nascitur in incultis locis et in aggeribus secusque vias.

Cap. CLVIII. (CLIX.) [*De Soncho.*] Sonchus [asper, quem alii cichorium, Romani cicerbitam asperam, Afri gathuonem vocant:] huius duae sunt species, altera magis sylvatica ac spinosior, tenerior altera et esculenta. Caulis vero angulosus, subfistulosus et subinde rubescens: folia in ambitu per intervalla incisa. Vis eorum refrigerans et mediocriter subastringens, unde aestuanti stomacho et inflammationibus imposita prosunt. Succus stomachi rosionem sorbitione eblanditur, et lac attrahit. In vellere autem appositus, sedis matricisque inflammationibus opitulatur. Tam herba, quam radix, cataplasmatis

σκορπιοπλήκτοις ἀρήγει. Ὁ δὲ ἕτερος σόγχος, ὁ καὶ τρυφερὸς[100], δενδρώδης ἐστὶ καὶ πλατύφυλλος, τὰ δὲ φύλλα διεῖλε τὸν καυλὸν, κλάδους (οὐκ) ἔχοντα[1]· καὶ οὗτος δὲ τὰ αὐτὰ ποιεῖ.

Κεφ. ρνθ΄. (ρξ΄.) [Περὶ Σέρεως.] Σέρις [ἥμερος, οἱ δὲ πικρίδα, Αἰγύπτιοι ἄγον, Ῥωμαῖοι ἴντυβουμ ἀγρέστεμ] δισσή[2]· ὧν μὲν ἀγρία πικρὶς, ἡ καὶ κιχώριον καλουμένη· ἡ δὲ ἥμερός[3] ἐστι πλατυφυλλοτέρα καὶ εὐστομωτέρα[4]· καὶ ταύτης τῆς κηπευτῆς διττὸν εἶδος· ἡ μὲν γάρ τίς ἐστι θριδακωδεστέρα καὶ πλατύφυλλος, ἡ δὲ στενόφυλλος καὶ ἔμπικρος· πᾶσαι δὲ στυπτικαὶ, ψυκτικαὶ καὶ εὐστόμαχοι· ἱστᾶσι δὲ καὶ κοιλίαν ἑφθαὶ, μετ᾽ ὄξους λαμβανόμεναι, καὶ μάλιστα αἱ ἄγριαι εὐστομαχώτεραι· βρωθεῖσαι γὰρ ἀτονοῦντα στόμαχον παρηγοροῦσι καὶ καυσούμενον· καταπλασσόμεναι δὲ σὺν ἀλφίτῳ καὶ καθ᾽ ἑαυτὰς καρδιακοῖς εἰσι χρήσιμοι· ποδά-

100) Cod. N. οἱ δὲ κιχώριον θῆλυ, Ῥωμαῖοι κικέρβιτα μόλλε.

1) Sic C. N., Ald. Alii κλ. ἔχ. non habent. Equidem coniicio: τὰ δὲ φύλλα διαλαμβάνει τὸν καυλὸν κλάδους οὐκ ἔχοντα.

2) Asul. interponit ἀγρία καὶ ἥμερος.

3) Matthiol. ἥμερος apte inseruit.

4) Sic Oribas., cod. C. N., Marcell.; εὐστομαχωτέρα Ald. et quae sequuntur editt. Quod addunt vulgo τῆς κηπευτῆς, melius postponitur ταύτης.

vice imposita, ictis a scorpione succurrunt. Alius sonchus, etiam tener, arborescit, folia gerens lata, quae quidem caulem amplectuntur in ramos non abeuntem: hic denique ad eadem pollet.

Cap. CLIX. (CLX.) [*De Seride.*] Seris [sativa, quam alii picrida, Aegyptii agon, Romani intybum agrestem appellant] duplex est: sylvestris nimirum, picris dicta, aut et cichorium, sativa dein, latioribus foliis et saporis gratioris. Et huius hortensis binae occurrunt species: altera est lactucae propior et latifolia, angustifolia altera et subamara. Omnes astringunt, refrigerant, et stomacho gratae sunt. Coctae alvum sistunt, si cum aceto sumuntur. Inprimis vero sylvestres stomacho magis conferunt. In cibo enim sumtae ventriculum infirmum et aestuantem demulcent. Per se et cum polenta cataplasmatis vice impositae cardiacis utiles sunt: podagris itidem et oculorum in-

γραις καὶ ὀφθαλμῶν φλεγμοναῖς βοηθοῦσιν· ἡ δὲ πόα καὶ ἡ ῥίζα καταπλασθεῖσα σκορπιοπλήκτοις ἀρήγει, καὶ ἐρυσιπέλατα σὺν ἀλφίτῳ ἰᾶται, σὺν ψιμυθίῳ δὲ καὶ ὄξει ἐστὶν ὁ χυλὸς αὐτῶν ἐπίχριστος [5] τῶν ψύξεως [6] δεομένων.

Κεφ. ρξ. (ρξα.) [Περὶ Κονδρίλλης.] Κονδρίλλη· οἱ δὲ καὶ τοῦτο κιχώριον καλοῦσιν, ἢ σέριδα· τὰ μὲν φύλλα καὶ τὸν καυλὸν [7] καὶ τὰ ἄνθη ἔχει κιχωρίῳ ὅμοια· ὅθεν καὶ εἶδος αὐτό τινες εἶπον σέριδος ἀγρίας· λεπτότερον δὲ τὸ ὅλον· περὶ δὲ τοῖς κλωναρίοις αὐτοῖς εὑρίσκεται κόμμι ὅμοια [8] μαστίχῃ, μεγέθει κυαμιαῖα, ἅ τινα προστεθέντα μετὰ σμύρνης λεῖα ἐν ὀθονίῳ μέγεθος ἐλαίας, ἔμμηνα ἄγει· ἡ δὲ πόα σὺν τῇ ῥίζῃ κοπεῖσα εἰς τροχίσκους ἀναπλάσσεται, μιγνυμένου μέλιτος, οἵ τινες διεθέντες [9] καὶ νίτρῳ μιγέντες ἀλφοὺς ἀποσμήχουσιν· ἀνακολλᾷ δὲ καὶ τρίχας τὸ κόμμι· καὶ ἡ ῥίζα δὲ πρόσφατος ποιεῖ εἰς τὰ αὐτὰ, βαπτομένης εἰς αὐτὴν βελόνης καὶ προσαγομένης ταῖς θριξίν· ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς ἔχεις,

5) Sic Ald., ceterae ἐπίχρηστος. Saracenus veram lectionem divinat, testimonio, ipsum Aldinam neutiquam consuluisse.

6) Sic iterum Ald., sed et alii praeter Sarac., qui ψύχεως.

7) C. καρπόν.

8) Sic Ald.; ὅμοιον Asulan., Marcell. etc. Saracenus veram lectionem coniicit.

9) Ald. ἀναθέντες.

flammationibus opitulantur. At herba cum radice illita et scorpione ictos adiuvat, et erysipelatis cum polenta medetur. Succus denique earum cum cerussa et aceto locis iis commode illinitur, quae refrigerationis opus habent.

Cap. CLX. (CLXI.) [De Condrilla.] Condrilla, quam etiam cichorium aut serida vocant, folia, caulem floresque cichorii similia habet. Quapropter nonnulli seridis sylvestris speciem declararunt. Sed tenuior tota est. Circa ipsos vero ramulos (frustula) gummi mastichem referentis fabae mole reperiuntur, quae, cum myrrha trita, et in linteo olivae magnitudine apposita, menses ducunt. Herba vero cum radice tusa, melle adiecto, formatur in pastillos, qui quidem diluti, admixto nitro, vitiligines detergunt. Sed et pilos gummi glutinat: ac ipsa quoque radix recens eadem praestat, si intincta eius succo acus pilis admovetur. Contra viperas etiam e vino

σὺν οἴνῳ πινομένη· καὶ κοιλίαν ἵστησιν ὁ χυλὸς αὐτῆς ἑψηθεὶς σὺν οἴνῳ καὶ ποθεὶς, καὶ καθ' αὐτόν· ἔστι δὲ καὶ ἕτερον εἶδος κονδρίλλης, φύλλον δὲ ἔχει περιβεβρωμένον, πρόμηκες, ἐπὶ γῆς ἐστρωμένον, καυλὸν δὲ ὀποῦ μεστὸν, ῥίζαν δὲ λεπτὴν, ἔπακμον, κούφην, στρογγύλην, ὑπόξανθον, ὀποῦ μεστήν. Δύναμιν δ' ἔχει ὁ καυλὸς καὶ τὰ φύλλα πεπτικήν. ὁ δὲ ὀπὸς τριχῶν τῶν ἐν βλεφάροις ἀνακολλητικός· φύεται δὲ ἐν γεώδεσι καὶ ἐργασίμοις χωρίοις.

Κεφ. ρξα'. (ρξβ'.) [Περὶ Κολοκύνθας.] Κολόκυνθα ἐδώδιμος[10]· ὠμὴ καταπλασθεῖσα λεία οἰδήματα καὶ ἀποστήματα πραΰνει· τὸ δὲ ξέσμα[11] αὐτῆς παιδίοις σιριῶσιν[12] ὠφελίμως κατὰ τοῦ βρέγματος καταπλάσσεται, καὶ πρὸς ὀφθαλμοῦ φλεγμονὰς καὶ ποδαγρικὰς ὁμοίως. ὁ δὲ χυλὸς τῶν ξυσμάτων θλιβέντων[13] πρὸς ὠταλγίας καθ' ἑαυτὸν καὶ μετὰ ῥοδίνου ἐγχυματιζόμενος ὠφελεῖ· καὶ πρὸς καυσουμένην ἐπιφάνειαν ἐγχριόμενος· ὅλης δὲ αὐτῆς ἀποζεσθείσης καὶ ἐκθλιβείσης ὁ χυλὸς πινόμενος μετὰ μέλιτος βραχέος καὶ νίτρου

10) C. N. ἐδώδιμος male ponunt post πραΰνει.
11) Goupyl. in cod. Paris. ξύσμα.
12) Marc. συριῶσιν.
13) C. N. θλιβέντων non habent.

pota proficit. Quin et ipsius succus per se, aut cum vino coctus ac potus, alvum sistit. Est et aliud genus condrillae, folio circumroso, oblongo et humi strato, caule vero succi pleno, radice tenui, vegeta, levi, tereti, flavescente, succosa. Vim habent caulis et folia coctioni faventem. Succus reglutinandis palpebrarum pilis utilis est. Nascitur autem in laetis cultisque agris.

Cap. CLXI. (CLXII.) [*De Cucumere.*] Cucumis edulis; crudus tritus et impositus oedemata et abscessus mitigat. Ramentum ipsius infantum capitis inflammatione laborantium syncipiti utiliter adhibetur. Similiter et podagricis et oculorum inflammationibus imponitur. Succus e strigmentis tusis auxilio est aurium doloribus, per se infusus, vel cum rosaceo. Idem valet illitus ad ardentem corporis superficiem. Totius autem cocti expressique succus cum melle exiguo et nitro potus leviter alvum solvit.

κοιλίαν λύει κούφως. καὶ εἴ τις κοιλάνας αὐτὴν ὠμὴν, ἐγχέας τε οἶνον καὶ ἐξαιθριάσας, κεράσας τε δοίη πιεῖν [14], μαλάττει κοιλίαν κούφως.

Κεφ. ρξβ΄. (ρξγ΄.) [Περὶ ἡμέρου σίκυος.] Σίκυς [15] ἥμερος εὐκοίλιος, εὐστόμαχος, ψυκτικὸς, οὐ φθειρόμενος, κύστει ἁρμόδιος, ἀνακτητικὸς λειποθυμιῶν ὀσφραινόμενος· καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ μετρίως οὐρητικὸν, ἁρμόζον σὺν γάλακτι ἢ γλυκεῖ πρὸς τὰς ἐν κύστει ἑλκώσεις· τὰ δὲ φύλλα αὐτοῦ σὺν οἴνῳ καταπλασθέντα κυνόδηκτα ἰᾶται, σὺν μέλιτι δὲ ἐπινυκτίδας.

Κεφ. ρξγ΄. (ρξδ΄.) [Περὶ Πέπονος.] Ἡ δὲ τοῦ πέπονος σὰρξ καὶ αὐτὴ οὐρητικὴ ἐσθιομένη· καταπλασθεῖσα δὲ ὀφθαλμοῦ φλεγμονὰς πραΰνει· τὸ δὲ ξέσμα [16] αὐτοῦ σιριῶσι παιδίοις κατὰ τοῦ βρέγματος ἐπιτίθεται καὶ ῥευματιζομένοις ὀφθαλμοῖς ἀντὶ ἀνακολλήματος κατὰ τοῦ μετώπου. ὁ δὲ χυλὸς σὺν τῷ σπέρματι μιγεὶς ἀλεύρῳ, καὶ ξηρανθεὶς ἐν ἡλίῳ,

14) Sic Ald.; δώῃ πιεῖν Lacuna, πίῃ νῆστις Marcell., Asulan. et rel. 15) Ald. Κίκυς sphalmate.

16) Quanquam codd. omnes βρέγμα habeant, quod Marcell. corticis verticem interpretatur, annuente Serapione, qui et corticem vertit, est tamen sine dubio sphalma. Quid Serapion in textu graeco legerit, nescimus.

Quin et si quis in eum crudum excavatumque vinum infusum ac dio expositum posteaque dilutum propinaverit, leviter alvum emolliet.

Cap. CLXII. (CLXIII.) [*De Melone.*] Melo sativus alvo stomachoque utilis, refrigerandi vim habet, non facile corrumpitur, vesicae prodest, olfactu revocat, quos animus liquerit. Et ipsius semen modice urinas ciet, et cum lacte aut passo vesicae exulcerationibus subvenit. Ceterum eiusdem folia cum vino imposita canum morsibus medentur, ex melle vero epinyctidibus.

Cap. CLXIII. (CLXIV.) [*De Pepone.*] Peponis etiam caro in cibis urinas movet: oculi inflammationes imposita lenit. Eius vero ramentum infantium capitis inflammatione laborantium syncipiti imponitur, ac fronti quoque glutinis ad instar illinitur ad inhibendas oculorum fluxiones. Succus cum semine, adiecta farina, siccatus in

σμῆγμα γίνεται ῥυπτικὸν καὶ λαμπρυντικὸν προσώπου· ἡ δὲ ῥίζα ξηρὰ ποθεῖσα σὺν ὑδρομέλιτι < ὁλκῇ, ἐμέτους κινεῖ· εἰ δέ τις πραέως ἀπὸ δείπνου ἐμέσαι θελήσειεν, ἀρκέσουσιν ὀβολοὶ β'· ὑγιάζει δὲ καὶ κηρία καταπλασθεῖσα μετὰ τοῦ μέλιτος.

Κεφ. ρξδ'. (ρξε'.) [Περὶ Θρίδακος ἡμέρου.] Θρίδαξ ἥμερος [Ῥωμαῖοι λακτοῦκα, Αἰγύπτιοι ἐμβροσὶ] εὐστόμαχος, ὑποψύχουσα[17], ὑπνωτική, κοιλίας μαλακτική, γάλακτος κατασπαστική[18]· ἑψηθεῖσα δὲ γίνεται τροφιμωτέρα· ἄπλυτος δὲ ἐσθιομένη στομαχικοῖς ἁρμόζει· τὸ δὲ σπέρμα αὐτῆς πινόμενον τοῖς συνεχῶς ὀνειρώττουσι βοηθεῖ, καὶ συνουσίαν ἀποστρέφει[19]· αὐταὶ δὲ συνεχῶς ἐσθιόμεναι ἀμβλυωπίας εἰσὶ ποιητικαί[20]· ταριχεύονται δὲ ἐν ἅλμῃ· ἐκκαυλίσασαι[21] δὲ ἔχουσί τε παρεμφερὸν τῇ τοῦ χυλοῦ καὶ ὀποῦ δυνάμει τῆς ἀγρίας θρίδακος.

17) C. ὑποστύφουσα. 18) C. προκλητική.

19) C. καὶ συντρέφει. Sequens pluralis insolentiae aliquid habet: unde lacunam suspicabatur Marcellus: sed haud videtur.

20) Addit Serapion: *et quando fit emplastrum cum ea confert apostematibus calidis et erisipile, dummodo non sint vehementis inflammationis.*

21) C. ταριχεύονται δὲ εἰς ἅλμεας ἐκκαυλισθεῖσαι· αἳ δ' ἔχουσαι etc.

sole faciem smegmatis vice purgat, illique nitorem conciliat. Sicca radix ex mulsa drachmae pondere pota vomitiones movet. Si quis vero placide a coena vomere voluerit, oboli bini suffecerint. Sanat quoque cum melle imposita favos.

Cap. CLXIV. (CLXV.) [*De Lactuca sativa.*] Lactuca sativa, [Aegyptii embrosi vocant] stomacho est utilis, modice refrigerat, somnum conciliat, alvum emollit, et lac provocat. Cocta alimenti plus praebet. Illota vero comesta iis idonea est, quorum ventriculus affectus est. Semen epotum opitulatur iis, qui assiduo venerem somniant, arcet etiam concubitum. Ipsae (lactucae) in cibo frequentiores oculorum hebetudinem afferunt. Muria etiam condiuntur. Ceterum cum in caulem exierunt, vim adipiscuntur succo expresso laticique lactucae sylvestris aemulam.

Κεφ. ρξέ. (ρξς'.) [Περὶ ἀγρίας θρίδακος.] Ἡ δὲ ἀγρία θρίδαξ [ἣν Προφῆται αἷμα Τιτάνου, Ζωροάστρης φέρουμβρος, Ῥωμαῖοι λακτοῦκα συλβέστρις καλοῦσιν] ἔοικε τῇ ἡμέρῳ, καυλωδεστέρα δὲ καὶ τοῖς φύλλοις λευκοτέρα καὶ ἰσχνοτέρα καὶ τραχυτέρα ὑπάρχουσα, πικρὰ δὲ πρὸς τὴν γεῦσιν[22]· ὡμοίωται δὲ κατὰ ποσὸν τῇ δυνάμει μήκωνι, ὅθεν καὶ τὸν ὀπὸν αὐτῆς ἔνιοι μίσγουσι τῷ μηκωνίῳ· καθαίρει δὲ μετ' ὀξυκράτου[23] ποθεὶς ὁ ὀπὸς δυοῖν ὀβολῶν ὁλκῇ ὑδατώδη κατὰ κοιλίαν· ἀποκαθαίρει δὲ καὶ ἄργεμα καὶ ἀχλύν· ποιεῖ καὶ πρὸς ἐπικαύσεις ἐγχριομένη σὺν γυναικείῳ γάλακτι· ἔστι δὲ καθόλου ὑπνωτικὴ καὶ ἀνώδυνος· ἄγει δὲ ἔμμηνα· ποτίζεται δὲ καὶ πρὸς σκορπιοπλήκτους καὶ φαλαγγιοδήκτους· τὸ δὲ σπέρμα, ὥςπερ τὸ τῆς ἡμέρου ποθέν, ὀνειρωγμοὺς[24] καὶ συνουσίαν ἀποστρέφει· δύναται δὲ καὶ ὁ χυλὸς πρὸς τὰ αὐτά, ἀσθενέστερος μέντοι· ἀποτίθεται δὲ ὁ ὀπὸς ἐν κεραμίοις[25] ἀγγείοις προηλιαζόμενος, ὥςπερ καὶ τὰ λοιπὰ χυλίσματα.

22) Sic cod. Paris. apud Goupyl., πρὸς γεῦσιν C., πρὸς τῇ γεύσει Ald., Asulan., Marcell., Cornar.

23) Sic Serap., Marc., Asulan., Cornar., Sarac.; ὀξυμέλιτος Ald., cod. Paris., C. et N.

24) C. ὀνειρασμούς. 25) C. ὀστρακίνοις.

Cap. CLXV. (CLXVI.) [*De Lactuca sylvestri.*] Lactuca sylvestris [quam Prophetae sanguinem Titani, Zoroastres pherumbros vocarunt] sativae similis est, sed caule ampliore praedita, foliisque albidioribus, grandioribus et asperioribus, gustu vero amara. Viribus quodammodo ad papaver accedit, unde et non desunt, qui laticem cum meconio misceant. Latex duorum obolorum pondere cum posca epotus aquosa per alvum expurgat. Quin et oculorum albuginem et caliginem exterit. Efficaciter quoque cum lacte muliebri adversus ambustiones inungitur. Generatim vero somnum facit doloresque sedat. Menses quoque ducit, et contra scorpionum ictus phalangiorumque morsus bibitur. Semen aeque ac sativae potum libidines in somno compescit veneremque inhibet. Succus expressus ad eadem valet, sed minus efficax est. Latex denique, haud secus ac alii succi expressi, in fictilibus, antea soli expositus, reponitur.

Κεφ. ρξς΄. (ρξζ΄.) [Περὶ Γιγγιδίου.] Γιγγίδιον, οἱ δὲ λεπίδιον [Ῥωμαῖοι βιςακούτουμ, Αἰγύπτιοι δορυσάστρου, Σύροι ἀδοριοῦ, Ἀφροὶ τιρικτά[26]] φύεται πλεῖστον ἐν Κιλικίᾳ τε καὶ Συρίᾳ βοτάνιον, σταφυλίνῳ μὲν ἐοικὸς ἀγρίῳ, λεπτότερον δὲ καὶ πυκνότερον[27]· ῥιζίον ὑπόλευκον, πικρίζον· λαχανεύεται δὲ ὠμὸν καὶ ἑφθὸν, καὶ ταριχευθὲν ἐσθίεται· ἔστι δὲ εὐστόμαχον, οὐρητικὸν, καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτοῦ πινόμενον μετὰ οἴνου κύστει χρήσιμον.

Κεφ. ρξζ΄. (ρξη΄.) [Περὶ Σκάνδυκος.] Σκάνδυξ [Ῥωμαῖοι ἔρβα σκανάρια[28], οἱ δὲ ἀκίκουλαμ]· καὶ τοῦτο ἄγριον λάχανον, ὑπόδριμυ καὶ ἔμπικρον, ἐδώδιμον· ἑφθὸν καὶ ὠμὸν ἐσθιόμενον εὐκοίλιον, εὐστόμαχον καὶ οὐρητικόν[29]· τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτοῦ κύστει χρήσιμον καὶ νεφροῖς πινόμενον καὶ ἥπατι.

Κεφ. ρξη΄. (ρξθ΄.) [Περὶ Καυκαλίδος.] Καυκαλὶς, οἱ δὲ καῦκον ἢ δαῦκον ἄγριον[30] [οἱ δὲ μυίτις, Δημόκριτος βρίον,

26) C. τιριντακί.

27) Matthiol. in serioribus editt. antiquum codicem, nescio quem, citat, ubi μικρότερον legatur, quod in πικρότερον mutare audet.

28) N. κανάριαμ, οἱ δὲ βελονίδα; C. ad marg. κοινῶς χάλβανον.

29) Οὐρητικὸν habent cod. C. et Lacuna.

30) Sic cod. N. et Ald.

Cap. CLXVI. (CLXVII.) [*De Gingidio.*] Gingidium, quibusdam lepidium [Romanis bis acutum, Aegyptiis dorysastru, Syris adoriu, Afris tiricta dictum] copiosum in Cilicia ac Syria, herba est dauco similis, sed tenuior et magis foliosa. Radix albescens est et subamara. Oleris instar crudum, coctum conditumque comeditur. Stomachum autem iuvat, et urinam movet. Quin et decoctum eius cum vino bibitum vesicae prodest.

Cap. CLXVII. (CLXVIII.) [*De Scandice.*] Scandix [quam Romani herbam scanariam (canariam) aut aciculam vocant] olus quoque est sylvestre, subacre, amaricans atque esculentum. Siquidem cruda coctave estur, alvo stomachoque utilis. Eius vero decoctum potum et vesicae et renibus et hepati prodest.

Cap. CLXVIII. (CLXIX.) [*De Caucalide.*] Caucalis, quam et caucum sive daucum sylvestrem vocant,

Ῥωμαῖοι πέδεμ γαλλινάκεουμ, οἱ δὲ πέδεμ πούλλι, Αἰγύπτιοι σέσελις] καυλίον ἐστὶ σπιθαμιαῖον ἢ καὶ μεῖζον, ὑπόδασυ· φύλλα ἔχον σελίνῳ ἐμφερῆ, ἐπ᾽ ἄκρου δὲ μαραθροειδῶς λεπτοσχιδῆ[31], δασέα· καὶ ἐπ᾽ ἄκρου σκιάδιον λευκὸν, εὐῶδες· λαχανεύεται δὲ καὶ τοῦτο ὠμόν τε καὶ ἑφθὸν ἐσθιόμενον· ἔστι δὲ διουρητικόν.

Κεφ. ρξθ΄. (ρο΄.) [Περὶ Εὐζώμου.] Εὔζωμον [Ῥωμαῖοι δὲ ἐροῦκαμ, Αἰγύπτιοι ἐθρεκικὴν, Ἀφροὶ ἀσουρίκ.] τοῦτο ὠμὸν πλεῖον βρωθὲν συνουσίαν παρορμᾷ[32]· καὶ τὸ σπέρμα δὲ αὐτοῦ τὸ αὐτὸ ποιεῖ, οὐρητικὸν ὑπάρχον καὶ πεπτικὸν καὶ εὐκοίλιον· χρῶνται δὲ τῷ σπέρματι αὐτοῦ καὶ εἰς τὰς ἀρτύσεις τῶν προσοψημάτων[33]· ἀποτίθενται δὲ αὐτὸ πρὸς τὸ πλείονα διαμένειν χρόνον, ὄξει φυρῶντες ἢ γάλακτι, καὶ ἀναπλάσσοντες τροχίσκους. Γίνεται δὲ καὶ ἄγριον εὔζωμον, μάλιστα ἐν τῇ κατὰ τὴν ἑσπέραν Ἰβηρίᾳ· οὗ τῷ σπέρ-

31) Ita cod. C. N. et ipse Ald., nisi quod πολυσχιδῆ habeat; Asulan. et Marcell. φύλλα μαράθρῳ ὅμοια πολυσχιδῆ. Sic et Goupyl. et Saracen.

32) C. ἐπὶ πλεῖον ἐσθιόμενον συνουσίαν συνορμᾷ.

33) Sic C. N. Alii omittunt τῶν προσοψ.

[alii myitis, Democritus brion, Romani pedem gallinaceum, seu pulli pedem, Aegyptii seselis] cauliculus est dodrantalis, aut etiam maior, subhirsutus, cuius folia selino similia, superiora vero in modum foeniculi tenuiter fissa sunt et hirsuta. Umbella in cacumine alba et odorata. Et haec quoque planta cruda coctave oleris modo estur, urinam ciens.

Cap. CLXIX. (CLXX.) [De Eruca.] Eruca [quam Aegyptii ethreciсen, Afri asuric vocant] cruda largius mansa ad venereos complexus stimulat, semine idem efficiente. Urinam movet, coctionem adiuvat, alvoque est accommodata. Semine in condiendis obsoniis utuntur, quod, uti diutius perennet, aceto seu lacte subactum in pastillos digerunt, atque ita reponunt. Nascitur et sylvestris eruca, maxime in Iberia, quae occidentem spectat, cuius semine incolae eius regionis sinapis vice utuntur.

ματι καὶ ἀντὶ σινήπεως χρῶνται οἱ τῇδε ἄνθρωποι· ἔστι δὲ διουρητικώτερον καὶ δριμύτερον πολλῷ τοῦ ἡμέρου.

Κεφ. ρο'. (ροα'.) [Περὶ Ὠκίμου.] Ὤκιμον γνώριμον, βιβρωσκόμενον πολὺ ἀμβλυωπές ἐστιν· ἔστι δὲ κοιλίας μαλακτικὸν, πνευμάτων κινητικὸν, οὐρητικὸν, γάλακτος προκλητικὸν, δυσμετάβλητον· καταπλασσόμενον δὲ σὺν ἀλφίτου πάλῃ[34] καὶ ῥοδίνῳ καὶ ὄξει, φλεγμοναῖς βοηθεῖ πνεύμονος[35], καὶ δράκοντος θαλασσίου καὶ σκορπίου πληγῇ· καθ' ἑαυτὸ δὲ σὺν οἴνῳ χίῳ πρὸς ὀφθαλμῶν ὀδύνας· ὁ δὲ χυλὸς αὐτοῦ ἀποκαθαίρει ἀχλῦς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς, καὶ τὰ ῥεύματα ξηραίνει· τὸ δὲ σπέρμα πινόμενον ἁρμόζει τοῖς μελαγχολῶσι[36] καὶ δυσουροῦσι καὶ πνευματουμένοις· ποιεῖ[37] δὲ καὶ πταρμοὺς πλείονας, ἐπισπώμενον δι' ὀσφρήσεως[38]· καὶ ἡ πόα δὲ τὸ αὐτὸ ποιεῖ· συμπιέζειν δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς δεῖ, ἐπιόντος τοῦ πταρμοῦ· φυλάσσονται δέ τινες αὐτὸ, καὶ οὐκ ἐσθίουσι, διὰ τὸ μασσηθὲν καὶ τεθὲν ἐν ἡλίῳ σκωλήκια γεννᾷν. Λίβυες[39]

34) Sic C. Ald.; παιπάλῃ Asul. et rell.

35) Πνεύμονος habent C. et Ald. et Marcell. uncinis inclusum. Omittunt alii.

36) Sic C. et Ald.; μέλαιναν χολὴν γεννῶσι Asulan. et rell.

37) C. παύει.

38) C. πλεῖον ἀνασπωμένη.

39) C. Δίφυες sphalmate.

Efficacior est et multo acrior, quam sativa, ad urinam ciendam.

Cap. CLXX. (CLXXI.) [*De Ocimo.*] Ocimum vulgo notum est. Copioso cibo sumtum oculorum aciem hebetat. Alvum mollit, flatus movet, urinas ciet, lac evocat, aegre tamen digeritur. Impositum cum polentae polline, rosaceo et aceto, pulmonum inflammationibus auxiliatur, ut et draconis marini et scorpionis ictibus. Per se vero cum vino chio prodest oculorum doloribus. Succus oculorum caligines discutit, fluxionesque resiccat. Semen vero potum convenit atrabilariis, et qui urinae stillicidio flatibusque vexantur. Olfactu attractum ad sternutationes plures lacessit, quod et herba efficit: oculos vero comprimi oportet, urgente sternutamento. Ab ea cavent sibi nonnulli eaque propter haud mandunt, quod commanducata et soli exposita vermiculos gignat. His Afri addunt, si

δὲ προςειλήφασιν, ὅτι οἱ φαγόντες αὐτὸ καὶ πληγέντες ὑπὸ σκορπίου, ἀσωστοὶ διατίθενται[40].

Κεφ. ροα΄. (ροβ΄.) [Περὶ Ὀροβάγχης.] Ὀροβάγχη [οἱ δὲ κυνομόριον, οἱ δὲ λέοντα, Κύπριοι δὲ θυρσίνην καλοῦσιν, ὃ κοινῶς λύκος ὀνομάζεται] καυλίον ἐστὶν ὑπέρυθρον, ὡς δισπιθαμιαῖον, ἐνίοτε δὲ καὶ μεῖζον, ἄφυλλον[41], ὑπολίπαρον, ἔνδασυ, τρυφερὸν, ἄνθεσιν ὑπολεύκοις ἢ μηλίζουσι κεχρημένον· ῥίζα δὲ ὕπεστι δακτύλου τὸ πάχος, κατατετρημένη[42] πρὸς τὴν καυλοῦ ξηρασίαν· δοκεῖ δὲ φυόμενον ἐν ὀσπρίοις τισὶ πνίγειν αὐτά· ὅθεν καὶ τὴν προςωνυμίαν ἔσχηκε· λαχανεύεται δὲ καὶ ὠμὸν καὶ ἑφθὸν, ἐκ λοπάδος, ὡς ἀσπάραγος, ἐσθιόμενον· καὶ ὀσπρίοις συνεψηθὲν τάχιον αὐτὰ δοκεῖ ἕψειν.

Κεφ. ροβ΄. (ρογ΄.) [Περὶ Τραγοπώγωνος.] Τραγοπώγων ἢ τετραπώγων, οἱ δὲ κόμην καλοῦσι· καυλὸς βραχὺς, φύλλα κρόκῳ[43] ὅμοια, ῥίζα μακρὰ, γλυκεῖα· ἐπὶ δὲ τοῦ καυ-

40) Sic C., quam veram lectionem tuentur Plin. 20, 48. et Serap. c. 157. Ald. et editt. omnes habent: ἄπονοι διαμένουσιν.

41) Coniectura mea. Vulgo φύλλοις. Stapel. ad Theophr. p. 951. coniecit ἄνευ φύλλοις, sed opus esset ἄνευ φύλλων. Plin. 22, 80. *sine foliis, rubens.*

42) Sic Ald. et Sarac.; κατατιτραμένη Asul. et Marcell.

43) C. σκορόδῳ.

quis comesta herba a scorpione feriatur; exitium eluctari non posse.

Cap. CLXXI. (CLXXII.) [*De Orobanche.*] Orobanche [aliis cynomorium, aliis leo, Cypriis thyrsine, vulgo lupus dicta] cauliculus est rubescens, fere sesquipedalis, interdum maior, foliis destitutus, nitidiusculus, subhirsutus, tener. Floribus gaudet subalbidis, aut in luteum vergentibus. Radix subest digiti crassitie, perforata cum caulis siccescit. Dicitur autem ad leguminosas plantas quasdam nascens eas suffocare, unde et nomen accepit. Manditur autem oleris instar cruda vel cocta e patinis, asparagi modo. Leguminibus vero incocta accelerare fertur eorum coctionem.

Cap. CLXXII. (CLXXIII.) [*De Tragopogone.*] Tragopogon, vel tetrapogon, quem alii comen vocant, brevi est caule, foliis croci similibus, radice longa, dulci, ca-

λοῦ κάλυξ μέγας [44], καὶ ἐξ ἄκρου πάππος μέγας [45], ἀφ' οὗ καὶ τὸ ὄνομα ἔσχεν· ἔστι δὲ ἡ πόα ἐδώδιμος.

Κεφ. ρογ'. (ροδ'.) [Περὶ Ὀρνιθογάλου.] Ὀρνιθόγαλον καυλίον ἐστὶ τρυφερὸν, λεπτὸν, ὑπόλευκον, ὡς δισπιθαμιαῖον, ἄνω παραφυάδας ἔχον τρεῖς ἢ τέσσαρας, ἀφ' ὧν ἄνθη ἔξωθεν μὲν βοτανώδη, διανοιχθέντα δὲ γαλακτίζοντα, καὶ μεταξὺ αὐτῶν κεφάλιον ὡς κάγχρυ ἐντετμημένον, μετὰ ἄρτου συνοπτώμενον, ὡς μελάνθιον· ῥίζα δὲ βολβώδης, ἐσθιομένη ὠμή τε καὶ ἑφθή.

Κεφ. ροδ'. (ροε'.) [Περὶ Ὕδνου.] Ὕδνον ῥίζα ἐστὶ περιφερὴς, ἄφυλλος, ἄκαυλος, ὑπόξανθος, ἔαρος [46] ὀρυττομένη· ἐδώδιμος δέ ἐστιν ὠμή τε καὶ ἑφθὴ ἐσθιομένη.

Κεφ. ροε'. (ροϛ'.) [Περὶ Σμίλακος.] Σμίλαξ κηπαῖα, ἧς ὁ καρπὸς λόβια, ὑπ' ἐνίων δὲ ἀσπάραγος καλεῖται· φύλλα ἔχει κισσῷ ὅμοια, μαλακώτερα μέντοι, καυλοὺς δὲ λεπτοὺς καθ' ἕλικας [47] περιπεπλεγμένους τοῖς παρακειμένοις θαμνίοις,

44) Plin. legit μέλας.

45) Sic e Theophr. hist. 7, 7. et natura ipse emend. καρπὸς μέλας vulgo.

46) Lacuna e cod. καὶ θέρους.

47) Vulgo καὶ ἕλικας.

lyce in summo caule grandi, e cuius summitate pappus prolixus, a quo et nomen sortitus est. Herba autem est esculenta.

Cap. CLXXIII. (CLXXIV.) [*De Ornithogalo.*] Ornithogalum cauliculus est tener, tenuis, albicans, circiter sesquipedalis, superne soboles gerens ternas quaternasve molles, e quibus flores prodeunt, extus quidem herbacei, expansi vero lactei, ac inter eos capitulum gemmae ad instar incisum, quod cum pane assatur, velut melanthium. Radix est bulbosa, quae cruda coctave comeditur.

Cap. CLXXIV. (CLXXV.) [*De Tubere.*] Tuber est radix subglobosa, foliis cauleque carens, subflava. Vere effoditur, seu cruda, seu cocta esui apta.

Cap. CLXXV. (CLXXVI.) [*De Smilace, Phaseolo.*] Smilax hortensis, cuius fructus lobia dicuntur, a nonnullis vero asparagus, folia habet ad hederae accedentia, sed molliora, spirae ad instar vicinis fruticibus

αὐξανομένους [48] δὲ ἐφ᾽ ἱκανὸν, ὥςτε καὶ σκηνοποιεῖσθαι· καρπὸν δὲ φέρει ὅμοιον τήλει, μακρότερον δὲ καὶ ἐπισωμότερον [49], ἐν ᾧ [50] σπέρματα ὅμοια νεφροῖς, οὐκ ἰσόχροα, ἐκ μέρους δὲ ὑποπυῤῥίζοντα [51]· λαχανεύεται δὲ εἰς βρῶσιν ὁ καρπὸς, ἑψόμενος σὺν τῷ σπέρματι, ὡς ἀσπάραγος, οὐρητικὸς ὢν [καὶ δυςόνειρος.] [52]

Κεφ. ροϛ΄. (ροζ.) [Περὶ Μηδικῆς.] Μηδικὴ ἔοικε μὲν ἄρτι φυομένη τριφύλλῳ τῇ ἐν χορτοκοπείοις, προάγουσα δὲ στενοφυλλοτέρα γίνεται, καυλοὺς ἀνιεῖσα τριφύλλῳ ὁμοίους, ἐφ᾽ οἷς τὸ σπέρμα προςπέφυκε φακοῦ τὸ μέγεθος, ἐπεστραμμένον ὡς κεράτιον [53]· ὅπερ ξηρανθὲν μίγνυται ἡδύσματος χάριν τοῖς ἀρτυτοῖς ἁλσί. Χλωρὸν δὲ καταπλασθὲν ὠφελεῖ τὰ ψύξεως δεόμενα· ὅλῃ δὲ τῇ πόᾳ χρῶνται οἱ κτηνοτρόφοι ἀντὶ ἀγρώστεως.

48) Vulgo αὐξανομένας. Sarac. emendatio.

49) Sic optime Ald.; ἐπισημότερον vulgo.

50) Vulgo οἷς.

51) Oribas. ὑποπόρφυρα.

52) Dodonaeus stirp. p. 520. uncinis inclusa ab imperito librario e libr. 4. c. 148. de smilace laevi huc transposita esse auguratur.

53) Marcellus e σπέρματος cum καρπῷ commutatione difficultatem elicuit, quae apud veteres nulla esse potest. Saracenus satis egit, ut κεράτιον vel in κερατίοις, vel in κερατίῳ mutaret. Sed integer locus est.

sese implicantes, qui quidem in tantum adolescunt, ut et tentoria inumbrent. Fructum fert foeni graeci similem, sed longiorem et carnosiorem, intra quem semina reniformia, non aequali colore, sed ex parte rufescentia. Is fructus cum semine, asparagi in modum elixus, oleris instar comeditur. Urinam vero ciet [et somnos perturbat.]

Cap. CLXXVI. (CLXXVII.) [*De Medicagine.*] Medicago, dum recens erumpit, trifolio in pratis nascenti similis est, adulta vero folia habet angustiora, caules trifolio similes emittit, quibus fructus innascitur lentis mole, corniculi more contortus, qui siccatus ad gratum saporem salibus condimento inservientibus admiscetur. Idem viridis cataplasmatis vice impositus iis prodest, qui refrigerationis indigent. Ceterum, qui pecora pascunt, omni hac herba pro gramine utuntur.

Κεφ. ροζ΄. (ροη΄.) [Περὶ Ἀφάκης.] Ἀφάκη θαμνίον ἐστὶ φυόμενον ἐν ἀρούραις, φακοῦ ὑψηλότερον, λεπτόφυλλον· τὰ δὲ ἐπ᾽ αὐτοῦ φυόμενα μείζονα θυλάκια τοῦ φακοῦ, περιεκτικὰ τῶν σπερματίων τριῶν ἢ τεσσάρων μελάνων [54] καὶ μικροτέρων φακοῦ. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ σπερμάτια στυπτικὴν, ὅθεν ἵστησι καὶ ῥεῦμα κοιλίας καὶ στομάχου, φρυττόμενα καὶ ἐρεικόμενακ αἱ ἑψόμενα, ὥςπερ φακός.

Κεφ. ροη΄. (ροθ΄.) [Περὶ Πράσου.] Πράσον κηπαῖον [55], οἱ δὲ κεφαλωτὸν [Ῥωμαῖοι πόῤῥουμ] φυσσῶδες, κακόχυμον, δυσόνειρον, οὐρητικὸν, εὐκοίλιον, λεπτυντικὸν, ἀμβλυωπίας ποιητικὸν, καταμηνίων ἀγωγὸν, βλαπτικὸν κύστεως εἱλκομένης καὶ νεφρῶν· συνεψηθὲν δὲ πτισάνῃ καὶ βρωθὲν ἄλλως, ἀνάγει τὰ ἐκ θώρακος· ἡ δὲ κόμη αὐτοῦ ἑψηθεῖσα ἐν θαλάσσῃ καὶ ὄξει, εἰς ἐγκάθισμα χρησιμεύει πρὸς μύσιν καὶ σκληρίαν ὑστέρας· ἀπογλυκαίνεται δὲ καὶ ἀφυσσότερον γίνεται δυσὶν ὕδασιν ἑψηθὲν καὶ ἀποβραχὲν ἐν ὕδατι ψυχρῷ· τὸ δὲ καρτὸν [56] δριμύτερον, ἔχον τι καὶ στύψεως· ὅθεν αἷμα

54) Sic cod. C. et N. Plinius etiam lib. 27, 21.; vulgo *μεγάλων*.

55) Sic cod. N.

56) Sic cod. C.; *ὁ δὲ καρπὸς* vulgo. Quod Saracenus iam auguratus est, ita firmatur. Nec Serapion quicquam de fructu, sed *porrum nabati* (nabataeum) *ultramarino* opponit.

Cap. CLXXVII. (CLXXVIII.) [*De Aphaca.*] Aphaca fruticulus est in arvis nascens, lente altior, foliis tenuibus. Folliculos fert quam lentis maiores, quibus terna vel quaterna semina nigra, lente minora continentur. Haec astringendi vim habent, quare frixa aut fresa et elixa lentis more fluxiones alvi stomachique cohibent.

Cap. CLXXVIII. (CLXXIX.) [*De Porro.*] Porrum hortense, quod et capitatum dicitur, flatus parit pravosque humores, somnos turbat, urinam ciet, bonam facit alvum, extenuat, oculorum aciem hebetat, menses provocat, sed ulceratam vesicam renesque offendit. Cum ptisana coctum aliterve in cibo sumtum, eorum, quae in pectore sunt, exscreationem iuvat. At coma ipsius in aqua marina aut aceto cocta ad insidendum in matricis praeclusione et duritia utilis habetur. Bis aqua mutata porrum coctum frigidaque maceratum dulcescit, multoque

ὁ χυλὸς αὐτοῦ ἵστησι σὺν ὄξει, καὶ μάλιστα τὸ ἐκ μυκτήρων φερόμενον, μάννης ἢ λιβανωτοῦ μιγέντος, ἀφροδίσιά τε παρορμᾷ· καὶ πρὸς τὰ ἐν θώρακι πάντα σὺν μέλιτι ἀντὶ ἐκλεικτοῦ ποιεῖ, καὶ πρὸς φθίσεις[57]· καθαίρει δὲ καὶ τὴν ἀρτηρίαν· ἐσθιόμενον δὲ συνεχῶς ἀμαυρωτικὸν ὄψεως γίνεται, καὶ κακοστόμαχον[58]· ἀρήγει καὶ θηριοδήκτοις σὺν μέλιτι[59] πινόμενος ὁ χυλός· καὶ αὐτὸ δὲ καταπλασσόμενον ὠφελεῖ· βοηθεῖ καὶ ὠταλγίαις ὁ χυλὸς καὶ ἤχοις, σὺν ὄξει καὶ λιβανωτῷ, ἢ γάλακτι, ἢ ῥοδίνῳ ἐνσταγείς· αἴρει δὲ καὶ ἰόνθους τὰ φύλλα μετὰ ῥοῦ[60] τοῦ ἐπὶ τὰ ὄψα καταπλασθέντα, καὶ ἐπινυκτίδας ἰᾶται, ἐσχάρας τε περιῤῥήττει σὺν ἅλσὶν ἐπιπλαττόμενα[61]· τοῦ μέντοι σπέρματος < β′ μετὰ μύρτων ἴσων ποθεῖσαι τὰς χρονίους ἀναγωγὰς τοῦ αἵματος ἐπέχουσιν.

57) Quod cum Asulano reliquae editiones habent βρωθὲν, nec in Ald., nec in cod. C., nec huius loci est.

58) Sic C.; κακοστόμαχον δέ ἐστιν vulgo.

59) Sic codd. omnes et editt., praeter Sarac., qui e Serap. μελικράτῳ.

60) C. ῥύπου.

61) Sarac. emend.; vulgo ἐπιπλαττόμενον.

minus inflat. At sectivum et acrius est, et astrictionis nonnihil obtinet: quare expressus eius succus cum aceto, addito ture aut manna, sanguinis profluvium sistit, maxime e naribus motum. Venerem idem stimulat, et ad omnia thoracis vitia et ad tabem cum melle pro eclegmate usurpatur, purgat quoque fistulam spiritalem. Sed si frequentius comedatur, visus obscuritatem inducit, et ventriculum laedit. Succus ex melle potus contra venenatarum bestiarum morsus auxilio est. Sed et ipsum porrum cataplasmatis vice impositum prodest. Quin et succus aurium doloribus et sonitui succurrit, cum aceto et ture, aut lacte et rosaceo instillatus. Tollunt et varos folia, cum rhoë obsoniorum imposita, epinyctidasque sanant, ulcerum quoque crustas e sale illita emarginant. Seminis ceterum binae drachmae cum pari myrti baccarum pondere potae diuturnas sanguinis reiectiones e superioribus partibus cohibent.

Κεφ. ροθʹ. (ρπʹ.) [Περὶ Ἀμπελοπράσου.] Ἀμπελόπρασον[62] κακοστομαχώτερον μὲν τοῦ πράσου, θερμαντικώτερον δὲ καὶ οὐρητικώτερον, καταμηνίων ἀγωγόν· θηριοδήκτοις δὲ βιβρωσκόμενον ἁρμόζει.

Κεφ. ρπʹ. (ρπαʹ.) [Περὶ Κρομμύων.] Κρόμμυον [οἱ δὲ πολύειδος, προφῆται καλαβωτὶς, Ῥωμαῖοι κέπαμ] δριμύτερον τὸ μακρὸν τοῦ στρογγύλου, καὶ τὸ ξανθὸν τοῦ λευκοῦ, καὶ τὸ ξηρὸν τοῦ χλωροῦ, καὶ τὸ ὠμὸν τοῦ ὀπτοῦ καὶ ταριχηροῦ· ἔστι δὲ ἅπαντα δηκτικὰ καὶ πνευματωτικὰ, ὀρέξεως ἐκκλητικὰ, λεπτυντικὰ, διψώδη, ἀσώδη[63], ἀποκαθαρτικὰ, εὐκοίλια, ἀναστομώτικα ἐκκρίσεων τῶν τε ἄλλων καὶ αἱμοῤῥοΐδων· ἀντὶ βαλάνου δὲ προστίθεται λεπισθέντα καὶ εἰς ἔλαιον ἐμβληθέντα[64]· ὁ δὲ χυλὸς ἐγχριόμενος σὺν μέλιτι βοηθεῖ ἀμβλυωποῦσι, ἀργέμοις, νεφελίοις[65] καὶ ἀρχομένοις ὑποχεῖσθαι καὶ συναγχικοῖς διαχρισθείς· κινεῖ τε κατα-

62) N. Λυκοσκόροδον, οἱ δὲ ἀμπελόπρασον, οἱ δὲ ἀρήτιας, οἱ δὲ ἀμακρῶτις, Ῥωμαῖοι ἀριτίλλουμ, οἱ δὲ ὄπουμ ῥούστικουμ.

63) Ἀσώδη non satis congruit cum ὀρέξεως ἐκκλητικά: neutrum est apud Serap.

64) C. καὶ ἔλαιον βαπτιζόμενα.

65) C. βλεφαροῖς ἀρχομένοις ὑπουλοῦσθαι.

Cap. CLXXIX. (CLXXX.) [*De Ampelopraso.*] Ampeloprasum stomacho quam porrum magis adversatur, sed plus quoque calefacit et urinas ciet, menses etiam pellit. Quin et contra bestiarum morsus in cibo convenit.

Cap. CLXXX. (CLXXXI.) [*De Cepis.*] Cepa [quam alii polyidos, prophetae calabotin vocant] longe acrior est quam rotunda, lutea magis quam alba, siccaque quam recens, cruda denique magis quam assa aut sale condita. Sunt tamen omnes mordaces, flatulentae, appetentiam augent, attenuant, sitim gignunt, nauseam e repletione pariunt, expurgant denique, alvoque sunt utiles. Tum excrementis aliis viam aperiunt, tum et haemorrhoïdas reserant. Subduntur vero pro balanis, squamis nudatae et oleo immissae. At succus ex melle inunctus oculorum hebetudinibus, argemis, nubeculis et incipientibus suffusionibus auxiliatur. Anginosi itidem eo perunguntur. Sed

μήνια καὶ ἄγει· ἔγχυτός τε καθαρτικὸς διὰ ῥινὸς κεφαλῆς· κυνοδήκτοις δὲ κατάπλασμα μεθ' ἁλὸς καὶ πηγάνου καὶ μέλιτος· σὺν ὄξει δὲ ἐν ἡλίῳ καταχρισθεὶς ἀλφοὺς ἰᾶται· μετ' ἴσου δὲ σποδίου ψωροφθαλμίας παύει, καὶ ἰόνθους σὺν ἁλσὶ στέλλει· σὺν ὀρνιθείῳ δὲ στέατι πρὸς ἐκτρίμματα ὑποδημάτων χρήσιμος, καὶ πρὸς ῥεῦσιν κοιλίας καὶ δυσηκοΐαν καὶ συριγμοὺς καὶ πυοῤῥοοῦντα ὦτα· καὶ πρὸς τὰς ἀπολήψεις τῶν ὑδάτων τῶν ἐν τοῖς ὠσὶν ἁρμόζει, καὶ πρὸς ἀλωπεκίας παρατριβόμενος· τάχιον γὰρ ἁλκυονίου προςκαλεῖται τρίχας· ἔστι δὲ τὸ κρόμμυον κεφαλαλγὲς πλεῖον βρωθὲν, ἑψηθὲν δὲ οὐρητικώτερον γίνεται· πλέον δὲ ἐσθιόμενον ἐν νόσοις ληθάργους ποιεῖ· τοῦτο τοίνυν ἑψηθὲν[66] καὶ καταπλασθὲν σὺν σταφίδι ἢ σύκῳ, φύματα πέττει καὶ διαῤῥήσσει.

Κεφ. ρπα'. (ρπβ'.) [Περὶ Σκορόδου.] Σκόροδον [οἱ δὲ γήβοσκον, οἱ δὲ ἐλαφόβοσκον, Ῥωμαῖοι ἄλλιουμ] τὸ μέν ἐστιν ἥμερον καὶ κηπευτὸν, καὶ τοῦτο ἐν Αἰγύπτῳ μονοκέφαλον [ἔστιν, ὥςπερ τὸ πρασον, γλυκὺ, ἐμπόρφυρον, μικρὸν· τὸ δὲ λοιπὸν μέγα,

66) Ald., Asulan., Marcell. interponunt ἐφθὸν, sed Cornar., Goupyl. et Saracen. omittunt.

et menses ciet ac pellit, infususque per nares caput purgat. Canum morsibus cum sale, ruta et melle imponitur. Cum aceto autem in sole perunctus vitiligines sanat, et cum pari spodio ophthalmias scabiosas sedat. Varos quoque cum sale reprimit. Contra calceamentorum attritus cum adipe gallinaceo utilis est. Valet etiamnum ad alvi profluvium, et auditus gravitatem auriumque sonitus emendat. Ad purulentas aures iisdemque interceptam aquam eliciendam prodest. Quin et calvitiei affrictus, celerius quam alcyonium, pilos evocat. Cepa autem copiosius sumta capitis dolores parit, cocta potentius urinas pellit. Largius vero per adversam valetudinem esitata lethargum accersit. Ceterum cocta et cum uva passa aut fico imposita tubercula maturat et rumpit.

Cap. CLXXXI. (CLXXXII.) [*De Allio.*] Allium [quod geboscon alii, alii elaphoboscon appellant] est sativa planta ac hortensis. Id in Aegypto singulari capitulo [est, sicut porrum, dulce, purpurascens, parvum, reli-

πολυκέφαλον][67] λευκόν[68]· καλοῦσι δὲ τὰς ἐν αὐτῷ ῥᾶγας ἄγλιθας· ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ἄγριον, ὀφιοσκόροδον καλούμενον. Δύναμιν δὲ ἔχει δριμεῖαν, θερμαντικὴν, δηκτικὴν, ἐκκριτικὴν φυσῶν[69] καὶ κοιλίας ταρακτικὴν, ξηραντικὴν στομάχου, δίψης ποιητικὴν[70], ἑλκωτικὴν τῶν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ σωμάτων[71]· [τὰ αὐτὰ δὲ ποιεῖ καὶ τὸ ὀφιοσκόροδον, ὃ καὶ ἐλαφοσκόροδον λέγεται·][72] βιβρωσκόμενον ἕλμινθας πλατείας ἐξάγει, καὶ οὖρα κατάγει[73]· ἐχιοδήκτοις τε καὶ αἱμοῤῥοοῦσιν[74] ἁρμόζει, ὡς οὐδὲν ἕτερον, λαμβανομένου οἴνου συνεχῶς, ἢ σὺν οἴνῳ λεανθὲν καὶ ποθέν· καταπλάσσεται δὲ πρός τε ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν λυσσοδήκτων ὠφελίμως· βιβρωσκόμενον δὲ[75] καὶ πρὸς

67) Sic Ald.; τὸ δὲ λοιπὸν πολύκρανον solus Sarac. At vero, cum nec Oribas. nec Serap. habeant, Marcellus uncinis coërcuit, Asul., Cornar. et Goupyl. ad notha relegarunt.

68) Hoc Oribas. habet.

69) Ald. ἐκκριτικήν, φυσσώδη.

70) Ald. et Lacun. interponunt ἐμπνευματώσεως ἀλλοιωτικὴν, quod et Marcell., Cornar. et Goupyl. inserunt. Saracen. contra ἐμπνευματώσεως ad ποιητικὴν refert, omisso ἀλλοιωτικήν. Sed utrumque delendum, cum nec Serap. nec C. N. habeant.

71) Hanc veram lectionem e cod. C. et Serap. habeo. Ald. et Asul. καὶ ἐπιφανείας ὀμμάτων ἀμβλυωτικήν. Goupyl. in cod. καὶ ἐπιφανείας σωμάτων. Sarac. ἑλκωτικὴν ἐπιφανείας, ὀμμάτων ἀμβλυωτικήν.

72) Sic Ald.; Goupyl. et Sarac. interponunt βιβρωσκόμενον. Omne id inclusum merito exulat: multo magis reiicienda, quae solus codex Cantacuz. apud Matthiol. et Saracen. addit: ὃ καὶ ἀγριοσκόροδον, Ῥωμαῖοι ἄλλιουμ κερβίνουμ, φύεται ἐν ὀρεινοῖς καὶ τραχέσι χωρίοις ἐμφερὲς τῷ ὀφιοσκορόδῳ· δύναμιν δ' ἔχει etc., ubi repetuntur, quae initio huius capitis sunt.

73) C. ἄγει.

74) Sarac. auguratur αἱμοῤῥοοδήκτοις: sed cf. Marcell. Vergil. ad h. l. Plin. 29, 18.

75) Cod. Neap. et Ald. interponunt ὀνίνησι.

quum magnum, multiceps] album. Eiusdem nucleos aut fibras aglithas appellant. Est et aliud sylvestre, quod ophioscorodon dicitur. Vim habet allium acrem, calefacientem, mordentem, flatus pellentem, alvum perturbantem; stomachum siccat, sitim gignit, et corporis superficiem exulcerat. [Eadem praestat ophioscorodon, quod et elaphoscorodon nominatur.] Vermes latos esu educit, urinas detrahit, idoneum, si quid aliud, morsis a vipera et haemorrhoo serpente, dummodo continuo vinum superbibatur, aut si e vino teratur, ac in potione sumatur. Quin et in eosdem usus et contra canis rabiosi morsum utiliter

τοὺς ξενισμοὺς τῶν ὑδάτων ἁρμόζει, ἀρτηρίας λαμπρύνει, καὶ βῆχας χρονίας πραΰνει, ὠμόν τε καὶ ἑφθὸν ἐσθιόμενον· φθεῖρας δὲ καὶ κόνιδας φθείρει σὺν ἀφεψήματι ὀριγάνου πινόμενον[76]· καὲν δὲ καὶ μέλιτι φυραθὲν, ὑπώπια καὶ ἀλωπεκίας ἴᾶται καταχριόμενον· ἐπὶ δὲ τῶν ἀλωπεκιῶν σὺν ναρδίνῳ μύρῳ· σὺν ἁλσὶ δὲ καὶ ἐλαίῳ[77] ἐξανθήματα θεραπεύει· ἀφίστησι δὲ καὶ ἀλφοὺς καὶ λειχῆνας καὶ φακοὺς, ἀχῶράς τε καὶ πίτυρα καὶ λέπρας σὺν μέλιτι· μετὰ δᾳδίου δὲ καὶ λιβανωτοῦ ἑψηθὲν ὀδονταλγίαν διακρατούμενον ἐν τῷ στόματι κουφίζει· μυγαλῆς τέ ἐστι κατάπλασμα σὺν συκῆς φύλλοις καὶ κυμίνῳ· τῆς δὲ κόμης τὸ ἀπόζεμα ἐγκάθισμα ἐμμήνων καὶ δευτέρων ἀγωγόν· πρὸς τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ὑποθυμιᾶται· τὸ δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ τῆς μελαίνης ἐλαίας γινόμενον τρίμμα, καλούμενον δὲ μυττωτὸν[78], βιβρωσκόμενον[79] οὔρησιν κινεῖ καὶ ἀναστομοῖ· χρήσιμον δὲ καὶ ὑδρωπικοῖς ἐστίν.

76) C. in margine καὶ ἕλμινθας σὺν γάλακτι.

77) Optime sic e Serap. Saracenus. Vulgo enim σὺν ναρδίνῳ μύρῳ καὶ ἁλαὶ καὶ ἐλαίῳ.

78) C. N. μυρτωτὸν. Ald. et editt. μύρτον. Galen. explan. voc. Hippocr. p. 528. manifesto hunc locum innuit: Μυττωτὸν ὑπότριμμα Διοσκορίδης εἶναί φησι σκορόδων ἢ κρομμύου.

79) Ald., quod aliae omittunt.

imponitur. In cibo vero sumtum contra aquarum mutationes proficit, fistulam spiritalem clarefacit, diuturnam tussim mitigat, si crudum coctumque manditur. Cum origani decocto potum pediculos lendesque enecat. Combustum ac melle subactum illitumque oculorum sugillationes et calvitiem sanat: calvitiei vero illinitur cum unguento nardino. Cum salibus autem oleoque exanthematis medetur. Vitiligines quoque, lichenas, lentigines, achoras, furfures leprasque cum melle eximit. Cum taeda ac ture decoctum et in ore detentum dentium dolores levat. Contra muris aranei morsus cataplasmatis vice cum foliis ficus et cumino imponitur. Comae decoctum feminarum desessionibus additum menses secundasque partus extrahit. In eumdem quoque usum suffumigatur. Ceterum factum ex eo et nigra oliva intritum, quod myttoton vocant, esu urinam ciet, oscula aperit: hydropicis denique utile.

Κεφ. ρπβ'. (ρπγ'.) [*Περὶ Σκοροδοπράσου.*] *Σκοροδόπρασον φύεται ὡς πράσον μέγα, μετέχον τῆς τοῦ σκορόδου καὶ τοῦ πράσου ποιότητος, ὅθεν καὶ τὴν δύναμιν μικτὴν ἔχει, ποιοῦν ὅσα καὶ τὸ σκόροδον καὶ τὸ πράσον, ἀνειμένως μέντοι· λαχανεύεται δὲ εἰς βρῶσιν, ὡς τὸ πράσον ἑψόμενον καὶ ἀπογλυκαινόμενον.*

Κεφ. ρπγ'. (ρπδ'.) [*Περὶ Σινήπεως.*] *Σίνηπι*[80] *ἢ νάπυ* [*Ῥωμαῖοι σινάπε*] *ἐκλέγου τὸ μὴ κατάξηρον* [*καὶ κατάπυῤῥον*][81], *ἁδρὸν, ἀλλ' ὃ δὴ θλασθὲν, ἔνδοθεν χλωρὸν καὶ οἱονεὶ ἔγχυλον,* [*γλαυκόν*][82]· *πρόσφατον γὰρ καὶ ἀκμαῖον τὸ τοιοῦτον. Δύναται δὲ θερμαίνειν, λεπτύνειν, ἐπισπᾶσθαι, ἀποφλεγματίζειν διαμασσηθέν· μιγεὶς δὲ ὁ χυλὸς αὐτοῦ ὑδρομέλιτι*[83] *πρὸς ἀντιάδας καὶ τὰς χρονίους τραχύτητας τῆς ἀρτηρίας καὶ τυλώδεις, ἀναγαργαριζόμενος ἁρμόζει· προςαχθὲν δὲ τοῖς μυκτῆρσι λεῖον πταρμοὺς κινεῖ· ἐπιληπτικοῖς τε βοηθεῖ καὶ ὑστερικῶς πνιγομένας διεγείρει, καὶ ἐπὶ ληθαργικῶν καταπλάττεται, ξυρηθείσης τῆς κεφαλῆς· μιγὲν δὲ σύκοις καὶ*

80) Ald. interponit *κηπαῖον.*
81) Nec Oribas., nec Serapion agnoscunt, ergo suspectum.
82) Nec interpretes prisci, nec codd. C. N. hoc habent.
83) C. N. *μετὰ μέλιτος.*

Cap. CLXXXII. (CLXXXIII.) [*De Scorodopraso.*] Scorodoprasum nascitur porri magnitudine, allii porrique qualitatum particeps: quapropter mixtas quoque vires obtinet, eadem praestans, quae allium pariter ac porrum, sed efficacia minore. Coctum id porri modo dulcescit et in olerum vicem transit.

Cap. CLXXXIII. (CLXXXIV.) [*De Sinapi.*] Sinapi seu napy eligito non magnopere aridum, [et valde rufum], plenum, quodque fractum intus viride ac velut succosum, [glaucum]. Tale siquidem recens ac vegetum habetur. Calefacere autem potis est, attenuare ac attrahere: mansum pituitam elicit. Succus ex aqua mulsa contra tonsillarum tumores veteresque et callosas fistulae spiritalis scabrities gargarizatu prodest. Ipsum vero sinapi tritum et naribus admotum sternutamenta ciet. Comitialibus quoque auxiliatur, et matricis strangulatu oppressas excitat. Quin et lethargicorum capiti deraso illinitur.

ἐπιτεθὲν ἄχρι φοινίξεως, ἁρμόζει πρὸς ἰσχιάδας καὶ σπλῆνας, καὶ καθόλου εἰς πᾶν χρόνιον ἄλγημα, ὅπου μετάγειν τι ἐκ τοῦ βάθους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν βουλόμεθα τῷ τῆς ἑτεροπαθείας λόγῳ· θεραπεύει καὶ ἀλωπεκίας καταπλασθέν· πρόσωπον δὲ καθαίρει, καὶ ὑπώπια αἴρει σὺν μέλιτι ἢ στέατι ἢ κηρωτῇ· σὺν ὄξει δὲ πρὸς λέπρας καὶ λειχῆνας ἀγρίους περιχρίεται· πίνεται δὲ καὶ πρὸς περιόδους ξηρὸν, ὡς ἄλφιτα ἐπιπασσόμενον τῷ ποτῷ· ἐπισπαστικαῖς τε ἐμπλάστροις καὶ ψωρικαῖς μίγνυται χρησίμως· δυσηκοΐαις τε καὶ ἤχοις λεῖον ἐπιτιθέμενον τῇ ἀκοῇ μετὰ σύκου ὠφελεῖ· ὁ δὲ χυλὸς αὐτοῦ σὺν μέλιτι ἁρμόζει πρός τε ἀμβλυωπίας καὶ τραχέα βλέφαρα ἐγχριόμενος· χυλίζεται δὲ ἔτι χλωρὸν τὸ σπέρμα καὶ τὸ ἀποθλιβὲν ξηραίνεται ἐν ἡλίῳ.

Κεφ. ρπδ΄. (ρπε΄.) [Περὶ Καρδάμου.] Κάρδαμον [οἱ δὲ κυνοκάρδαμον, οἱ δὲ ἴβηρις, οἱ δὲ καρδαμίνακαμ, Αἰγύπτιοι σέμεθ, Ῥωμαῖοι ναστούρκιουμ] κάλλιστον μὲν εἶναι δοκεῖ τὸ ἐν τῇ Βαβυλῶνι κάρδαμον· παντὸς[84] δὲ τὸ σπέρμα

84) C. et Ald. ἀμφοτέρων. Antiquissimi codices videntur duplex

Ficis admixtum et impositum, donec locus rubescat, valet ad coxendicis dolores, lienes, ac universum ad quemvis diuturnum dolorem, cum ex alto in summam cutim quippiam extracturi sumus, translato scilicet in alteram partem affectu. Calvitiei insuper illitum medetur, faciem purgat, et oculorum sugillata tollit cum melle, adipe, aut cerato. Cum aceto vero leprae et ferae impetigines eo perunguntur. Sed et contra febriles circuitus aridum bibitur, polentae modo potui inspersum. Emplastris quoque epispasticis et scabiem excitantibus (?) utiliter admiscetur. Succurrit et auditus gravitati et susurrui cum fico tritum auribusque inditum. Ipsius vero succus cum melle ad oculorum hebetudines et palpebrarum scabritiem inungitur. Denique exprimitur recenti adhuc semine succus, atque ita in sole siccatur.

Cap. CLXXXIV. (CLXXXV.) [*De Nasturtio.*] (*Lepidio.*) Nasturtium [quod alii cynocardamon, alii iberida aut cardaminacam, Aegyptii semeth vocant] optimum videtur esse babylonicum. Omnis autem nasturtii semen ca-

θερμαντικὸν, δριμὺ, κακοστόμαχον, κοιλίαν ταράσσον καὶ ἕλμινθας ἐκτινάσσον, σπλῆνα μειοῦν, ἔμβρυα φθεῖρον, ἔμμηνα κινοῦν, συνουσίαν παρορμῶν, ἔοικε δὲ σινήπει καὶ εὐζώμῳ· ἀποσμήχει λέπρας, λειχῆνας· σὺν μέλιτι δὲ σπλῆνα ταπεινοῖ[85] καταπλασσόμενον καὶ κηρία ἀποκαθαίρει, καὶ τὰ ἐκ θώρακος ἀνάγει ἐγκαθεψόμενον ῥοφήμασιν· ἑρπετῶν τέ ἐστιν ἀντιφάρμακον πινόμενον· θυμιαθὲν δὲ ἑρπετὰ διώκει· τρίχας τε ῥεούσας ἐπέχει, καὶ ἄνθρακας περιῤῥήττει πυοποιοῦν[86]· σὺν ὄξει δὲ καὶ ἀλφίτοις καταπλασθὲν, ἰσχιαδικοὺς ὠφελεῖ, καὶ οἰδήματα καὶ φλεγμονὰς διαφορεῖ, δοθιῆνάς τε ἐκπυοῖ[87] σὺν ἅλμῃ καταπλασθέν· καὶ ἡ πόα δὲ τὰ αὐτὰ ποιεῖ, ἔλασσον μέντοι δύναται.

Κεφ. ρπέ. (ρπϛ΄.) [Περὶ Θλάσπεως.] Θλάσπι [οἱ δὲ θλασπίδιον, οἱ δὲ σίνηπι περσικὸν, οἱ δὲ σίνηπι ἄγριον, οἱ δὲ μυΐτην, οἱ δὲ μυόπτερον, οἱ δὲ δασμοφῶν, οἱ δὲ βίτρον, Αἰγύπτιοι σουιτέμψον, Ῥωμαῖοι σκανδουλάκιουμ, οἱ δὲ κα-

καρδάμου genus distinxisse, cum id in Plinio lib. 20, 60. et in Serap. c. 359. legamus, fuisse puto sylvestre et hortense.

85) C. *τήκει.*

86) Sic Asulan.; *καὶ πυοποιεῖ* C., *πυοῦν* Ald.

87) C. *ἐκτήκει.*

lefacit, acre est ac stomacho inimicum, alvum turbat, lumbricos pellit, lienem imminuit, fetus interimit, menses ciet, ac ad complexus venereos invitat: sinapi aut erucae simile. Lepras et impetigines exterit: ex melle vero illitum lienem deprimit, favos expurgat, et e pectore sputa educit, sorbitionibus incoctum. Serpentium venenis potum resistit, eosque suffitu fugat. Capillos fluentes cohibet, ac carbunculos rumpit, dum eos ad suppurationem perducit. Cum aceto et polenta illitum ischiadicis confert, oedemata itidem inflammationesque discutit, ac furunculos supPurat cum muria illitum. Ceterum eadem herba praestat, efficacia tamen minore.

Cap. CLXXXV. (CLXXXVI.) [*De Thlaspi.*] Thlaspi [alii thlaspidium, alii sinapi persicum aut sylvestre, alii myitam, alii myopteron, alii dasmophon, alii bitrum, Aegyptii suitempsum, Romani scandulacium, alii capsel-

ψέλλαμ, οἱ δὲ πέδεμ γαλλινάκεουμ] βοτάνιόν ἐστι στενὸν τοῖς φύλλοις, ὡς δακτύλου μῆκος, πεπτωκόσιν ἐπὶ τῆς γῆς, ἀκροσχιδέσιν, ὑπολιπάροις, καυλὸν δὲ λεπτὸν ἀνίησι δισπιθαμιαῖον[88], ἀποφυάδας ὀλίγας ἔχοντα, καὶ περὶ ὅλον αὐτὸν καρπὸς ὑπόπλατυς ἐξ ἄκρου, ἐν ᾧ σπερμάτιον ἐμφερὲς καρδάμῳ, δισκοειδὲς[89], οἱονεὶ ἐντεθλασμένον, ἐξ οὗ καὶ τὸ ὄνομα ἔσχηκεν· ἄνθος δὲ ὑπόλευκον· ἐν ὁδοῖς καὶ ἐπὶ τοιχῶν καὶ ἐπὶ θριγκῶν[90] φυόμενον· σπέρμα δριμὺ, θερμαντικὸν, χολὴν ἄνω τε καὶ κάτω καθαῖρον, ποθὲν πλῆθος ὀξυβάφου· ἐγκλύζεται δὲ καὶ πρὸς ἰσχιαδικούς· ἄγει δὲ καὶ αἷμα ποθὲν, καὶ τὰς ἐντὸς ἀποστάσεις ῥήγνυσι· κινεῖ δὲ καὶ καταμήνια, καὶ ἔμβρυα φθείρει. Ἱστορεῖ δὲ Κρατεύας καὶ ἕτερον θλάσπι, ὅ τινες περσικὸν σίνηπι καλοῦσι, πλατύφυλλον καὶ μεγαλόῤῥιζον, καὶ τοῦτο δὲ μίγνυται τοῖς πρὸς ἰσχιάδα διακλυσμοῖς.

Κεφ. ρπϛ'. (ρπζ'.) [Περὶ Δράβης.] Δράβη[91] ἡ πόα

88) C. σπιθαμιαῖον.

89) Ruell. φακοειδὲς. Sed nostram lectionem tuentur Oribas. et Serap. et codd.

90) C. N. Ald. ἐν ὁδοῖς καὶ τάφροις. Sed Oribas. et Serap. cum nostra lectione congruunt.

91) Ἀραβὶς constituit peculiare caput post Isatidem sylvestrem,

lam aut pedem gallinaceum vocant] herbula est, angustis foliis, digitali longitudine, humi procumbentibus, extrema parte fissis ac subnitidis. Cauliculum emittit tenuem bispithameum, cui pauci adnascuntur ramuli: circa ipsum vero totum fructus est superne modice latus, in quo semen exiguum, nasturtio simile, disciforme, velut infractum, unde et nomen thlaspeos sortitum est. Flos albidus est. Provenit in semitis, muris et sepibus. Semen est acre, calefaciens, bilem sursum deorsumque expurgat, acetabuli mensura potum. Alvus eo eluitur in coxendicis doloribus. Potu sanguinem pellit, internosque abscessus rumpit. Menses quoque ciet, et partus necat. Memorat autem Cratevas alterum etiam thlaspi, quod nonnulli persicum vocant sinapi, latis foliis et grandi radice: et ipsum collutionibus ischiadicorum admiscetur.

Cap. CLXXXVI. (CLXXXVII.) [*De Draba.*] Draba

πήχεως ἔχουσα ὕψος, ῥάβδους λεπτάς· παρ᾽ ἑκάτερα δὲ τὰ φύλλα, ὥςπερ λεπιδίου, ἁπαλώτερα δὲ καὶ λευκότερα· ἐπ᾽ ἄκρου δὲ σκιάδιον, καθάπερ ἀκτῆς[92], ἔχον ἄνθη λευκά[93]· ταύτης ἡ πόα συνέψεται πτισάνῃ, μάλιστα ἐν Καππαδοκίᾳ· ὁ δὲ καρπὸς αὐτῆς ξηρὸς ἀντὶ πεπέρεως μίγνυται τοῖς προςοψήμασιν.

Κεφ. ρπζ´. (ρπη´.) [Περὶ Ἐρυσίμου.] Ἐρύσιμον [οἱ δὲ χαμαίπλιον, προφῆται Ἡρακλέους ἄλφιτα, Αἰγύπτιοι ἐρεθμοῦ, Ῥωμαῖοι ἐριόνεμ] φύεται περὶ τὰς πόλεις καὶ οἰκόπεδα καὶ ἐν κήποις[94]· φύλλα δὲ ὅμοια εὐζώμῳ ἀγρίῳ ἔχει, καυλία[95] ἱμαντώδη, ἄνθη μηλίζοντα· ἐπ᾽ ἄκρων δὲ λοβοὶ κερατοειδεῖς, ἰσχνοί, ὡς τήλιδος, ἐν οἷς σπερμάτια μικρά, καρδάμῳ παραπλήσια, πυρώδη κατὰ τὴν γεῦσιν, ποιοῦντα πρὸς θώρακος ῥευματισμὸν, ἐμπύους, βῆχας, ἴκτερον, ἰσχιάδα ἐκλειχόμενα σὺν μέλιτι[96]· πίνεται καὶ πρὸς τὰ θανάσιμα φάρμακα· κα-

quo totidem verbis repetuntur, quae hic de draba. Reiecerunt id ad notha Asulan. et Cornar. Penitus omiserunt Goupyl. et Saracen.

92) Sic Sambuc. ac Sarac. coniiciunt; ἀκτὶς vulgo.

93) E Serap., Marcell. et Matthiol.; λεπτὰ vulgo.

94) Sic C. et Serap.; κήπους vulgo.

95) C. καὶ λεῖα. N. καὶ λίαν.

96) Ald. et Asul. ἐκλειχόμενον δὲ σὺν μέλιτι πίνεται. Marcell. primus sic divisit, ut in textu: ἐκλειχόμενα suasit Sarac., ut σπερματίοις responderet.

herba ad cubiti altitudinem assurgit, tenuibus virgultis, et foliis ex utroque latere, ceu lepidii, sed mollioribus et albidioribus. In cacumine umbellam gerit, velut sambuci, floribus albis. Huius herba cum ptisana coquitur, maxime in Cappadocia. At vero semen ipsius aridum piperis vice obsoniis admiscetur.

Cap. CLXXXVII. (CLXXXVIII.) [*De Erysimo.*] Erysimon [nonnulli chamaeplion, prophetae Herculis polentam, Aegyptii erethmu, Romani erionem appellant] nascitur circa urbes, domuum areas et in hortis. Folia habet erucae sylvestris, cauliculos loriformes, flores luteos, siliquas in cacumine corniculatas, graciles, ut foeni graeci, in quibus semina parva, nasturtii similia, gustu fervida, quae faciunt cum melle delincta ad pectoris fluxiones, colluviem purulentam, tusses, morbum regium et

ταπλασσόμενον δὲ μεθ' ὕδατος ἢ μέλιτος, ὠφελεῖ καρκινώματα κρυπτὰ, σκληρώματα παρωτίδων καὶ μαστῶν[97] καὶ διδύμων φλεγμονάς· λεπτύνει τε καὶ καθόλου θερμαίνει· ἐπιεικέστερον δὲ γίνεται εἰς τὰ ἐκλείγματα[98], ἀποβραχὲν ὕδατι καὶ φωχθὲν, ἢ ἐνδεθὲν εἰς ὀθόνιον καὶ ὀπτηθὲν στέατος περιπλασθέντος.

Κεφ. ρπη'. (ρπθ'.) [Περὶ Πεπέρεως.] Πέπερι δένδρον ἱστορεῖται φυόμενον ἐν Ἰνδίᾳ, βραχύ· καρπὸν δὲ ἀνίησι κατ- αρχὰς μὲν προμήκη καθάπερ λοβοὺς, ὅπερ ἐστὶ μακρὸν πέπερι, ἔχον τὸ ἐντὸς κέγχρῳ λεπτῷ[99] παραπλήσιον, τὸ μέλλον ἔσεσθαι τέλειον πέπερι, ὅπερ κατὰ τοὺς οἰκείους καιροὺς ἀναπλούμενον, βότρυς ἀνίησι, κόκκους φέροντας, οἵους ἴσμεν[100]· τοὺς δὲ καὶ ὀμφακώδεις, οἵτινές εἰσι τὸ λευκὸν πέπερι, εὔθετοῦν μάλιστα εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ καὶ ἀντιδότους

97) Sic C. N.; σκληρίας, παρωτίδας, διδύμων καὶ μαστῶν φλεγμονὰς vulgo.

98) Sic C. N. et Lacuna; ἐγκλύσματα Ald., Asulan., Cornar. et Goupyl.

99) Oribas., Ald., Lacuna et cod. C. habent λεπτῷ, quod deest in aliis editt.

100) Hic lacunam suspicatur Marcell., ubi piper maturum nigrum descriptum fuerit. Et vero Serapion legit: τὸ τέλειον εἶναι μέλαν, τὸ δὲ ἄωρον λευκὸν, καὶ οὐ μελανίζειν, ἄχρις ἂν τελειωθῇ, sed Oribas. et codd. omnes nostram lectionem tuentur.

coxendicis dolorem. Bibitur et semen contra venena. Ex aqua vero aut melle illitum prodest carcinomatis occultis ac duritiis parotidum mammarumque et testium inflammationibus. Attenuat generatim et calefacit. Ad linctus redditur accommodatius, si aqua maceratum torreatur, aut linteo illigatum et farinae massa circumlitum assetur.

Cap. CLXXXVIII. (CLXXXIX.) [*De Pipere.*] Piper arbor esse traditur in India nascens, statura brevis, quae fructum promit initio oblongum, siliquarum instar, quod longum est piper. Habet intus milio tenui simile, quod tandem in perfectum piper abit. Et fructus quidem suis temporibus dehiscens ac semet pandens, racemos emittit, grana ferentes, quales novimus. Acerba autem grana, quae album piper constituunt, apta sunt remediis ocularriis, antidotis et theriacis facultatibus. [Longum pi-

καὶ θηριακὰς δυνάμεις· [ἔστι δὲ τὸ μὲν μακρὸν ἐπιτεταμένον τῇ δήξει καὶ ὑπόπικρον διὰ τὸ ἄωρον, καὶ ἐπιτήδειον εἰς τὰς ἀντιδότους καὶ θηριακὰς δυνάμεις·][1] τὸ δὲ μέλαν ἥδιον καὶ δριμύτερον τοῦ λευκοῦ, καὶ εὐστομαχώτερον[2], καὶ μᾶλλον, διὰ τὸ εἶναι ὥριμον, ἀρωματίζον, εὐχρηστότερόν τε εἰς τὰς ἀρτύσεις· τὸ δὲ λευκὸν καὶ ὀμφακίζον, ἀσθενέστερον τῶν προειρημένων[3]. Ἐκλέγου δὲ τὸ βαρύτατον καὶ πλῆρες, μέλαν, μὴ σφόδρα ῥυσσὸν, πρόσφατον δὲ καὶ μὴ πιτυρῶδες· εὑρίσκεται δέ τι ἐν τῷ μέλανι ἄτροφον, κενὸν καὶ κοῦφον, ὃ καλεῖται βράσμα. Δύναμιν δὲ ἔχει κοινῶς θερμαντικὴν, οὐρητικὴν, πεπτικὴν, ἐπισπαστικὴν, διαφορητικὴν, σμηκτικὴν τῶν ταῖς κόραις ἐπισκοτούντων· ἁρμόζει καὶ ῥίγεσι περιοδικοῖς, πινόμενόν τε καὶ συγχριόμενον· καὶ θηριοδήκτοις ἀρήγει· ἄγει καὶ ἔμβρυα· δοκεῖ δὲ καὶ ἀτόκιον εἶναι, μετὰ συνουσίαν προστιθέμενον· βηξί τε καὶ πᾶσι τοῖς περὶ θώρακα πάθεσιν ἁρμόζει, ἔν τε ἐκλεικτοῖς καὶ ποτήμασι λαμβανόμενον· καὶ συνάγχαις ἁρμόζει, διαχριόμενον σὺν μέλιτι· καὶ στρόφους

1) Uncinis inclusa manifesto spuria sunt, nec Oribas. nec Serapion ea habent.

2) Vulgo εὐστομώτερον.

3) C. addit διὰ τὴν ὑγρότητα.

per est intensa mordacitate praeditum et subamarum, quoniam immaturum, antidotis itidem et theriacis medicaminibus accommodatum.] At nigrum albo suavius est, acrius licet, stomacho magis conducit, et aromatis plus continet, quia maturum est, hinc ad condimenta utilius. Album piper et acerbum antedictis infirmius est. Eligito gravissimum, plenum, nigrum, non valde rugosum, sed recens ac minime furfurosum. Reperitur etiamnum in nigro quoddam nutrimenti defectu cassum ac leve, quod brasma vocant. Vim habet omne piper calefacientem, diureticam, concoctricem, epispasticam, discutientem, detergentem ea, quae pupillis caliginem offundunt. Idoneum quoque est, seu potum seu illitum, rigoribus periodicis ac noxiarum bestiarum morsibus. Fetus etiam extrahit. Fertur quoque statim a concubitu subditum spem partus adimere. Tussi omnibusque pectoris vitiis linctu potuve succurrit. Anginis item convenit cum melle peruntum, ac tormina dis-

λύει πινόμενον μετὰ δάφνης φύλλων ἁπαλῶν· ἀποφλεγματίζει δὲ σὺν σταφίδι διαμασσηθέν· ἀνώδυνόν τέ ἐστι καὶ ὕπνου ποιεῖ καὶ ὄρεξιν[4]· πέψει τε συνεργεῖ, μιγνύμενον ἐν βάμμασιν· ἀναληφθὲν δὲ πίσσῃ, χοιράδας διαφορεῖ, σμήχει δὲ ἀλφοὺς σὺν νίτρῳ· φώγνυται δὲ ἐν ὀστράκῳ καινῷ ἐπ' ἀνθράκων, κινούμενον, ὡς φακή[5]. Ἡ δὲ ῥίζα αὐτοῦ οὐκ ἔστι ζιγγίβερ, καθάπερ ἔνιοι ὑπέλαβον, ὡς αὐτίκα δηλώσομεν· ἔοικε μέντοι κόστῳ ἡ τοῦ πεπέρεως ῥίζα, θερμαίνουσα τὴν γεῦσιν καὶ ὑγρὰ προςκαλουμένη· ταπεινοῖ δὲ σπλῆνα σὺν ὄξει καταπλασσομένη καὶ πινομένη· ἀποφλεγματίζει δὲ μετὰ σταφίδος ἀγρίας μασσηθεῖσα.

Κεφ. ρπθ'. (ρς'.) [Περὶ Ζιγγιβέρεως.] Ζιγγίβερις ἴδιον ἐστὶ φυτὸν, γεννώμενον ἐν τῇ Τρωγλοδυτικῇ Ἀραβίᾳ[6] πλεῖστον, οὗ χρῶνται τῇ χλόῃ εἰς πολλὰ, καθάπερ ἡμεῖς τῷ πηγάνῳ, ἕψοντες εἰς προποτισμοὺς καὶ ἑψήματα μιγνῦντες·

4) Sic Marcell. legit in antiquo cod. et Serap.; ἐστὶ καὶ ὑγιεινὸν καὶ ὄρεξιν κινεῖ vulgo.

5) Sic in Serap. et Cornar.; ἐπ' ὀστράκου καινοῦ κινούμενον, ὥς φασὶ Ald. Asulan. interponit post καινοῦ, ἐπ' ἀνθράκων. Sed in ipsa φακῇ magnopere haereo, ubi enim φώγνυται? Nonne potius κέγχρος c. 119.?

6) Ex Oribasio patet, hanc esse veram lectionem. Sarac. auguratur, καὶ interponendum esse.

cutit potum cum lauri foliis tenellis. Manducatum cum uva passa pituitam prolicit. Dolores quoque sedat, somnum iuxta ac appetentiam conciliat. Sed et concoctionem adiuvat, ad intincta additum. Exceptum vero pice, strumas discutit, ac vitiligines etiam cum nitro abstergit. Torretur autem in fictili novo super prunis, agitatum sicut legumen. Ceterum huius radix non est, ut aliqui rati sunt, zingiber, quemadmodum statim ostendemus. Piperis radix costo similis est, fervida gustu, humores attrahit. Eadem cum aceto imposita, pota quoque, lienem imminuit. Pituitam denique elicit cum staphide agria mansa.

Cap. CLXXXIX. (CLXXXX.) [*De Zingibere.*] Zingiberis sui generis est planta, quae plurima in Troglodytica Arabia nascitur. Huius herba virente cocta ad multa, perinde ac nos ruta, utuntur, propotismatis ac pul-

ἔστι δὲ ῥιζία μικρὰ, ὥσπερ κυπείρου[7], ὑπόλευκα, πεπερίζοντα τῇ γεύσει καὶ εὐώδη· ἐκλέγου δὲ τὰ ἀτερηδόνιστα· ὑπ᾽ ἐνίων μέντοι ταριχεύεται διὰ τὸ εὔσηπτον καὶ διακομίζεται ἐν κεραμίοις εἰς Ἰταλίαν, εὐχρηστοῦντα εἰς βρῶσιν· λαμβάνεται δὲ μετὰ ταρίχου. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, πεπτικὴν, μαλακτικὴν[8] κοιλίας ἐπιεικῶς, εὐστόμαχον· ποιεῖ καὶ πρὸς τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις, μίγνυται καὶ ἀντιδότοις καὶ καθόλου παρέοικέ πως τῇ τοῦ πεπέρεως δυνάμει.

Κεφ. ρϛ΄. (ρϛα΄.) [Περὶ Ὑδροπεπέρεως.] Ὑδροπέπερι φύεται μὲν μάλιστα παρὰ στασίμοις ὕδασιν ἢ ἐπιεικέσι ῥείθροις· καυλὸν δὲ ἀνίησι γονατώδη, στερεὸν, περὶ ὃν μασχάλαι· καὶ φύλλα ἐοικότα ἡδυόσμῳ, μείζονα δὲ καὶ τρυφερώτερα καὶ λευκότερα, δριμέα ἐν τῇ γεύσει, ὥσπερ τὸ πέπερι, οὐ μὴν ἀρωματίζοντα· καρπὸν δ᾽ ἔχει ἐπὶ κλωναρίων μικρῶν, ἐκφυόμενον παρὰ τὰ φύλλα, συνεχῆ καὶ βοτρυώδη, δριμὺν καὶ αὐτόν. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα σὺν τῷ καρπῷ κατα-

7) Sine μικρὰ sic codd. C. N., sed μικρὰ habent Oribas.; Serapion et ipse Plin. *parvae herbae* saltem meminerunt.

8) Sic et Serapion; συστατικὴν codd. C. N.

mentis eam admiscentes. Radices sunt cyperi modo parvae, subalbidae, sapore piper aemulantes ac odoratae. Eligito, quae a vermibus corrosae non sunt. A quibusdam quidem condiuntur, quod cariem facilius sentiant, ac fictilibus in Italiam asportantur, in cibum idoneae, si modo cum suo condimento sumantur. Vim habet zingiber calefacientem, concoquentem, alvum leniter mollientem, stomacho utilem. Est et efficax adversus caliginem oculorum. In antidota additur, ac in universum piperis vires quodammodo refert.

Cap. CXC. (CXCI.) [*De Hydropipere.*] Hydropiper nascitur potissimum ad aquas stagnantes et ad flumina lenta. Caulem edit geniculatum, solidum, axillis cavis cinctum: folia menthae similia, sed maiora, teneriora et albidiora, gustu acria, piperis modo, citra tamen aromatis vestigium. Fructum gerit in ramulis parvis prope folia erumpentem et racematim cohaerentem, qui et ipse acris est. Vim habent folia cum fructu imposita oede-

πλασσόμενα, οἰδήματα καὶ χρονίους σκληρίας διαφορεῖν, ὑπώπιά τε ἀποκαθαίρειν· ξηρανθέντα δὲ καὶ κοπέντα μίγνυται ἀντὶ πεπέρεως ἁλσὶ καὶ προσοψήμασι· ῥίζαν δὲ ἔχει μικρὰν, ἄχρηστον.

Κεφ. ρϛα΄. (ρϛβ΄.) [Περὶ Πταρμικῆς.] Πταρμικὴ θαμνίον ἐστὶ, κλῶνας ἔχον μικροὺς[9], πολλοὺς, περιφερεῖς, ὁμοίους ἀβροτόνῳ· περὶ οὓς φύλλα ἐπιμήκη, ἐοικότα τοῖς τῆς ἐλαίας, πολλά· ἐπ' ἄκρῳ δὲ ὥςπερ ἀνθεμίδος κεφάλιον μικρὸν, περιφερὲς, δριμὺ κατὰ τὴν ὀσμὴν, ἐρεθιστικὸν πταρμοῦ· ὅθεν καὶ ὠνόμασται. Δύναται δὲ καταπλασσόμενα τὰ φύλλα μετὰ τῶν ἀνθῶν ὑπώπια αἴρειν· τὰ δὲ ἄνθη πταρμοὺς ἐνεργέστατα κινεῖ· φύεται δὲ ἐν ὀρεινοῖς καὶ πετρώδεσι τόποις.

Κεφ. ρϛβ΄. (ρϛγ΄.) [Περὶ Στρουθίου.] Στρούθιον· [οἱ δὲ κέρδον, οἱ δὲ κάθαρσις, οἱ δὲ στρουθιοκάμηλος, οἱ δὲ χαμαίρυτον, προφῆται χαλίρυτον, Ῥωμαῖοι ῥάδιξ ἀνάρία[10], οἱ δὲ ἕρβα λάρια[11], Αἰγύπτιοι οἰνὼ, Ἀφροὶ συρὶς] γνώριμόν ἐστι[12] ᾧ οἱ ἐριοπλύται χρῶνται πρὸς κάθαρσιν

9) Oribas. et Lacuna λεπτούς.
10) N. σάνάρα. 11) N. λανάρα.
12) C. interponit: φύλλα ἔχον στενώτερα ἀρνογλώσσου μικροῦ.

mata veteresque duritias discutiendi et sub oculis sugillata emendandi. Siccata vero et tusa sali et obsoniis pro pipere admiscentur. Ceterum radicem habet parvam, nullius usus.

Cap. CXCI. (CXCII.) [*De Ptarmica.*] Ptarmica est fruticulus, ramis tenuibus, multis, teretibus, abrotani similibus, circa quos sunt folia oblonga, copiosa, oleaginis proxima, ac in cacumine capitulum, ut anthemidis, parvum, rotundum, acri odore, sternutamenta ciens, unde etiam nomen accepit. Valent folia cum floribus illita ad delenda sub oculis sugillata: flores autem sternutamenta efficacissime cient. Nascitur in montosis locis rupestribusque.

Cap. CXCII. (CXCIII.) [*De Struthio.*] Struthium [quod alii cerdon, alii purgationem, alii struthiocamelum, alii chamaerrhyton, prophetae chaliryton, Romani radicem herbamve lanariam, Aegyptii oeno, Afri denique syris vocant] vulgo notum est, quo fullones purgandis la-

τῶν ἐρίων, οὗ ἡ ῥίζα δριμεῖα καὶ οὐρητική· βοηθεῖ δὲ ἡπατικοῖς, βηξὶν, ὀρθοπνοίαις, ἰκτέρῳ[13], σὺν μέλιτι κοχλιαρίου πλῆθος λαμβανομένη· κοιλίαν τε ὑπάγει· σὺν δὲ πάνακι καὶ καππάρεως ῥίζῃ ληφθὲν, λίθους θρύπτει καὶ ἐξουρεῖν ποιεῖ· καὶ σπλῆνα ἐσκιῤῥωμένον τήκει· προςτεθὲν δὲ ἔμμηνα ἄγει, καὶ ἔμβρυα φθείρει ἐναργῶς[14]· σὺν ἀλφίτῳ δὲ καὶ ὄξει καταπλασθὲν, λέπραν αἴρει· διαφορεῖ καὶ τὰ φύματα σὺν ἀλεύρῳ κριθίνῳ καὶ οἴνῳ ἑψηθέν· μίγνυται δὲ καὶ κολλυρίοις ὀξυδερκικοῖς[15] καὶ μαλάγμασι· κινεῖ δὲ καὶ πταρμούς· καὶ εἰς τὰς ῥῖνας ἐγχεόμενον λεῖον μετὰ μέλιτος, καθαίρει διὰ στόματος.

Κεφ. ϟγʹ. (ϟδʹ.) [Περὶ Κυκλαμίνου.] Κυκλάμινος [οἱ δὲ κισσάνθεμον, οἱ δὲ κισσόφυλλον, οἱ δὲ χελώνειον, οἱ δὲ ἰχθυόθηρον[16], οἱ δὲ χυλίνην[17], οἱ δὲ Ζωροάστρις ἢ τριμφαλίτης, Ὀσθάνης ἀσφώ, προφῆται μιασφὼ, Αἰγύπτιοι θέσκε, Ῥωμαῖοι ῥάπουμ τέρραι, οἱ δὲ οὐμβιλίκουμ τέρραι, οἱ δὲ ἀρκαρὰ[18]]

13) Addo e Serap. et codd. C. N.
14) Sic cum Ald. omnes praeter Sarac., qui ἐνεργῶς. C. N. ἐν ἐρίῳ.
15) Sic C.; ὀξυδερκέσι cum Ald. rell.
16) Sic Marcell.; ἰχθιόθηρον Ald. et rell.
17) Sic Ald. et rell.; κυλίνην Marcell.
18) Sic Ald.; ἀρκάρ alii.

nis utuntur. Eius radix acris est urinamque ciet. Auxiliatur hepatis affectibus, tussi, anhelationi, morbo arcuato cum melle, cochlearis mensura; alvum quoque subducit. Eadem cum panace et capparis radice calculos frangit et cum urina expellit, lienem etiam scirrho induratum liquat. Subdita menses trahit, et fetus manifesto necat. Cum polenta autem et aceto illita lepram emendat. Discutit et pannos, cum farina hordeacea et vino decocta. Miscetur praeterea collyriis acuendo visui idoneis itemque malagmatis. Sternutamenta etiam facit: atque per os purgat, trita cum melle naribusque infusa.

Cap. CXCIII. (CXCIV.) [*De Cyclamine.*] Cyclamen [quod et cissanthemon, alii cissophyllon, chelonion etiam et piscium escam, aut chylinen vocant, alii Zoroastridem vel trimphaliten, Osthanes aspho, prophetae miaspho, Aegyptii thesce, Romani rapum sive umbilicum

φύλλα ἔχει ὅμοια κισσῷ[19], ποικίλα κάτωθεν καὶ ἄνωθεν κηλῖσιν ὑπολεύκοις, καυλὸν τετραδάκτυλον, γυμνὸν, ἐν ᾧ ἄνθη ῥοδοειδῆ πορφυρίζοντα[20], ῥίζαν μέλαιναν, γογγυλίδι παραπλησίαν, ὑπόπλατυν· ἥ τις ποθεῖσα μετὰ ὑδρομέλιτος, ἄγει φλέγμα καὶ ὕδωρ κάτω, καὶ ἔμμηνα δὲ κινεῖ πινομένη καὶ προστιθεμένη· φασὶ δὲ, ὅτι ἂν ὑπερβῇ τὴν ῥίζαν ἐγκύμων γυνὴ, ἐξαμβλώττειν αὐτήν· ἔστι δὲ καὶ ὠκυτόκιον[21] περιαπτομένη· πίνεται δὲ πρὸς τὰ θανάσιμα μετ᾽ οἴνου, καὶ μάλιστα πρὸς λαγωὸν θαλάσσιον· καὶ ἑρπετῶν ἐστιν ἀντιφάρμακον καταπλασσομένη· μεθύσκει τέ οἴνῳ μιχθεῖσα, καθίστησι δὲ καὶ ἴκτερον τριῶν δραχμῶν πλῆθος, ποθεῖσα μετὰ γλυκέος ἢ μελικράτου ὑδαροῦς· κατακλίνειν δὲ δεῖ ἐν οἴκῳ[22] θερμῷ [οὐ προσηνέμῳ[23]] τὸν πίνοντα, καὶ πλείοσιν ἱματίοις περιβάλλειν, ὅπως ἱδρώσῃ· ὁ δὲ ἀποκρινόμενος[24] ἱδρὼς χο-

19) Quod hic interponunt cum Ald. πορφυρᾶ, deest in Oribas., Serap. et codd. C. N.

20) Sic Oribas., Serap. et Ald.; ἐν τῷ λευκῷ πορφυροειδῆ C. N.

21) Ὀξυτόκιον vulgo, sed et ἀτόκιον habet C., et Serap. legisse videtur: τῷ τραχήλῳ περιαπτομένη ἀτόκιον, τῷ δὲ μηρῷ τῆς ὠδινούσης, ὠκυτόκιον.

22) Ald. et Marcell. οἴνῳ, quos et sequitur Asulanus. Cornarus primus habet οἴκῳ, quae lectio et cum sequentibus, et cum Serapione congruit. Sed uncinis inclusa in Serap. et plerisque vetustis exemplaribus desunt.

23) C. ἀμηνέμῳ.

24) Ald., Asul., Marcell., Cornar., Goupyl. ἀποκριόμενος. Exemplum negligentiae editorum!

terrae, nonnulli denique arcara] folia habet hederae similia, utrinque maculis albidis variegata, pedunculum palmarem, qui flores gerit rosaceos, purpurascentes. Radix nigra, rapo proxima et latiuscula. Haec pota cum hydromelite pituitam aquosaque detrahit, ac menses ciet pota aut subdita. Tradunt, si praegnans mulier radicem eam transgrediatur, abortum facere. Sed et alligata partum accelerat. Contra venena, praesertim leporis marini, ex vino bibitur. Imposita quoque contra serpentium ictus expedit, et vino mixta inebriat. Regium vero morbum compescit, tribus drachmis pota cum passo aut mulsa dilutiore. Sed bibentem oportet in cubiculo calido [minimeque ventis pervio] decumbere, pluribus contectum stragulis, ut in sudorem coniiciatur. Qui vero excernitur

λώδης εὑρίσκεται τῇ χροιᾷ· ἐγχυματίζεταί τε ὁ χυλὸς αὐτῆς μετὰ μέλιτος εἰς τὰς ῥῖνας πρὸς κάθαρσιν κεφαλῆς· καὶ τῷ δακτυλίῳ ἐν ἐρίῳ προςτίθεται πρὸς κομιδὴν περιττωμάτων· καταχρισθέντος δὲ αὐτοῦ ἐπ᾽ ὀμφαλοῦ καὶ ὑπογαστρίου καὶ ἰσχίου, κοιλίαν μαλάσσει[25], καὶ ἐκτρωσμοὺς ἐργάζεται· καὶ πρὸς τοὺς ὑποκεχυμένους καὶ ἀμβλυωποῦντας ὀφθαλμοὺς ἐγχριόμενος ὁ χυλὸς σὺν μέλιτι ἁρμόζει· μίγνυται δὲ καὶ εἰς τὰ φθόρια· ἕδραν δὲ προπεσοῦσαν σὺν ὄξει καταχριόμενος ὁ χυλὸς καθίστησι· χυλίζεται δὲ ἡ ῥίζα κοπτομένη καὶ ἐκθλιβομένη, ἑψομένου τοῦ χυλοῦ ἄχρι μελιτώδους συστάσεως· ῥύπτει δὲ καὶ χρῶτα ἡ ῥίζα καὶ ἐξανθήματα στέλλει, καὶ τραύματα μετ᾽ ὄξους [καθ᾽ ἑαυτήν τε καὶ μετὰ μέλιτος] ἰᾶται[26]· καταπλασσομένη δὲ καὶ σπλῆνα τήκει· ἀποκαθαίρει δὲ καὶ ἔφηλιν καὶ ἀλωπεκίας· εὐθετεῖ δὲ καὶ πρὸς στρέμματα καὶ ποδάγραν, καὶ τὰ ἐν κνήμαις[27] ἑλκύδρια καὶ χίμετλα τὸ ἀφέψημα αὐτῆς καταντλούμενον· αὐτή τε δι᾽ ἐλαίου παλαιοῦ ἀναζεσθεῖσα ἀπουλοῖ, καταχριομένου τοῦ ἐλαίου· ἐγκοιλανθεῖσα δὲ πληροῦται τοῦ ἐλαίου, καὶ τίθεται ἐπὶ θερμοσπο-

25) Lacuna in cod. ταράττει, aptius. Sed Serap. et codd. plerique in nostra lect. consentiunt.

26) Uncinis inclusa desunt in Serap.; μετ᾽ ὄξους deest in codd. C. et N. Alterutrum redundat.

27) Sic e Serap.; κεφαλῇ vulgo.

sudor, felleus invenitur colore. Eius etiam succus cum melle naribus infunditur ad purgandum caput, et sedi in vellere subditur ad deiicienda excrementa. Idem illitus umbilico, imo ventri et iliis, alvum solvit et abortum facit. Quin et suffusis hebetioribusque oculis oblitus cum melle succus prodest. Miscetur et medicamentis fetum evocantibus. Anum provolutum cum aceto illitus restituit. Exprimitur vero tusa radice succus, et ad mellis crassitudinem decoquitur. Radix autem ipsa cutem abstergit, exanthemata reprimit, ac vulneribus ex aceto [tum per se, tum cum melle] medetur. Lienem quoque imposita liquat. Contractas a sole maculas et calvitiem emendat. Sed et ipsius decoctum fotu luxatis, podagrae, ulcusculis tibiarum et pernionibus idoneum est. In oleo vetere fervefacta, illito oleo, cicatrix inducitur. Ipsa quoque radix excavata oleo impletur et cineri ferventi imponitur,

διᾶς· προςεμβάλλεται δὲ ἐνίοτε καὶ κηροῦ τυῤῥηνικοῦ ὀλίγον, ὡς γλοιῶδες γενέσθαι, κατάχρισμα ἄριστον χιμετλιῶσιν· ἀποτίθεται δὲ ἡ ῥίζα τμηθεῖσα, ὥςπερ σκίλλα· ἱστορεῖται δὲ καὶ πρὸς φίλτρα αὐτὴν λαμβάνεσθαι κοπεῖσαν[28], ἀναπλασθεῖσάν τε εἰς τροχίσκους· φύεται δὲ ἐν συσκίοις τόποις, μάλιστα δὲ ὑπὸ τὰ δένδρα.

Κεφ. ρϟδ'. (ρϟε'.) [Περὶ ἑτέρας Κυκλαμίνου.] Κυκλάμινος ἑτέρα, ἣν ἔνιοι κισσάνθεμον ἢ κισσόφυλλον καλοῦσι, φύλλα ἔχει κισσῷ ἐοικότα, ἐλάσσονα δέ· καυλοὺς παχεῖς, γονατώδεις, περιειλισσομένους τοῖς παρακειμένοις δένδρεσιν ἑλικοειδῶς· ἄνθη λευκὰ, εὐώδη[29]· καρπὸς δὲ ὡς ῥάγες σταφυλῆς, ὅμοιος κισσῷ, μαλακὸς, δριμὺς ἐν τῇ γεύσει ἠρέμα καὶ γλισχρός· ῥίζα ἄχρηστος· φύεται δὲ ἐν τραχέσι χωρίοις· ταύτης ὁ καρπὸς ὅσον < μία τὸ πλῆθος πινόμενος μετ᾽ οἴνου λευκοῦ κυάθων β', ἐπὶ ἡμέρας μ', σπλῆνα τήκει δι᾽ οὔρων καὶ κοιλίας δαπανώμενον· πίνεται δὲ καὶ πρὸς ὀρθόπνοιαν, καὶ τὰς ἐκ τοκετῶν καθαίρει ποθείς[30].

28) Lacuna καεῖσαν.
29) C. λευκοειδῆ.
30) Sic Sarac. emendat; ποθεῖσα vulgo.

addito interdum cerae tuscae momento, ut viscosus fiat illitus, perquam utilis pernione laborantibus. Ceterum radix scillae modo concisa reponitur. Traditur et ad amatoria assumi tusa ac in pastillos formata. Nascitur planta locis umbrosis, praecipue sub arboribus.

Cap. CXCIV. (CXCV.) [*De Cyclamine altero.*] Cyclamen alterum, quod nonnulli cissanthemon aut cissophyllon vocant, folia fert hederae, sed minora, caules crassos, geniculatos, vicinis arboribus cirri in modum circumvolutos. Flores albidi, odorati. Fructus vero uvarum racemi instar, hederae (fructui) similis, mollis, subacris sapore ac glutinosus. Radix nullius usus. Provenit locis asperis. Huius fructus drachmae unius pondere potus cum vini albi cyathis duobus ad quadraginta dies, lienem liquat ac per urinas alvumque absumit. Bibitur et adversus anhelationes, potumque reliquias a partu expurgat.

Κεφ. ϙςέ. [Περὶ Δρακοντίας μεγάλης[31].] Δρακοντία μεγάλη· [οἱ δὲ ἄρον, οἱ δὲ ἴσαρον[32], οἱ δὲ ἴαρον, οἱ δὲ ἱεράκικος, οἱ δὲ βίαρον, οἱ δὲ ἀρμιάγριον, οἱ δὲ κύπερις, Ῥωμαῖοι λούρουμαμ[33], οἱ δὲ μαυριάριαμ, οἱ δὲ σιγιγγιάλιος[34]] φύεται ἐν συσκίοις περιφραγμοῖς[35]· καυλὸν δὲ ἔχει λεῖον, ὀρθὸν, ὡς διπηχυαῖον, καὶ παχὺν, ὡς βακτηρίαν, ποικίλον κατὰ χρόαν[36], ὡς ἐοικέναι δράκοντι, καὶ πλεονάζει μὲν ἐν τοῖς διαπορφύροις σπίλοις· φύλλα δὲ ὡς λαπαθοειδῆ, ἀντεμπλεκόμενα· καρπὸν δὲ ποιεῖ ἐπ᾽ ἄκρου τοῦ καυλοῦ βοτρυοειδῆ, σποδοειδῆ τῷ χρώματι τὸ πρῶτον, ἐν δὲ τῷ πεπανθῆναι κροκίζοντα καὶ φοινικοῦν· ῥίζαν εὐμεγέθη, στρογγύλην, λευκὴν, φλοιὸν ἔχουσαν λεπτόν· συλλέγεται δὲ καὶ χυλίζεται, ὅταν περκάζῃ, καὶ ξηραίνεται ἐν σκιᾷ. Ἡ δὲ ῥίζα ὀρύσσεται πυ-

31) Hoc caput cum Asulano et Marcello omnes editiones ad notha ablegant, Marcello docente, aliis verbis eamdem plantam, ac in sequenti capite, describi: neque reperiri hanc nostram plantam vel in Galeno, vel in Paullo, vel etiam in Serapione. Quod licet verum sit, adest tamen id caput in Oribasio et in omnibus codicibus, sumtam autem esse descriptionem e Crateva, Anguillara perhibet p. 125. Ut confirmetur, magnam esse Dracontii Arique litem, Matthiolus fictitiam iconem promsit, Dodonaeus autem primus optime hanc plantam illustravit.

32) Forte ἀρίσαρον. 33) Forte κολουβρίναμ.

34) C. σετεγιάλιος, οἱ δὲ στρουμάριαμ.

35) Sic Ald., Asul., Marc., Corn., Goupyl. Solus Sarac. περὶ φραγμοῖς. C. καὶ φραγμοῖς.

36) Sic C. N.; χρόνον vulgo.

Cap. CXCV. [*De Dracontia grandi.*] Dracontia grandis [quam et arum et (?) arisarum, iaron, ieracicos, biaron, armiagrion etiam et cyperis, Romani (?) colubrinam, mauriariam, sigingialion vocant] nascitur in umbrosis sepium circuitibus. Caulem habet glabrum, rectum, prope bicubitalem et baculi crassitudine, draconis instar versicolorem, ut tamen purpureae maculae abundent. Folia ad lapathi formam accedunt, mutuo secum nexa (implicita). Fructum in summo caule producit racemosum, protinus colore cinerascentem, ut vero maturuit, croceum aut puniceum: radicem praegrandem, rotundam, candidam, tenui vestitam cortice. Colligitur autem, et succus ex ea exprimitur, dum fructus maturescit, siccaturque in umbra. Radix messe tritici effoditur, lotaque frustatim

ῥαμητῷ καὶ πλυθεῖσα κατατέμνεται καὶ ἐνείρεται[37] μὲν ἵμαντι, ξηραίνεται δὲ ἐν σκιᾷ· θερμαντικὴ δέ ἐστι μετὰ συγκράματος[38]· ποιεῖ δὲ ὀπτὴ καὶ ἑφθὴ, μετὰ μέλιτος ἐκλειχομένη, πρὸς ὀρθοπνοϊκοὺς, ῥήγματα, σπάσματα, βῆχας, κατάῤῥουν· ποθεῖσα δὲ μετ' οἴνου τὰς ἐπὶ συνουσίαν ὁρμὰς κινεῖ· καθαίρει δὲ σὺν μέλιτι λειανθεῖσα[39] ἢ ἐπιπλασθεῖσα τὰ κακοήθη τῶν ἑλκῶν καὶ φαγεδαινικὰ, καὶ μάλιστα μετὰ λευκῆς ἀμπέλου· καὶ κολλύρια δὲ ἐξ αὐτῆς σὺν μέλιτι πρὸς σύριγγας ἀναπλάττεται καὶ ἐμβρύων κομιδήν· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς ἀλφοὺς σὺν μέλιτι καταχρισθεῖσα· πολύποδας δὲ καὶ καρκινώματα δαπανᾷ· ποιεῖ δὲ καὶ ὁ χυλὸς αὐτῆς πρὸς ὀφθαλμικὰ, πρὸς νεφέλια, λευκώματα, ἀχλύν. Ἡ δὲ ὀσμὴ τῆς ῥίζης καὶ τῆς πόας τῶν ἄρτι συνειλημμένων φθόριόν ἐστι, καὶ τοῦ καρποῦ λ' κόκκοι ποθέντες μετ' ὀξυκράτου· ἔνιοι δὲ τῷ χυλῷ τῷ τούτου καὶ τοὺς ὠταλγοῦντας ἐνεχυμάτισαν μετὰ ἐλαίου· τὰ φύλλα δὲ ὡς στύφοντα τοῖς νεοτρώτοις ὑπέθεσαν, ἑψημένα δὲ ἐν οἴνῳ καὶ τοῖς χίμετλα ἔχουσι· φασὶ δὲ

37) N. ἐναιείρεται; forte ἐναείρεται.
38) C. μετασυγκριτικῶς.
39) Cornar., Goupyl. et Sarac. λεανθεῖσα.

conciditur, et loro illigata in umbra siccatur. Vim habet calefacientem cum diluta vini potione. Succurrit, seu tosta, seu etiam elixa, cum melle delincta, anhelantibus, ruptis, convulsis atque destillationi. Pota vero ex vino impetus ad venerem concitat: ulcera maligna et phagedaenica cum melle trita et imposita purgat, maximeque cum vite alba (bryonia). Ex ea quoque cum melle collyria efformantur ad fistulas eliciendosque fetus. Facit et ad vitiligines cum melle illita. Polypos vero et carcinomata absumit. Utilis et ipsius succus oculorum medicamentis, contra nubeculas, albugines et caliginem. Radicis insuper aut herbae odor recens conceptos fetus enecat pariter ac triginta seminis grana, si in posca bibantur. Sunt et qui ex eodem semine expressum succum cum oleo dolore aurium vexatis infuderint, quin et folia, astringentia nimirum, recentibus vulneribus imposuerint, eademque cocta in vino pernionibus adhibuerint. Sed et aiunt, qui folia manibus

καὶ τοὺς διατρίψαντας αὐτὰ ταῖς χερσὶν, ἢ τὴν ῥίζαν ἀναιροῦντας, ὑπὸ ἔχεως μὴ δάκνεσθαι.

Cap. CCXIII. [*De Othonna.*] Othonna. [Nonnulli dicunt chelidonii maioris esse succum, quidam glaucii: alii floribus papaveris corniculati expressum succum, alii mixturam succorum anagallidis coeruleae, hyoscyami et papaveris: alii denique succum troglodyticae cuiusdam herbae, quae othonna vocetur.] Nascitur autem in Arabia, quae Aegyptum spectat. Habet folia erucae proxima, crebro perforata et tanquam a tineis rosa, arida. Florem fert croceum, latiusculis foliis, unde anemones speciem quidam asseverarunt. Ex ea succus expressus oculorum medicamentis convenit, ubi expurgare opus est. Mordet enim, et quaecunque oculis caliginem offundunt, abstergct. Tradunt et humorem quemdam ex herba manare, qui elotus, semotis lapillis, in pastillos ad eadem digeratur. Aliqui tamen affirmant, lapidem esse aegyptium, in

βαΐδι γεννώμενον, λευκόχρουν[56], μικρὸν τῷ μεγέθει, δάκνοντα τὴν γεῦσιν μετὰ πυρώσεως καὶ στύψεως.

Κεφ. σιδ'. [Περὶ Μυὸς ὤτων.] Μυὸς ὦτα[57] [οἱ δὲ μύωτον, οἱ δὲ ἀνθύλλιον, οἱ δὲ ἀλσίνην, οἱ δὲ μυόρτοχον, οἱ δὲ μυρτόσπληνον, Ῥωμαῖοι μοῦρις ἀουρίκουλα, Ἀφροὶ λαβοθολαβάθ] ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ ἔχειν μυὸς ὠτίοις ὅμοια τὰ φύλλα[58]· ἀλσίνη δὲ διὰ τὸ σκιεροὺς φιλεῖν καὶ ἀλσώδεις[59] τόπους· πόα ἐστὶν ὁμοία ἑλξίνῃ, ταπεινοτέρα δὲ καὶ μικροφυλλοτέρα[60], καὶ οὐ δασεῖα[61]. Δύναμιν δὲ ἔχει ψυκτικὴν[62], ἁρμόζουσαν πρὸς φλεγμονὰς ὀφθαλμῶν, μετ' ἀλφίτων καταπλασσομένη, καὶ πρὸς ὤτων πόνον ὁ χυλὸς αὐτῆς ἐνσταζόμενος· [καὶ καθ' ὅλου δύναται τὰ αὐτὰ τῇ ἑλξίνῃ.]

Μυὸς ὦτα ἕτερα, οἱ δὲ μυὸς ὠτίδα καλοῦσιν, ἀνίησι

56) Sic Ald.; χαλκόχρουν Hermol., quem sequuti Asulan., Cornar. et Goupyl. καλκόχρουν habent.

57) Ad codd. Vindob., Ald. et Marcell. hic posui caput, quod περὶ ἀλσίνης inscriptum c. 87. in libr. 4. constituit. Asulan., Cornar. et Goupyl. ad spuria ablegant, nescio qua ratione.

58) Sic Ald., Asulan., Marcell., Cornar., Goupyl. et codd. Vindob.; ἀπὸ τοῦ ἔχειν φύλλα ὅμοια μυὸς ὠτίοις solus Sarac.

59) Quanquam codd. et editiones omnes habent ἀμμώδεις, ex Oribas. tamen Saracen. et e nomine ipso sic emendavit.

60) Sic codd. C. N. et Ald., Asul., Cornar. et Goupyl. Solus Sarac. μακροφυλλοτέρα. Oribas. μακροτέρα.

61) Nec οὐ δασεῖα, nec quod Saracenus habet: διατριφθεῖσά τε σικύων ὄζει in editt. aut in codd. adest.

62) Στυπτικήν Sarac., non est in Ald. nec in codd.

Thebaide natum, albido colore, parvum mole, qui gustu mordeat cum fervore quodam et astrictione.

Cap. CCXIV. [*De Myosotidis speciebus.*] Myosota [alii myoton, alii anthyllion aut alsinen, alii myortochon aut myrtosplenon, Romani muris auriculam, Afri labotholabath vocant] nomen accepit, quod folia gerit auriculas muris referentia: alsine vero, quod umbrosa loca et lucos amat. Herba est helxini similis, nisi quod humilior est, minoribus foliis, et neutiquam hirsuta. Vim habet refrigerantem, idoneam ad oculorum inflammationes, dum cum polenta illinitur, et ad aurium dolores, si succus infunditur. [Generatim autem eadem valet, ac helxine.]

Myosota altera, myosotis a quibusdam vocata, caules

καυλοὺς ἀπὸ μιᾶς ῥίζης πλείονας ὑπερύθρους τὰ κάτωθεν καὶ κοίλους· φύλλα δὲ ἐπιμήκη καὶ στενὰ, ῥάχιν ἐπαιρομένην[63] ἔχοντα, μελανίζοντα, ἀνὰ δύο πεφυκότα ἐκ διαστημάτων, εἰς ὀξὺ ἀπολήγοντα· ἐκφύεταί τε λεπτὰ καυλία ἐκ τῶν μασχαλῶν, ἐφ' ὧν ἀνθήλια κυανίζοντα μικρὰ, ὡς τὰ τῆς ἀναγαλλίδος· ῥίζα δὲ δακτύλου τὸ πάχος, ἔχουσα πολλὰς ἀποβλαστήσεις· καθόλου δέ ἐστιν ὁμοία ἡ πόα τῷ σκολοπενδρίῳ, λεπτοτέρα[64] δὲ καὶ ἐλάσσων· ταύτης ἡ ῥίζα καταπλασθεῖσα αἰγιλώπια ἰᾶται· τινὲς δὲ καὶ τὴν ἑλξίνην[65] μυὸς ὠτίδα καλοῦσιν.

Κεφ. σιέ. [Περὶ Ἰσάτιδος[66].] Ἰσάτις [ἥμερος, οἱ δὲ αὔγιον, οἱ δὲ ἔγνη, προφῆται ἀρούσιον, Ῥωμαῖοι ῥοῦταμ] ᾗ οἱ βαφεῖς χρῶνται, φύλλον ἔχει ἀρνογλώσσῳ ἐμφερὲς, λιπαρώτερον δὲ καὶ μελάντερον, καυλὸν δὲ ὑπὲρ πῆχυν[67]. Δύναται δὲ τὰ φύλλα καταπλασσόμενα πᾶν οἴδημα διαφορεῖν καὶ φύματα, καὶ ἔναιμα τραύματα κολλᾶν, αἱμοῤῥαγίας δὲ

63) Sic Oribas.; ἐπηρτημένην vulgo.

64) Sic Oribas.; λειοτέρα vulgo.

65) Sic Oribas. et Ald., Asulan., Cornar., Marcell. et Goupyl.; ἀλσίνην solus Saracen.

66) Distinguunt quidem Oribas., Serap. et vetusti codices, sed haud peculiaribus capitibus. Ergo utramque etiam uno capite complector.

67) Sic Oribas; ὑπερδίπηχυν vulgo. Serap. ὑπόπηχυν.

promit ab una radice plures, inferne subrubentes et fistulosos. Folia sunt oblonga, angusta, dorso prominulo nigricante, quorum gemina ex intervallis enascuntur, in acumen terminata. Ex axillis prodeunt tenues cauliculi, in quibus flosculi coerulei parvi, ut anagallidis. Radix digitum crassa est, multis propaginibus praedita. Est in universum herba scolopendris similis, sed gracilior ac minor. Huius radix cataplasmatis vice imposita aegilopas sanat. Sunt et qui helxinen myosotida nuncupent.

Cap. CCXV. [*De Isatide.*] Isatis [domestica, quam et augion et egne, prophetae arusion, Romani rutam appellant], qua tinctores utuntur, folium habet plantagini simile, pinguius tamen et magis nigricans, caulem vero cubito altiorem. Folia autem imposita oedema quodvis et tubercula discutere valent, cruentaque vulnera glutinare,

στέλλειν καὶ φαγεδαινικὰ καὶ ἕρπητας, ἐρυσιπέλατά τε καὶ σηπεδόνας θεραπεύειν[68].

Κεφ. σις΄. [Περὶ Ἰσάτιδος ἀγρίας.] Ἰσάτις ἀγρία [οἱ δὲ ἔγνη μικρὰ, Ῥωμαῖοι ῥοῦταμ μινόρεμ], παραπλήσια οὖσα τῇ πρὸ αὐτῆς, φύλλα ἔχει μείζονα πρὸς τὰ τῆς θρίδακος, καυλοὺς δὲ λεπτοτέρους, πολυσχιδεῖς, ὑπερύθρους, ἔχοντας ἐξ ἄκρου ὥςπερ θυλάκια γλωσσοειδῆ πολλὰ ἀποκρεμάμενα, ἐν οἷς τὸ σπέρμα· ἄνθος μήλινον, λεπτόν. Δύναται δὲ τὰ αὐτὰ τῇ πρὸ αὐτῆς, ὠφελοῦσα καὶ σπληνικοὺς πινομένη καὶ καταπλασσομένη.

[Ἐπιστατέον τὰ περὶ ἰσάτεων, ὅτι αἱ ἐκδόσεις αὗται τὸ ἐσφαλμένον ἔχουσι· τό,τε γὰρ μήλινον ἄνθος καὶ τοὺς λεπτοτέρους καὶ πολυσχιδεῖς κλάδους, καὶ τὰ ἐξ ἄκρου γλωσσοειδῆ θυλάκια, ἐν οἷς τὸ σπέρμα, ἡ ἥμερος φέρει· ἐμπεριέχεται δὲ τούτοις σπέρμα μέλαν ἐοικὸς μελανθίῳ, καὶ τὸν καυλὸν δὲ ὑπερδίπηχυν, ἀλλ᾽ οὐχ ὑπὲρ πῆχυν μόνον φέρει· ἡ δὲ ἀγρία μελάντερα ταύτης τὰ φύλλα φέρει, καὶ καυλὸν ἐλάττω καὶ παχύτερον· ἄνθος τε ἐμπόρφυρον ἢ κυανοῦν, καὶ

68) C. N. addit: καὶ πρὸς πάντα τὰ κακοήθη δραστικῶς ἀνθίσταται.

sanguinis quoque cursum sistere et phagedaenica ulcera, herpetas, erysipelata ac putria ulcera sanare.

Cap. CCXXVI. [*De Isatide sylvestri.*] Isatis sylvestris [quam alii parvam egnen, Romani rutam minorem vocant] ante dictae similis est, sed folia fert maiora, quae ad lactucae folia accedunt, caules tenuiores, ramosissimos, rubescentes, e quorum cacumine folliculi multi linguarum forma dependent, in quibus semen. Florem habet luteum, tenuem. Eadem, quae et supra dicta, praestat, sed praeterea lienosis tam pota, quam imposita auxiliatur.

[Sciendum, Isatidum descriptiones erroneas esse. Siquidem et luteum fert sativa et tenuiores ac multifidos ramulos, folliculos etiam in cacumine linguarum figura, in quibus semen. In his enim continetur semen nigrum, instar melanthii. Et caulis non unum modo sed duos etiam cubitos superat. Sylvestris nigriora, quam haec, folia profert, caulem minorem crassioremque, florem purpurascentem aut caeruleum, fructum crociformem asperum, in

καρπὸν σταυροειδῆ, τραχὺν, ἐν ᾧ τὸ σπέρμα φυλλαρίοις μικροῖς ἀνὰ πέντε ἴσοις οἱονεὶ διειλημμένον.]

Κεφ. σιζ΄. [Περὶ Τηλεφίου.] Τηλέφιον [οἱ δὲ ἀείζωον ἄγριον, οἱ δὲ καὶ ταύτην ἀνδράχνην ἀγρίαν 69) καλοῦσι, Ῥωμαῖοι ἰλλέκεβραμ Αἰγύπτιοι ἀνὼθ, Ἀφροὶ ἀτιρτόπουρις.] τοῦτο καὶ τοῖς φύλλοις καὶ τῷ καυλῷ ἔοικεν ἀνδράχνῃ 70)· μασχάλας ἔχον δύο 71) παρ' ἕκαστον γόνυ τῶν φύλλων ἐμφυομένας, ἀφ' ὧν κλωνία ϛ΄ ἢ ζ΄ 72), ἀπὸ τῆς ῥίζης πλήρη φύλλων 73) παχέων τε καὶ σαρκωδῶν καὶ γλισχρῶν· ἄνθη 74) λευκά· φύεται δὲ ἐν ἀμπελῶσι καὶ τόποις ἐργασίμοις ἔαρος· θεραπεύει δὲ καταπλασσόμενα τὰ φύλλα ἐπὶ ὥρας ἓξ λεύκην· δεῖ δὲ μετὰ ταῦτα ὠμῇ λύσει χρῆσθαι· αἴρει δὲ καὶ ἀλφοὺς ἐπιχρισθέντα σὺν ὄξει ἐν ἡλίῳ· δεῖ μέντοι μετὰ τὸ ἀποξηρανθῆναι αὐτὰ ἀποψᾶν.

69) C. οἱ δὲ σίλφυτον. 70) C. add. ἀγρίᾳ.

71) C. add. ἔνδον.

72) Matthiol. interpositum legit στενὰ, λεπτά.

73) Solus cod. Ald. addit κυανοειδῶν, quod nec Vindobonenses, nec Oribas., nec Plinius habent.

74) Μήλινα, quod cum Ald. editt. omnes, nec apud Oribas. nec in codd. C. N. X.

quo semen foliolis quinis exiguis aequalibus quasi discretum percipitur.]

Cap. CCXVII. [*De Telephio.*] Telephium: [quibusdam sempervivum sylvestre, aliis et haec portulaca sylvestris dicitur, Romanis illecebra, Aegyptiis anoth, Afris atirtopuris.] Hoc et foliis et caule portulacam refert: axillas vero binas habet, singulis foliorum geniculis adnatas, e quibus cauliculi seni aut septeni. Qui vero e radice proveniunt, foliis obtecti sunt crassis, carnosis viscosisque: flores sunt albi. Nascitur in vineis locisque cultis. Folia ad senas horas imposita vitiliginem albam sanant: oportet autem postea farinam crudam adhibere. Tollunt et alphos, ex aceto in sole illita: sed ubi inaruerint, abstergi ea oportet.

ΒΙΒΛΙΟΝ Γ.

Ἐν μὲν τοῖς πρὸ τούτου βιβλίοις, φίλτατε Ἄρειε, παρεδώκαμεν περὶ ἀρωμάτων καὶ μύρων καὶ ἐλαίων καὶ δένδρων καὶ τῶν ἀπ' αὐτῶν καρπῶν τε καὶ δακρύων, ἔτι τε ζώων καὶ σιτηρῶν καὶ λαχάνων καὶ τῶν δριμύτητα κεκτημένων βοτανῶν· ἐν δὲ τούτῳ, τρίτῳ ὑπάρχοντι, περὶ ῥιζῶν καὶ χυλισμάτων καὶ βοτανῶν καὶ σπερμάτων συμφύλων τε καὶ φαρμακωδῶν ἐπελευσόμεθα.

Κεφ. α΄. [Περὶ Ἀγαρικοῦ.] Ἀγαρικὸν ῥίζα φέρεται σιλφίῳ ἐμφερὴς, οὐ πυκνὴ τὴν ἐπιφάνειαν, ὥσπερ τὸ σίλφιον, ἀραιὰ δέ ἐστιν ὅλη· ἔστι δὲ τὸ μὲν αὐτοῦ ἄῤῥεν, τὸ δὲ θῆλυ· ὧν διαφέρει τὸ θῆλυ ἔχον κτηδόνας εὐθείας ἐντός· τὸ δὲ ἄῤῥεν περιφερές ἐστι καὶ πανταχόθεν συμφυές· γεύσει δ' ἀμφότερα ὅμοια· καταρχὰς μὲν γλυκάζοντα, εἶτα ἐξ ἀναδόσεως ἔμπικρα· γεννᾶται δὲ ἐν τῇ Ἀγαρίᾳ[1] τῆς Σαρματι-

1) ἀγρίᾳ vulgo. Goupylus primus Ἀγαρίαν posuit propter Ἄγαρον ποταμὸν καὶ ἄκραν in finibus Sarmatiae ad paludem Maeoticam.

LIBER III.

In prioribus quidem libris, amicissime Aree, praecepimus de aromatibus, unguentis, oleis, arboribus, earum fructibus lacrimisque: dein de animalibus, cerealibus, oleribus et acrimonia praeditis herbis. Iam in hoc tertio de radicibus, succis, herbis et seminibus, tum nostrae naturae familiaribus, tum etiam medicamentosis pergemus.

Cap. I. [*De Agarico.*] Agaricum radix dicitur silphii similis, non tamen densa summa facie, ut silphium, sed tota rarior. Alterum est mas, femina alterum. Differt vero femina lamellis rectis, quae intus habet. Mas subrotunda forma et concreta compage distinguitur. Similis tamen utrique gustus, scilicet initio dulcis, mox, ubi per os diffundi coeperit, amaricans. Gignitur in Agaria

κῆς· λέγουσι δὲ οἱ μὲν, φυτοῦ ῥίζαν εἶναι, τινὲς δὲ, ἐν τοῖς στελεχέσι τῶν δένδρων κατὰ σῆψιν γίνεσθαι, ὥσπερ οἱ μύκητες· γεννᾶται δὲ καὶ ἐν τῇ κατὰ τὴν Ἀσίαν Γαλατίᾳ καὶ Κιλικίᾳ ἐπὶ τῶν κέδρων [2], εὔθρυπτον μέντοι καὶ ἀσθενές. Τὴν μέντοι δύναμίν ἐστι στυπτικὸν, θερμαντικὸν, ποιοῦν πρός τε στρόφους καὶ ὠμότητας, ῥήγματά τε καὶ πτώματα [3]· ὀβολῶν δὲ δυοῖν πλῆθος διδόμενον μετ' οἰνομέλιτος ἀπυρέτοις· πυρέσσουσι δὲ ἐν μελικράτῳ· καὶ ἡπατικοῖς δὲ καὶ ἀσθματικοῖς καὶ ἰκτεριῶσι [4] καὶ δυσεντερικοῖς καὶ νεφριτικοῖς καὶ δυσουροῦσι καὶ ὑστερικαῖς πνιξὶ καὶ κακοχροίαις < α' διδόμενον· φθισικοῖς δὲ μετὰ γλυκέος, σπληνικοῖς δὲ μετ' ὀξυμέλιτος· καὶ στομαχικοῖς, ὡς ἔστι διαμασσώμενον καὶ καταπινόμενον, μηδενὸς ὑγροῦ ἐπιῤῥοφουμένου, ὁμοίως δὲ καὶ ὀξυρεγμιῶσιν· ἵστησι δὲ καὶ αἵματος ἀναγωγὰς, ὁλκῇ τριωβόλου μεθ' ὕδατος λαμβανόμενον· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς ἰσχίων καὶ ἄρθρων ἀλγήματα καὶ ἐπιληψίας, μετ' ὀξυμέλιτος λαμβανόμενον τὸ ἴσον πλῆθος· ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα καὶ ταῖς ἐμ-

2) *δένδρων* legit Oribas.
3) *σπάσματα* legit Marcellus.
4) *λειεντεριῶσι* legit Marcellus.

Sarmaticae terrae. Sunt vero, qui plantae radicem habeant, alii, uti fungos, e truncis arborum putrescentibus nasci. Provenit et in Galatia Asiae et Cilicia in cedris, sed friabile et infirmum. Gaudet quidem vi astringente et calefaciente: efficax est contra tormina, cruditates, rupta et casus ab alto. Datur binis obolis ex vino mulso iis, qui febrim non habent: febricitantibus vero in aqua mulsa: itemque hepaticis, anhelantibus, ictericis, dysentericis, nephriticis, urinae difficultate vexatis, utero strangulatis et foede decoloratis drachmae pondere exhibetur; phthisicis autem ex passo et lienosis in aceto mulso. A stomachicis vero per se manditur et devoratur, citra liquoris cuiusdam sorbitionem: simili quoque modo datur acidum eructantibus. Sistit et sanguinis reiectiones, ternis obolis ex aqua sumtum. Facit et ad coxendicum articulorumque dolores et comitialem morbum, si cum aceto mulso pari pondere sumatur. Menses quoque ciet, ac inflatione uteri

πνευματουμέναις ὑστέραν γυναιξὶν ὠφελίμως τὸ ἴσον δίδοται· λύει δὲ καὶ ῥίγος πρὸ τῆς ἐπισημασίας διδόμενον· καθαίρει δὲ καὶ κοιλίαν < α' ἢ β', μετὰ μελικράτου πινόμενον· ἔστι τε καὶ θανασίμων ἀντίδοτον μετὰ κράματος, < μιᾶς ὁλκῇ λαμβανόμενον· καὶ πρὸς ἑρπετῶν δὲ πληγὰς καὶ δήγματα, ὁλκῇ τριωβόλου μετ' οἴνου πινόμενον βοηθεῖ· καὶ καθόλου πρὸς τὰ ἐντὸς πάντα πάθη ἁρμόζει, πρὸς δύναμιν καὶ ἡλικίαν διδόμενον, οἷς μὲν μεθ' ὕδατος, οἷς δὲ μετ' οἴνου, οἷς δὲ μετ' ὀξυμέλιτος ἢ μελικράτου.

Κεφ. β'. [Περὶ Ῥᾶ.] Ῥᾶ, οἱ δὲ ῥῆον καλοῦσι [οἱ δὲ ῥίαν, Ῥωμαῖοι ῥαπόντικουμ] γεννᾶται ἐν τοῖς ὑπὲρ Βόσπορον τόποις, ὅθεν καὶ κομίζεται· ῥίζα ἔξωθεν μέλαινα, κενταυρίῳ τῷ μεγάλῳ ἐοικυῖα, μικροτέρα μέντοι καὶ ἐνερευθεστέρα, ἄοσμος, χαύνη, ὑπόκουφος· ἔστι δὲ αὐτοῦ κράτιστον τὸ ἀτερηδόνιστον, ἔγγλισχρόν τε κατὰ τὴν γεῦσιν μετὰ ἀνειμένης στύψεως, διαμασσηθέν τε ἔνωχρον καὶ κροκίζον ποσῶς τῷ χρώματι. Ποιεῖ δὲ πινόμενον πρὸς ἐμπνευματώσεις στομάχου, ἀτονίαν, ἄλγημα παντοῖον, σπάσματα [5], σπληνικούς,

5) Lacuna addit καὶ ῥήγματα.

vexatis mulieribus utiliter pari pondere exhibetur. Solvit et rigorem febrilem, ante accessum datum. Sed et alvum purgat drachma una aut altera, si cum aqua mulsa bibatur. Est et venenis pro antidoto, drachmae unius pondere cum diluta vini potione sumtum. Quin et serpentium ictibus ac morsibus tribus obolis ex vino potum auxiliatur. Generatim vero ad omnes internos affectus accommodatum est, pro virium et aetatis ratione exhibitum, his ex aqua, illis ex vino, aliis ex aceto mulso, nonnullis denique ex aqua mulsa.

Cap. II. [*De Rha.*] Rha, quod nonnulli rheum [alii riam, Romani rhaponticum dicunt] provenit in regionibus supra Bosporum, unde et affertur. Radix foris nigra, centaurio magno similis, sed minor ac intus rubicundior, sine odore, laxa et aliquantum levis. Optimum habetur, quod vermes non tentarunt, subglutinosum gustu cum remissa astrictione, si manditur vero, pallidum et subcroceum. Id epotum facit ad inflationes, stomachi imbecillitatem et omne genus doloris, ad convulsiones, sple-

ἡπατικοὺς, νεφριτικοὺς, στροφουμένους καὶ τὰ περὶ κύστιν καὶ θώρακα, καὶ ὑποχονδρίων ἐντάσεις καὶ τὰ περὶ ὑστέραν πάθη, ἰσχιάδας, αἵματος πτύσεις, ἄσθματα, λυγμοὺς, δυςεντερίας, κοιλιακὰς διαθέσεις, καὶ περιόδους, καὶ θηρίων δήγματα· δώσεις δὲ ὁμοίως τῷ ἀγαρικῷ πρὸς ἕκαστον πάθος, τῇ αὐτῇ ὁλκῇ, καὶ ὑγροῖς χρώμενος, μετ᾽ οἰνομέλιτος μὲν ἀπυρέτοις, πυρέσσουσι δὲ μετὰ μελικράτου, φθισικοῖς μετὰ γλυκέος, σπληνικοῖς μετ᾽ ὀξυμέλιτος[6]· αἴρει δὲ καὶ πελιώματα καὶ λειχῆνας, μετ᾽ ὄξους καταχρισθέν· καὶ φλεγμονὰς πάσας διαχεῖ χρονίας, σὺν ὕδατι καταπλασσόμενον· ἡ δὲ ἀνωτάτω αὐτοῦ δύναμις στυπτικὴ μετὰ ποσῆς θερμασίας.

Κεφ. γ΄. [Περὶ Γεντιανῆς.] Γεντιανὴ [οἱ δὲ κενταύρειος ῥίζα, οἱ δὲ ἀλόη γαλλικὴ, οἱ δὲ νάρκη, οἱ δὲ χειρώνειον, Δάρδανοι ἀλοΐτις, Ῥωμαῖοι γενοὺς, οἱ δὲ κικένδια, οἱ δὲ κυμιναλίς] δοκεῖ μὲν ὑπὸ πρώτου εὑρῆσθαι Γέντιδος, Ἰλλυριῶν βασιλῆος, ἀφ᾽ οὗ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔσχηκεν· ἧς τὰ

6) In Aldina et sequentibus editionibus interponuntur e priori capite: στομαχικοῖς — ἐπιῤῥοφουμένου, quae omnino desunt in Serap. et in codd. C. N. X.

neticos, hepaticos, nephriticos, torminosos, itemque adversus vesicae et pectoris vitia, distentiones hypochondriorum, ad uteri affectus, coxendicis dolores, sanguinis reiectiones, anhelationes, singultus, intestinorum difficultates, coeliacos affectus, febrium circuitus, et venenatorum morsus. Dabis vero ad singulos affectus eodem, quo agaricum, pondere et cum iisdem liquoribus: scilicet febre carentibus in vino mulso, febrientibus ex aqua mulsa, tabidis ex passo, lienosis ex aceto mulso. Tollit quoque livida sugillata et lichenes cum aceto illitum: ac inflammationes omnes veteres ex aqua impositum dissipat. Ceterum summa ipsius vis astringens est cum aliquanto calore.

Cap. III. [*De Gentiana.*] Gentiana [quam nonnulli radicem centauriam, alii aloën gallicam aut narcen, chironium etiam, Dardani aloïtem, Romani genum, aut cicendiam et cyminalem vocant] primum inventa creditur a Gentio, Illyriorum rege, a quo etiam cognomen tulit.

φύλλα τὰ μὲν πρὸς τῇ ῥίζῃ καρύᾳ[7] ἢ ἀρνογλώσσῳ ὅμοια, ὑπέρυθρα· τὰ δὲ ἐν μέσῳ τῷ καυλῷ, καὶ μάλιστα τὰ κατ᾽ ἄκρον ἐσχισμένα μικρῶς[8]· καυλὸς δὲ κενὸς, λεῖος, τὸ πάχος δακτύλου, τὸ δὲ ὕψος δίπηχυς, γόνασι διειλημμένος, ἐκ διαστημάτων μειζόνων περικείμενος τὰ φύλλα· καρπὸν δὲ ἔχων ἐν κάλυξι πλατὺν, κοῦφον, ἀχυρώδη, πρὸς τὸν τοῦ σφονδυλίου· ῥίζαν μακρὰν, ὁμοίαν ἀριστολοχίᾳ τῇ μακρᾷ, παχεῖαν, πικράν[9]· γεννᾶται δὲ ἐν ὑψηλοτάταις ἀκρωρείαις[10] καὶ συσκίοις τόποις καὶ ἐνύδροις. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ ῥίζα θερμαντικὴν, στυπτικήν[11]· βοηθεῖ δὲ θηριοδήκτοις ποτιζομένη < β΄ τὸ πλῆθος, μετὰ πεπέρεως καὶ πηγάνου καὶ οἴνου· τοῦ δὲ χυλίσματος ὅσον < α΄· καὶ πρὸς ὀδύνας πλευρῶν, καὶ πτώματα, ῥήγματά τε καὶ σπάσματα[12]· εὐθετεῖ καὶ ἡπατικοῖς καὶ στομαχικοῖς, πινομένη μεθ᾽ ὕδατος· ἐκβάλλει

7) C. κεραίᾳ.

8) N. μακρῶς. Unde facile mihi persuaderem, esse potius legendum: ἐσχισμένα. μακρὸς δὲ ὁ καυλὸς, κενὸς etc. Sed obstant Oribas. et Serap., qui ita legerunt. Folia cum calycibus commutasse videtur auctor.

9) C. et N. non habent παχεῖαν, πικράν.

10) C. ἀκρωτηρίοις.

11) Dodon. mavult ῥυπτικήν, sed sine fide codd. Utrumque retinendum esse vult C. Hofm. var. lect. 4, 25.

12) Goupyl. legit στρέμματα.

Huius folia, quae quidem proxime radicem sunt, iuglandi plantaginive similia, subrubentia, quae vero in medio sunt caule, maximeque in apice, minute fissa sunt. Caulis inanis, laevis, digitum crassus, bicubitalis, geniculis distinctus et maioribus ex intervallis foliis circumdatus. Semen vero habet in calycibus (capsulis) latum, leve, paleaceum, quod ad sphondylii semen accedit. Radix longa, qualis aristolochiae longae, crassa et amara. Nascitur in celsissimis montium iugis, locis umbrosis aquosisque. Vis radicis calefaciens et astringens. Iuvat autem contra venenatorum morsus duabus drachmis ex pipere et ruta in vino pota. Succi expressi drachma ad laterum dolores, lapsus e sublimi, rupta et convulsa prodest. Idonea etiam est ad hepatis stomachique affectus, dum cum aqua bibitur.

δὲ ἔμβρυα ἡ ῥίζα, ὡς κολλύριον προστιθεμένη· ἔστι δὲ καὶ τραυματική, ἐπιτιθεμένη ὡς τὸ λύκιον[13], ὑπονόμων τε ἑλκῶν ἴαμα, καὶ μάλιστα τὸ χύλισμα, καὶ ὀφθαλμῶν ἐπίχρισμα φλεγμαινόντων· μίγνυται δὲ καὶ εἰς τὰ δριμέα τῶν κολλυρίων τὸ χύλισμα ἀντὶ μηκωνίου[14]· ἔστι δὲ καὶ ἀλφῶν σμηκτικὴ ἡ ῥίζα· χυλίζεται δὲ θλασθεῖσα καὶ βραχεῖσα ἐν ὕδατι ἐπὶ ἡμέρας έ· εἶτα ἑψηθεῖσα ἐν τῷ ὕδατι, ἄχρις ἂν ὑπερέχωσιν αἱ ῥίζαι, καὶ μετὰ τὸ ψυγῆναι[15] τὸ ὕδωρ διηθεῖται δι' ὀθονίου· καὶ ἕψεται ἄχρις ἂν γένηται μελιτῶδες τῇ συστάσει, καὶ ἀποτίθεται ἐν ὀστρακίνῳ ἀγγείῳ.

Κεφ. δ'. [Περὶ Ἀριστολοχίας.] Ἀριστολοχία ὠνόμασται μὲν ἀπὸ τοῦ δοκεῖν ἄριστα βοηθεῖν ταῖς λοχοῖς[16]· ἔστι δὲ ἡ μὲν στρογγύλη, θήλεια καλουμένη, φύλλα δὲ ἔχει κισσοειδῆ, εὐώδη μετὰ δριμύτητος, ὑποστόγγυλα, ἁπαλὰ, παρὰ[17] πολλοῖς βλαστοῖς ἐν μιᾷ ῥίζῃ[18]· τὰ δὲ κλήματα ἐπιμήκη[19],

13) Serap. legit σὺν λυκίῳ. Cf. C. Hofm. var. lect. 4, 27.
14) C. κωνείου.
15) C. ψυγέν.
16) Cornar. et Goupyl. λοχείαις.
17) C. περὶ.
18) C. ἐκ μιᾶς ῥίζης.
19) C. ὑπομήκη.

Radix collyrii modo subdita fetus eiicit: vulneraria quoque est, sicut lycium (cum lycio) imposita, et ulcerum cuniculatim depascentium praesidium est, maxime succus, qui et oculis inflammatis illinitur. Miscetur et succus acrioribus collyriis pro meconio. Radix et alphos absterget. Extrahendi autem succi ratio haec est: Contusa radix per dies quinque aqua maceratur, post in eadem coquitur, donec emineant radices: ac ubi refrixit aqua, linteo excolatur, dein coquitur ad mellis spissitudinem fictilique vase reconditur.

Cap. IV. [*De Aristolochia.*] Aristolochia nomen inde accepit, quod optimum praebere auxilium puerperis creditur. Est autem quaedam rotunda, femina dicta. Haec habet folia hederacea, odorata cum acrimonia, subrotunda, mollia, cum multis ab una radice germinibus. Sunt

ἄνθη λευκὰ, οἱονεὶ πιλίσκους· τὸ δὲ ἐν αὐτοῖς ἐρυθρὸν, δυςῶδες.

(Κεφ. ε΄.) Ἡ δὲ μακρὰ ἀριστολοχία ἄῤῥην καλεῖται καὶ δακτυλῖτις, [οἱ δὲ μηλόκαρπον, οἱ δὲ τεύξινον, Ῥωμαῖοι ἕρβα ἀριστολόχια] φύλλα ἔχουσα ἐπιμηκέστερα τῆς στρογγύλης· κλωνία λεπτὰ, ὡς σπιθαμῆς τὸ μέγεθος, ἄνθος πορφυροῦν, δυςῶδες, ὅπερ ἐξανθῆσαν ἀπίῳ παραπλήσιον γίνεται. Ῥίζα δὲ τῆς μὲν στρογγύλης περιφερὴς, γογγυλίδι ὁμοία· ἡ δὲ τῆς μακρᾶς δακτύλου ἔχει τὸ πάχος, σπιθαμιαῖα ἢ καὶ μείζων· ἀμφότεραι δὲ τὰ πολλὰ πυξοειδεῖς ἔνδοθεν, πικραί τε τὴν γεῦσιν καὶ βρωμώδεις.

(Κεφ. ς΄.) Ἔστι δέ τις καὶ τρίτη μακρὰ, ἥτις καὶ κληματῖτις καλεῖται, κλωνία ἔχουσα λεπτὰ, φύλλοις ὑποστρογγύλοις, ἀειζώου μικροῦ[20] ἐοικόσι περίπλεα, ἄνθη ἐοικότα πηγάνῳ[21], ῥίζας μακροτέρας, λεπτὰς, φλοιὸν ἐχούσας παχὺν καὶ ἀρωματίζοντα, ἰδίως χρησιμευούσας μυρεψοῖς εἰς τὰς τῶν μύρων στύψεις· ποιεῖ μὲν πρὸς τὰ ἄλλα φάρμακα

20) Et Oribas. et Serap. et omnes codd. sic exhibent; ἀσάρου coniecerunt Anguill. et Dodon.

21) Pari consensu manifestus hic error stabilitur: ni forte color intelligatur.

vero sarmenta elongata, flores albidi, pileolorum ad instar, in quibus quod rubicundum est, graviter olet.

(Cap. V.) Longa aristolochia mascula appellatur et dactylitis [melocarpon etiam et teuxinon] foliis gaudet, quam rotunda, oblongioribus, ramulis tenuibus, fere dodrantalibus, flore purpureo, graveolente, qui, ubi defloruit, pyro similis evadit. Rotundae radix orbiculata, velut rapum. Longae vero digitum crassa, dodrantem aequat longitudine vel superat. Utraque colore intus buxeo, gustu amarae sunt ac virosae.

(Cap. VI.) Est et tertia longa, quae et clematitis nominatur, ramulos habet tenues, foliis refertos subrotundis, sempervivo minori similibus, flores rutae (colorem?) referentes, radices longiores, tenues, cortice crasso aromaque reddente vestitas, quae speciatim unguentariis ad spissamenta unguentorum conducunt. Ceteris quidem

ἡ στρογγύλη, πρὸς δὲ τὰ ἑρπετὰ καὶ θανάσιμα ἡ μακρὰ, < α' ὁλκὴ πινομένη μετ' οἴνου καταπλαττομένη· καὶ τὰ ἐν μήτρᾳ συνιστάμενα πάντα λόχια καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα ἐκβάλλει, ποθεῖσα μετὰ πεπέρεως καὶ σμύρνης· καὶ ἐν πεσσῷ δὲ προςτεθεῖσα τὰ αὐτὰ δρᾷ· ἡ δὲ στρογγύλη ποιεῖ μὲν πρὸς ἃ καὶ ἡ προειρημένη· ἐκ περισσοῦ δὲ βοηθεῖ ἄσθματι, λυγμῷ, ῥίγει, σπληνὶ, ῥήγμασι, σπάσμασιν, ἀλγήμασι πλευρᾶς, ποθεῖσα μεθ' ὕδατος· ἀνάγει δὲ καὶ σκόλοπας, ἀκίδας· λεπίδας ὀστῶν καταπλασσομένη ἀφίστησι· καὶ σηπεδόνας περιχαράσσει καὶ τὰ ῥυπαρὰ περικαθαίρει ἕλκη· καὶ τὰ κοῖλα πληροῖ[22] σὺν ἴριδι καὶ μέλιτι· σμήχει δὲ καὶ οὖλα καὶ ὀδόντας· δοκεῖ δὲ καὶ ἡ κληματῖτις πρὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖν· ἐλαττοῦται μέντοι τῇ δυνάμει τῶν προειρημένων.

[[23] Καλεῖται δὲ αὕτη καὶ ἀράριζα, καὶ μελεκάπρουμ, καὶ ἐφέστιος[24], καὶ λεστῖτις, καὶ πυξιόνυξ, καὶ δάρδανος, καὶ ἰοντῖτις[25]. Γάλλοι δὲ καλοῦσιν αὐτὴν θέξιμον, Αἰγύ-

22) C. et Lacuna σαρκοῖ.

23) Sequentia Aldinae inserta in pluribus codd. desiderantur.

24) Sic editt. omnes, praeter Sarac., qui Ἐφέσιος.

25) His addit C. οἱ δὲ φευσίκτερος, οἱ δὲ ἐρεχθίτης, Δάρδανος σωπῖτις.

venenis resistit rotunda: sed longa contra serpentes et letifera drachmae pondere ex vino bibitur ac etiam imponitur. Pota, pipere et myrrha additis, purgamenta omnia post partum in utero relicta, menses et fetus eiicit. Eadem quoque efficit subdita in pesso. Sed et rotunda ad eadem, ad quae antedicta, est efficax. Eximium vero adminiculum praebet anhelationibus, singultibus, rigori (febrili), lieni, ruptis, convulsis, lateris doloribus, pota cum aqua. Extrahit et imposita spinas et aculeos, ossiumque squamas removet. Ulcera quoque putrida emarginat, sordidaque expurgat, et cava cum iride ac melle explet. Gingivas denique ac dentes extergit. Creditur et clematitis ad eadem pollere, sed efficacia tamen cedit antedictis.

[Vocatur et haec arariza, et melecaprum, et domestica, et lestitis, et pyxionyx, et dardanos, et iontitis; Galli dicunt eam theximon, Aegyptii sophoëph, Siculi

πτιοι δὲ σοφοὲφ[26], Σικελοὶ δὲ χαμαίμηλον, Ἰταλοὶ τέρραι μάλα, Δακοὶ ἀψίνθιον χωρικόν· γίνεται εἰς τόπους ὀρεινοὺς καὶ θερμοὺς καὶ ὁμαλοὺς, ἢ τραχεῖς καὶ πετρώδεις· ποιεῖ δὲ πρὸς πυρετὸν βαρὺν οὕτως· ἀριστολοχίᾳ ἐπ᾿ ἀνθράκων κάπνισον τὸν πυρέσσοντα καὶ παυθήσεται ὁ πυρετός· τραύματα ἐπιπλασσομένη ἴᾶται· μετὰ δὲ κυπείρου καὶ δρακοντίου σπέρματος καὶ μέλιτος τοῖς ἐν ῥινὶ καρκινώμασι βοηθεῖ, μετ᾿ ἐλαίου δὲ ἢ ὑείου στέατος ἑψηθεῖσα ῥίγη συγχριομένη θεραπεύει[27]. Καὶ Κρατεύας ὁ ῥιζοτομικὸς καὶ Γάλλος τὰ αὐτὰ περὶ αὐτῆς εἰρήκασι, καὶ ὅτι τοῖς ποδαγρικοῖς ὠφελεῖ.]

Κεφ. ε΄. (ζ΄.) [Περὶ Γλυκυῤῥίζης.] Γλυκυῤῥίζη [οἱ δὲ ποντικὴ, οἱ δὲ γλυκήρατον, οἱ δὲ σύμφυτον, οἱ δὲ λεόντικα, οἱ δὲ γλυκύφυτον, οἱ δὲ σκύθιον, οἱ δὲ ἄδιψον, οἱ δὲ συλίθρα, οἱ δὲ λιβυεστασὼ, οἱ δὲ ὁμοινόμοιος, οἱ δὲ πεενθαόμοιος, Ῥωμαῖοι δούλκις ῥάδιξ·] ἔστι δὲ θαμνίσκος[28], ῥάβδους ἔχων διπήχεις, περὶ οὓς τὰ φύλλα πυκνὰ, ἐοικότα

26) C. σοβόν.

27) Quae sequuntur, Asulanus addidit. In cod. C. Cratevae ipsius verba citantur, sed sunt fere eadem, quae supra in textu.

28) C. θαμνός.

chamaemelum, Itali terrae malum, Daci absinthium rusticum. Nascitur locis montosis et calidis, iisque planis, aut etiam asperis et rupestribus. Ad febrem gravem ita efficax est, ut si ipsa carbonibus iniecta febriens suffiatur, febris desinat. Vulnera impositu sanat. Cum cypero, dracunculi semine ac melle narium carcinomatis auxiliatur: rigoribus medetur cocta in oleo aut adipe suillo ac illita. Eadem Cratevas herbarius et Gallus de ipsa prodiderunt, et praeterea eam podagricis auxiliari.]

Cap. V. (VII.) [*De Glycyrrhiza.*] Glycyrrhiza [quam et ponticam et glyceraton et symphyton et leonticam, glycyphyton etiam et scythion, tum siti resistentem ac sylithram, alii libyestaso, alii homoenomoeos aut peenthaomoeos, Romani denique dulcem radicem appellant] nascitur plurima in Cappadocia et Ponto. Est vero fruticulus, ramis bicubitalibus, circa quos folia conferta, len-

σχίνῳ; λιπαρὰ καὶ κολλώδη ἁψαμένῳ· τὸ δὲ ἄνθος ὑακίνθῳ ὅμοιον· καρπὸς δὲ πλατάνου σφαιρίων μέγεθος, τραχύτερον, λοβοὺς ἔχων ὡς φακοῦ [29], πυῤῥούς, μικρούς· ῥίζαι μακραὶ, πυξοειδεῖς ὡς γεντιανῆς, ὑπόστρυφνοι, γλυκεῖαι, χυλιζόμεναι, ὥςπερ τὸ λύκιον· ποιεῖ δὲ τὸ χύλισμα πρὸς τραχύτητας ἀρτηρίας· δεῖ δὲ ὑποτιθέντας τῇ γλώττῃ ἀποχυλίζειν· ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς καῦσον στομάχου, καὶ πρὸς τὰ ἐν θώρακι καὶ ἥπατι [30]· ψωριάσεις τε κύστεως καὶ νεφρίτιδας πινόμενον μετὰ γλυκέος· ἄδιψόν τέ ἐστιν χυλιζόμενον καὶ τραυματικὸν [31] περιχριόμενον, καὶ στοματικὸν [32] διαμασσώμενον· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ τῶν ῥιζῶν προςφάτων [33] πρὸς τὰ αὐτὰ ἁρμόζει· ἡ δὲ ῥίζα ξηρὰ λειοτριβηθεῖσα [34] πτερυγίοις κατάπαστός [35] ἐστιν ἐπιτήδειος.

Κεφ. ϛ΄. (η΄.) [Περὶ Κενταυρίου τοῦ μεγάλου.] Κενταύριον μέγα, οἱ δὲ νάρκην καλοῦσι, [οἱ δὲ λιμνήσιον, οἱ

29) Sic Oribas., Asulan. et sequ.; φακοὺς vero Serap., Ald. et cod. C.
30) C. N. καὶ ἡπατικούς.
31) N. τραυματικοῖς.
32) Marcell. sic ex Plin. 22, 11. Vulgo στομαχικὸν, quod habet et Serap.
33) Sic Serap. et Sarac.; προςφάτως Ald., Asulan., Marcell., Cornar. et Goupyl.
34) C. λεῖα.
35) Sarac. e Serap. loco vulg. κατάπλαστος.

tisci similia, nitida tactuque glutinosa. Flos hyacinthi (colorem) habet: fructus in glomera, platani globulorum magnitudine (congestas), asperior tamen, legumina sistit, ut lenticula, rufa, parva. Radices sunt longae, buxei coloris, uti gentiana, subausterae ac dulces, e quibus succus lycii modo elicitur. Facit is ad asperitates fistulae spiritalis, sed opus est, linguae subditus eliquescat. Aestuanti stomacho ac thoracis iecinorisque vitiis subvenit; nec non ad vesicae scabiem renumque vitia utiliter ex passo bibitur. Idem eliquatus sitim sedat, illitus vulneribus accommodatur, ac commanducatus prodest oris affectibus. Quin et recentium radicum decoctum ad eadem convenit. Arida vero radix, ad laevorem trita, pterygiis commode inspergitur.

Cap. VI. (VIII.) [*De Centaurio magno.*] Centaurium magnum, quod aliqui narcen appellant [non-

δὲ μαρώνην, οἱ δὲ πελεθρόνιον[36], οἱ δὲ χειρωνιὰς, οἱ δὲ λίμνηστις, προφῆται αἷμα Ἡρακλέους, Ῥωμαῖοι φιεῤῥεὶ, οἱ δὲ οὐνεφέρα, οἱ δὲ φελλεραί·] φύλλα ἔχει καρύᾳ βασιλικῇ ὅμοια, προμήκη, χρώματι χλωρὰ ὡς κράμβης· τὸ δὲ περιφερὲς αὐτῶν ἐντέτμηται, ὥσπερ πρίων· καυλὸν δὲ ἔχει ὡς λαπάθου, δίπηχυν ἢ καὶ τρίπηχυν, παραφυάδας ἀπὸ τῆς ῥίζης ἔχοντα πολλὰς, ἐφ' ὧν κεφαλαὶ ὅμοιαι μήκωνι, ὑπομήκεις ἐν τῷ περιφερεῖ· ἄνθος κυανίζον· καρπὸς δὲ ὅμοιος κνίκῳ, ἐγκείμενος ὥςπερ ἐν ἐριώδεσι τοῖς ἄνθεσι· ῥίζα παχεῖα, στεῤῥὰ, βαρεῖα, περὶ πήχεις δύο, μεστὴ χυλοῦ, δριμεῖα μετὰ ποσῆς στύψεως καὶ γλυκύτητος, ὑπέρυθρος· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ χυλὸς ἐρυθρός[37]· Φιλεῖ δὲ λιπαρὰν γῆν, εὐήλιον, καὶ δρυμοὺς καὶ γεώλοφα· πλεονάζει δὲ ἐν Λυκίᾳ καὶ Πελοποννήσῳ, ἐν Ἤλιδι καὶ Ἀρκαδίᾳ καὶ Μεσσηνίᾳ[38], καὶ περὶ Φολόην καὶ Λύκαιον[39] καὶ Σμύρνην· ἁρμόζει δὲ ἡ ῥίζα ῥήγμασι, σπάσμασι, πλευριτικοῖς, δυσπνοίᾳ, βηχὶ παλαιᾷ, αἱμοπτοϊκοῖς·

36) Sic. Marcell. loco vulg. *πληκτρονιάς.* Cf. Plin. 7, 56. Virg. Georg. 3, 115.

37) Haec ultima habent codd. C. et N. et Serap., omissa in editt.

38) *Μεσσήνη* Oribas. et Ald.

39) *Λύκαιον ὄρος ἐν Ἀρκαδίᾳ,* cum *Φολόῃ* iunctum. Strab. lib. 8. p. 320. Tzsch. Vulgo *Λυκίαν,* quod brevi ante iam dicebatur.

nulli limnesion aut maronen, pelethronium etiam, chironicem, limnestin, prophetae sanguinem Herculis, Romani fierri, uvifera aut fel terrae vocant] folia habet iuglandi similia, elongata, viridi brassicae colore, in ambitu serrata; caulem vero rumicis ad instar, bi-aut tricubitalem, propaginibus multis a radice, in quibus capita ceu papaveris, rotundo-oblonga: flos coeruleus: fructus cnico similis, velut laneis flosculis involutus. Radix est crassa, solida, ponderosa, ad binos cubitos, succi plena, acris cum quadam astrictione ac dulcedine, rubescens, sicut et succus ipse ruber est. Amat solum pingue et apricum ac sylvas et colles. Copiose nascitur in Lycia, Peloponneso, Helide, Arcadia et Messenia, in montibus Pholoë et Lycaeo, ac circa Smyrnam. Apta est radix ad rupta, convulsa, pleuritides, spiritus difficultatem, tusses

ἀπυρέτοις μετ' οἴνου, πυρέσσουσι δὲ μεθ' ὕδατος < β' πλῆθος τῆς ῥίζης λείας διδομένης· πρὸς στρόφους ὁμοίως καὶ ὑστέρας ἀλγήματα· ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα εἰς σχῆμα κολλυρίου ξυσθεῖσα καὶ προστεθεῖσα τῇ ὑστέρᾳ· ὅ τε χυλὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖ· ἔστι δὲ καὶ τραυματική, ὑγρὰ μὲν κοπεῖσα, ξηρὰ δὲ προβραχεῖσα καὶ οὕτω κοπεῖσα· συνάγει γὰρ καὶ κολλᾷ, καὶ τὰ ἑψόμενα δὲ κρέα συνάγει, ἐάν τις αὐτὴν κόψας συνεψήσῃ· οἱ δὲ ἐν Λυκίᾳ αὐτὴν χυλίζοντες, χρῶνται αὐτῇ ἀντὶ λυκίου. [Ἐκλήθη δὲ πανάκεια, ἐπειδὴ πάντα τὰ φλεγμαίνοντα πάθη παύει, πολυφάρμακος οὖσα [40], καὶ κρούσματα πληγῶν, στραγγουρίας τε παύει ἐν ἐνέμασι [41], καὶ λιθιῶντας· συνάγεται δὲ τοῦτο ἡλίου μέλλοντος ἀνατέλλειν, ὥρᾳ ἁγνῇ, ὅτε πληροῦνται ἅπαντα.]

Κεφ. ζ'. (θ'.) [Περὶ Κενταυρίου τοῦ μικροῦ.] Κενταύριον τὸ μικρὸν καὶ λεπτὸν [42], ὅ τινες λιμνήσιον [43] (λιμναῖον [44],

40) Ald. πολ. οὖσα habet, ceterae omittunt.
41) Ald. ἐνέγμασι sphalmate.
42) Λεπτὸν e Plinio 25, 31. et Lacunae codice addidi.
43) Sic Ald.
44) Sic Asulan., Marcell. etc.

inveteratas et sanguinis reiectiones. Febre carentibus in vino, febrientibus drachmis duabus ex aqua trita propinatur: similiter quoque ad tormina et vulvae dolores. Sed et derasa et in collyrii formam matrici subdita, menses ac fetus extrahit. Eadem succus praestat. Est et illa vulneraria, siquidem recens tusa, aut, si arida fuerit, prius macerata deindeque tusa vulnera colligat ac conglutinat. Quin et tusa, si quis eam simul cum carnibus coquat, carnes ipsas coniungit. Ceterum Lyciae incolae succum ipsius exprimunt, quo loco lycii utuntur. [Vocata autem fuit panacea, quoniam affectus omnes inflammatorios sedat ictuumque impetus lenit: iniecta etiam difficultatem urinae et calculosos affectus mitigat. Legitur paullo ante solis exortum, hora sacra, quod tum complentur omnia.]

Cap. VII. (IX.) [*De Centaurio minore.*] Centaurium minus ac tenue, quod nonnulli limnesium (limaeum

λιβάδιον)[45] καλοῦσιν, ἐπειδὴ ἐνίκμους φιλεῖ τόπους, [οἱ δὲ ἐλλεβορίτην, οἱ δὲ ἀμάραντον, οἱ δὲ αἷμα Ἡρακλέους, Ῥωμαῖοι φευριφούγιαμ, οἱ δὲ αὖρα μούλτι ῥάδιξ, Δακοὶ τουλβηλά] πόα, ὑπερικῷ ἢ ὀριγάνῳ παραπλήσιός ἐστι, καυλὸν ἔχουσα ὑπὲρ σπιθαμὴν, γεγωνιωμένον· ἄνθη ἐν τῷ φοινικῷ ὑποπόρφυρα πρὸς τὰ τῆς λυχνίδος· φύλλα μικρὰ, ὑπομήκη[46] ὥσπερ πηγάνου· καρπὸς ὅμοιος πυρῷ· ῥίζα μικρὰ, ἄχρηστος, λεία· γευομένῳ δὲ ἐμποιεῖ πικρίαν[47]· αὕτη κοπτομένη χλωρὰ καὶ καταπλασσομένη τραυμάτων ἐστὶ κολλητικὴ, ἀνακαθαρτικὴ παλαιῶν ἑλκῶν καὶ ἀπουλωτική· ἀφεψηθεῖσα δὲ καὶ καταπινομένη ἄγει κατὰ κοιλίαν χολώδη καὶ παχέα· ἔγκλυσμά τε τὸ ἀφέψημα αὐτῆς ἐπὶ τῶν ἰσχιαδικῶν ἁρμόδιον[48]· ἄγον αἷμα καὶ κουφίζον, ὁ δὲ χυλὸς πρός τε τὰ ὀφθαλμικὰ εὔχρηστος, ἀποκαθαίρων τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις σὺν μέλιτι· καὶ ἐν προσθέτῳ ἐμμήνων ἀγωγὸς καὶ ἐμβρύων· ποθεὶς δὲ ἁρμόζει τοῖς περὶ τὰ νεῦρα πάθεσιν ἰδίως. Χυλίζε-

45) Sic Plin. l. c.

46) Sic C. N.; ὑπερμήκη Ald. et rell.

47) γευομένῳ — πικρίαν habent Serap. et Ald.; Marcell. et Asulan. ad notha immerito ablegant, alii penitus omittunt.

48) C. interponit ὠφελεῖ μελαγχολίαν.

aut libadium) vocant, quia humecta amat loca, [nonnulli helleboriten, alii amarantum, aut sanguinem Herculis, Romani febrifugam aut herbam multiradicem, Daci tulbela] herba est hyperico aut origano affinis, caulem fert spithama altiorem, angulatum, flores ex puniceo purpurascentes, folia parva, oblonga, rutae forma, semen tritico simile, radicem exilem, nullius usus et glabram, gustu autem amaritudinem infert. Virens contusa et imposita vulnera glutinat, vetera ulcera purgat et ad cicatricem perducit. Biliosos et crassos humores per alvum eiicit, si decocta devoretur. Decoctum etiam (alvo) iniectum in coxendicis doloribus aptum est: trahit enim sanguinem (doloremque) lenit. Succus oculorum medicamentis perquam utilis, expurgat enim, quae pupillis caliginem offundunt, una cum melle adhibitus. Appositus (genitalibus) menses et fetus educit: potus vero peculiariter nervorum vitiis prodest. Succus autem sequenti modo

ται δὲ ἡ πόα συλλεγομένη ἐγκύμων οὖσα σπέρματος καὶ ἀποβρεχομένη ἡμέρας έ· εἶτα ἕψεται, ἄχρις ἂν ὑπερέχοι τὸ ὕδωρ· ἔπειτα τούτου ψυχθέντος, ὑλίζεται δι᾽ ὀθονίου, θλιβείσης[49] τῆς πόας, καὶ πάλιν ἕψεται μέχρι μελιτώδους συστάσεως· ἔνιοι δὲ χλωρὰν ἐγκύμονα αὐτὴν κόψαντες, ἐκθλίβουσι τὸν χυλὸν, καὶ βαλόντες εἰς κεραμεοῦν ἀγγεῖον ἀκώνιστον[50], ἐν ἡλίῳ συστρέφουσι, ἀεὶ κινοῦντες ξύλῳ· καὶ τὸ περιπεπηγμένον ἀεὶ ξύοντες καὶ τῷ ὑγρῷ μίσγοντες, σκεπάζοντές τε νυκτὸς ἐπιμελῶς· ἡ γὰρ δρόσος κωλυτικὴ τῆς τῶν ὑγρῶν χυλῶν συστάσεως καθέστηκεν· ὅσα μὲν οὖν ἐκ ξηρῶν τῶν ῥιζῶν ἢ τῶν βοτανῶν ἐγχυλίζεται, ἑψόμενα σκευάζεται, ὡς ἡ γεντιανή· ὅσα δὲ ἐκ φλοιῶν ὑγρῶν ἢ ῥιζῶν ἢ βοτανῶν ἐκθλιβομένων, ἐν ἡλίῳ συστρέφονται, ὡς προείρηται· οὕτω καὶ ἡ θαψία καὶ μανδραγόρα καὶ ὄμφαξ[51]· λύκιον μέντοι καὶ ἀψίνθιον καὶ ὑποκιστὶς καὶ τὰ ὅμοια τούτοις ἑψόμενα συστρέφονται, ὃν τρόπον προείρηται.

49) Ald. ῥιφείσης.

50) Vulgo ἀκόνιτον.

51) Sic Ald.; ὀμφάκη Asulan. et Marcell.

extrahitur: Legitur herba semine praegnans, et per dies quinque macerata coquitur, donec aquae superemineat. Ubi dein refrixit, exprimitur et per linteolum excolatur: iterumque coquitur ad mellis spissitudinem. Nonnulli eamdem virentem semineque praegnantem contundunt, ex eaque succum exprimunt, quem fictili non picato inditum in sole, virgula lignea assidue agitantes inspissant. Si quid concretum vasi adhaeret, identidem deradunt reliquoque liquori admiscent. Noctu vero diligenter operiunt: ros enim liquidos succos coïre prohibet. Quicunque igitur succi a siccis radicibus aut herbis eliciuntur, coctione parantur, velut gentianae succus. Qui vero e recentibus corticibus, radicibus herbisve expressis, ad solem, ut antedictum est, inspissantur. Hoc modo e thapsia, mandragora, uvis acerbis succus elicitur. At lycium, absinthium et hypocistis et his similia cocta coguntur, sicut ante dictum est.

Κεφ. η'. (ι'.) [Περὶ Χαμαιλέοντος λευκοῦ.] Χαμαιλέων λευκὸς [οἱ δὲ χρυσίσκηπτρον, οἱ δὲ ἰξίαν, Ῥωμαῖοι κάρδους οὐαρίνους, Αἰγύπτιοι ἐφὴρ, οἱ δὲ ἐφθόσεφιν] ἰξίαν τοῦτον ἐκάλεσαν, διὰ τὸ ἔν τισι τόποις ἰξὸν εὑρίσκεσθαι πρὸς τὰς ῥίζας αὐτοῦ, ᾧ καὶ ἀντὶ μαστίχης χρῶνται αἱ γυναῖκες· ἔχει φύλλα ὅμοια σιλύβῳ ἢ σκολύμῳ, τραχύτερα[52] δὲ καὶ ὀξύτερα καὶ ἰσχυρότερα τοῦ μέλανος· καυλὸν δὲ οὐκ ἔχει, ἀλλ' ἀφίησιν ἐκ τοῦ μέσου ἄκανθαν, ὁμοίαν ἐχίνῳ θαλασσίῳ ἢ κινάρᾳ· ἄνθη δὲ πορφυροειδῆ, ὥςπερ τρίχας ἐκπαππούμενα[53]· καρπὸν δὲ κνίκῳ παραπλήσιον· ῥίζαν ἐν μὲν τοῖς εὐγείοις γεωλόφοις παχεῖαν, ἐν δὲ τοῖς ὀρεινοῖς ἰσχνοτέραν, λευκὴν διὰ βάθους, ὑπαρωματίζουσαν, βαρύοσμον, γλυκεῖαν, ἥτις ποθεῖσα[54] ὀξυβάφου πλῆθος, ἄγει ἕλμινθα πλατεῖαν· λαμβάνεται δὲ σὺν οἴνῳ αὐστηρῷ μετὰ ὀριγάνου ἀποζέματος, καὶ ὑδρωπικοῖς δὲ ἐπιτηδείως δίδοται ὁλκὴ σὺν οἴνῳ, ἰσχναίνει γὰρ αὐτούς· καὶ πρὸς δυςουρίαν τὸ ἀφέψημα αὐτῆς πίνεται· ἔστι δὲ καὶ θηριακὴ σὺν οἴνῳ ποθεῖσα· ἀποκτείνει

52) Ald. παχύτερα.
53) Vulgo τρίχας ἐκπαππουμένας.
54) C. P. interponunt ὅσον.

Cap. VIII. (X.) [*De Chamaeleone albo.*] Chamaeleon albus [aliis chrysisceptrum, aliis ixia, Romanis carduus varius, Aegyptiis epher, aut ephthosephin dictus] ideo ixia appellatur, quod in quibusdam locis viscum ad ipsius radices invenitur, quo et pro mastiche mulieres utuntur. Folia habet silybo aut scolymo similia, sed chamaeleonis nigri foliis asperiora, acutiora ac validiora. Caulem non habet, sed promit ex medio spinam, echino marino aut cinarae similem: flores vero purpurascentes, qui in pappos pilorum forma abeunt: semen cnici simile: radicem in laetis collibus crassam, in montosis vero graciliorem, in profundo albam, subaromaticam, graveolentem, dulcem. Haec pota acetabuli mensura, taeniam eiicit. Sumitur vero in vino austero cum origani decocto. Hydropicis quoque commode drachma in vino datur: graciliora enim (corpora) reddit. Ipsius quoque decoctum contra difficultatem urinae bibitur. Adversatur et in vino

καὶ κύνας καὶ ὗς καὶ μύας, σὺν ἀλφίτῳ πεφυραμένη καὶ ὑδρελαίῳ διεθεῖσα.

Κεφ. θ'. (ια'.) [Περὶ Χαμαιλέοντος μέλανος.] Χαμαιλέων μέλας, [οἱ δὲ πάγκαρπον, οἱ δὲ οὐλόφονον[55], οἱ δὲ ἰξίαν, οἱ δὲ κυνόμαχον[56], οἱ δὲ ὠκιμοειδὲς, οἱ δὲ κνίδιον κόκκον, οἱ δὲ κυνόξυλον, Ῥωμαῖοι κάρδους νίγρα, οἱ δὲ οὐερνιλάγω, Αἰγύπτιοι σοβέλ] καὶ αὐτὸς τοῖς φύλλοις σκολύμῳ ἔοικεν, ἐλάττονα μέντοι καὶ λεπτότερα[57] καὶ διέρυθρα ἔχει ταῦτα· καυλὸν δὲ ἀνίησι δακτύλου τὸ πάχος, σπιθαμιαῖον, ὑπέρυθρον, ἔχοντα[58] σκιάδιον καὶ ἄνθη ἀκανθώδη, λεπτὰ, ὑακινθίζοντα, ποικίλα· ῥίζα δὲ παχεῖα, μέλαινα, πυκνὴ, ἐνίοτε δὲ βεβρωμένη, σχισθεῖσα δὲ ὑπόξανθος, διαμασσηθεῖσα δηκτική· φύεται δὲ ἐν πεδίοις ξηροῖς καὶ βουνώδεσι τόποις καὶ παραθαλασσίοις. Δύναται δὲ ἡ ῥίζα λεία, μιγέντος αὐτῇ χαλκάνθου ὀλίγου καὶ κεδρίνου ἐλαίου καὶ ὀξυγγίου, ψώρας ἐξάγειν· σμήχει δὲ καὶ λειχῆνας, θεῖον καὶ

55) Hoc et sequentia tria Oribas. habet.

56) Sic Oribas.; κυνόμαζον vulgo. Paullo post cod. N. οὐεστιλάγω l. οὐερνιλάγω.

57) Theophr. hist. 9, 12. λειότερα.

58) Vulgo ἔχον.

pota virulentarum bestiarum venenis. Canes autem, sues muresque occidit, subacta cum polenta, aqua oleoque diluta.

Cap. IX. (XI.) [*De Chamaeleone nigro.*] Chamaeleon niger [quem alii pancarpon, alii ulophonon aut ixian, cynomachon etiam et ocimoides, nonnulli cnidium coccum, vel cynoxylon, Romani carduum nigrum vel vernilaginem, Aegyptii sobel vocant] et ipse foliis scolymo est similis, sunt tamen minora, tenuiora ac rubro distincta. Caulem vero emittit digiti crassitudine, spithamaeum ac subrubrum, qui umbellam fert et flores spinosos, tenues, hyacinthi (colorem) referentes, variegatos. Radix est crassa, nigra, densa, interdum et exesa, quae dissecta flavescit et manducata est mordax. Provenit in campis aridis clivosisque et maritimis locis. Radix trita, additis vitrioli aeris exiguo, cedrino oleo et axungia, scabiem tollendi vi pollet. Eadem cum sulfure ac bitumine in

ἄσφαλτον προςλαβοῦσα καὶ συνεψηθεῖσα, ὄξει καὶ καταχρισθεῖσα· διακλυζόμενον δὲ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς ὀδονταλγίας παύει· μετ' ἴσου δὲ πεπέρεως καὶ κηροῦ περιπλασσομένη, τοῖς ἀλγοῦσιν ὀδοῦσι βοηθεῖ· καὶ πυριῶνται δὲ δι' αὐτῆς οἱ ὀδόντες, καθεψηθείσης σὺν ὄξει καὶ καταντληθείσης[59]· προςαγομένη τε διὰ γραφείου θερμὴ ἀλγοῦντι ὀδόντι, θρύπτει αὐτόν· ἔφηλιν δὲ ἀποκαθαίρει καὶ ἀλφοὺς μετὰ θείου· μίγνυται δὲ ταῖς δυνάμεσι ταῖς σηπταῖς· καὶ τὰ φαγεδαινικὰ ἕλκη καὶ τὰ τεθηριωμένα καταπλασθεῖσα, ἀνασκευάζουσα θεραπεύει· ὠνόμασται δὲ χαμαιλέων, διὰ τὸ ποικίλον τῶν φύλλων· εὑρίσκεται γὰρ ἢ λίαν χλωρὰ τὰ τοιαῦτα, ἢ ὑπόλευκα, ἢ κυανοειδῆ, ἢ ἐρυθρὰ, παρὰ τὰς τῶν τόπων διαφοράς.

Κεφ. ι'. (ιβ'.) [Περὶ Κροκοδειλίου[60].] Κροκοδείλιον, ὅμοιόν ἐστι τῷ μέλανι χαμαιλέοντι· φύεται δὲ ἐν τόποις δρυμώδεσι, ῥίζαν ἔχον μακρὰν, [ἐλαφρὰν, ὑπόπλατυν,][61] δριμεῖαν, ὀσμὴν δὲ ὁμοίαν καρδάμῳ[62]. Ἰσχύει δὲ ἡ ῥίζα ζεσθεῖσα

59) Sic Asulan., Marcell. et rell., quibuscum Serap. congruit; κατατμηθείσης Ald.

60) Summam huius capitis e Crateva sumtam habet Anguillar. p. 141.

61) Nec in Oribas., nec in Crateva, nec in codd. C. N.

62) Sic Cratevas et codd. C. N.; ὀσμὴν δριμεῖαν ὁμοίως καρδ. vulgo.

aceto cocta ac inuncta lichenas absterget. Decoctum collutione dentium dolores mitigat. Sed et cum pari pipere et cera oblita radix dentium doloribus auxiliatur. Foventur et ea dentes in aceto decocta et affusa. Si calida per stylum denti dolenti applicatur, eum comminuit. Maculas quoque depurgat a sole contractas et vitiligines cum sulfure: septicis medicamentis admiscetur, imposita denique phagedaenica ulcera et efferata sanat. Vocatur autem chamaeleon propter variegata folia. Nam pro locorum differentiis vel intense viridia, vel albicantia, vel cyanea, aut rubra reperiuntur.

Cap. X. (XII.) [*De Crocodilio.*] Crocodilium chamaeleoni nigro simile est. Nascitur in sylvosis locis, radice longa [levi, aliquantum lata,] acri, odore nasturtii aemulo. Valet autem fervefacta radix et pota ad copio-

ἐν ὕδατι καὶ πινομένη[63] ἄγειν πολὺ αἷμα διὰ ῥωθώνων· δίδοται δὲ καὶ σπληνικοῖς ἐναργῶς ὠφελοῦσα[64].

Κεφ. ια΄. (ιγ΄.) [Περὶ Διψάκου.] Δίψακος [οἱ δὲ κροκοδείλιον, οἱ δὲ χαμαιλέων, οἱ δὲ ὀνοκάρδιον, οἱ δὲ Ἀφροδίτης λουτρὸν, Ῥωμαῖοι λάβρουμ Βένερις, οἱ δὲ κάρδουμ Βένερις[65], Αἰγύπτιοι σεσενεὸρ, οἱ δὲ χεὶρ, οἱ δὲ μελῆτα, Δακοὶ σκιαρή[66]] τῶν ἀκανθωδῶν ἐστι καὶ αὕτη. Καυλὸν δὲ ἔχει ὑψηλὸν, ἀκανθώδη, καὶ φύλλα περιειληφότα τὸν καυλὸν, ἐμφερῆ θρίδακι, δύο καθ᾽ ἕκαστον γόνυ, προμήκη, ἀκανθώδη καὶ αὐτὰ[67], ὥσπερ τινὰς πομφόλυγας ἐπὶ μέσης τῆς ῥάχεως, ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν ἔχοντα ἀκανθώδεις, κοῖλα δὲ[68] περὶ τὸ γόνυ[69] τῶν φύλλων, ὥστε ὕδατα ἀπὸ τῶν δρόσων καὶ ὄμβρων φυλάττειν[70], ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα εἵλκυσεν· ἐπ᾽ ἄκρου δὲ τοῦ καυλοῦ καθ᾽ ἑκάστην ἀπόφυσιν κε-

63) πλυνομένη legit Matthiol.

64) Ex Ald. omnes repetunt: Καὶ τὸ σπέρμα αὐτῆς διουρητικῆς ὑπάρχει δυνάμεως, περιφερὲς ὂν καὶ διπλοῦν, ὡς ἀσπίς. Quae manifesto ex cap. 61. de Tordylio inepte huc translata sunt. Nec Cratevas, nec Oribas., nec codd. C. N. habent.

65) Cod. C. addit: κόγχα βένερις, κίκερ ῥούστικουμ, ἐπικίκιουμ, μουρράπανάλε, οἴτισκα.

66) Cod. C. addit: Ὀσθάνης χαρβάθε.

67) C. καὶ ἔξωθεν ἐπὶ μέσης τῆς ῥάχεως ἔχοντα ἀκανθώδη τὰ φύλλα, sed confusa reliqua. Ut nos, legerunt Oribas. et Serap.

68) Sic Ald.; κοιλίας Lacuna, κοιλίδας Asulan. et rell.

69) Sic Oribas. et cod. C.; περὶ τὰ δύο μέρη Ald. et sequ.

70) Sic Oribas., Ald. et cod. C.; συλλέγειν Asulan., Marcell. et rell.

sum sanguinem per nares eiiciendum. Datur et lienosis, quos evidenter adiuvat.

Cap. XI. (XIII.) [*De Dipsaco.*] Dipsacus [quem et crocodilium et chamaeleonem et onocardium et Veneris lavacrum, Romani labrum Veneris, aut carduum Veneris, Aegyptii seseneor, alii chir, aut meleta, Daci sciare vocant] est et e spinosarum genere. Caulem habet altum, aculeatum, folia caulem amplectentia, lactucae foliis similia, bina in singulis geniculis, praelonga, et ipsa aculeata, quae bullas quasdam in dorsi medio intus extusque spinosas habent et concavos sinus ad genicula foliorum, quibus aqua e rore et imbribus servatur, unde et nomen traxit. At in cacumine caulis singulis ramis insident ca-

φαλὴ μία ἐοικυῖα ἐχίνῳ, ὑπομήκης, ἀκανθώδης· ξηρανθεῖσα δὲ λευκὴ φαίνεται· ἔχει δὲ σκωλήκια κατὰ μέσην τὴν ἐντεριώνην διαιρεθεῖσα ἡ κεφαλή. Ἡ ῥίζα δὲ ταύτης σὺν οἴνῳ ἀφεψηθεῖσα καὶ κοπεῖσα, κηρωτῆς λαβοῦσα[71] πάχος, τὰς ἐν δακτυλίῳ ῥαγάδας καὶ σύριγγας ἐντιθεμένη θεραπεύει· ἀποτίθεσθαι δὲ δεῖ τὸ φάρμακον εἰς χαλκὴν πυξίδα· φασὶ δὲ καὶ μυρμηκιῶν[72] αὐτὸ καὶ ἀκροχορδόνων ἴαμα[73] εἶναι· οἱ δὲ τῆς κεφαλῆς σκώληκες εἰς κυστίδα ἐνδεόμενοι καὶ περιαπτόμενοι τραχήλῳ ἢ βραχίονι, ἱστοροῦνται τεταρταϊκοὺς[74] θεραπεύειν.

Κεφ. ιβ′. (ιδ′.) [Περὶ Ἀκάνθας λευκῆς.] Ἄκανθα λευκὴ [οἱ δὲ ἀγριοκινάραν, οἱ δὲ δονακῖτις, οἱ δὲ ἐρυσίσκηπτρον, Ῥωμαῖοι σπίνα ἄλβα ἢ ῥήγια, οἱ δὲ κάρδους ῥαμπτάρια] φύεται ἐν ὄρεσι καὶ ὑλώδεσι τόποις, φύλλα ἔχουσα χαμαιλέοντι λευκῷ ἐμφερῆ, στενώτερα δὲ καὶ λευκότερα, ὑποδασέα[75], ἀκανθώδη, καυλὸν ὑπὲρ δύο πήχεις, δακτύλου τοῦ

71) N. λαχοῦσα.

72) Sic Goupyl. et cod. C.; μυρμηκίας Ald., Asulan., Marcell., Cornar.

73) Sic Ald., Marcell., Asulan. et sequ.; θρέμμα cod. C., θερμὸν N., τρίμμα Sarac., e nescio quo Ald. citat, quod nusquam invenio.

74) τεταρταίους C.

75) C. δασέα.

pitula singula, echino similia, oblonga et spinosa, quae quidem arefacta albida sunt, divisa vero in media medulla vermiculos habent. Huius radix vino decocta et tusa, donec cerati crassitiem adepta sit, sedis rimas fistulasque immissa sanat. Sed hoc medicamentum aenea pyxide reconditor. Aiunt et ipsum verrucis, quae formicae dicuntur, ac pensilibus remedio esse. Quin et ipsi vermiculi capitulorum folliculo illigati et collo brachiove appensi quartanas febres sanare feruntur.

Cap. XII. (XIV.) [*De Spina alba.*] Spina alba [alii cinaram sylvestrem, aut donacitem et erysisceptrum vocant, Romani spinam albam aut regiam, aut carduum ramptarium] nascitur in montibus et nemorosis locis. Folia habet chamaeleoni albo similia, angustiora tamen ac albidiora, subhirsuta, spinosa, caulem duos cubitos exce-

μεγάλου πάχος ἢ καὶ μείζονα[76], ὑπόλευκον, κενὸν ἔνδοθεν· ἐπ᾿ ἄκρου δὲ αὐτοῦ κεφαλὴ πρόςεστιν ἀκανθώδης, ἐχίνῳ θαλασσίῳ ἐμφερὴς, πλὴν ἐλάσσων καὶ ὑπομήκης· ἄνθη πορφυρᾶ, ἐν οἷς τὸ σπέρμα ὡς κνίκος, στρογγυλώτερον δέ. Ταύτης ἡ ῥίζα πινομένη ποιεῖ πρὸς αἱμοπτοϊκοὺς, στομαχικοὺς, κοιλιακούς· οὖρά τε κινεῖ, καταπλάσσεταί τε πρὸς οἰδήματα· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῆς πρὸς ὀδονταλγίαν ποιεῖ διακλυζόμενον[77], τὸ δὲ σπέρμα πινόμενον παιδίοις σπωμένοις βοηθεῖ καὶ ἑρπετοδήκτοις· φασὶ δὲ, ὅτι περίαπτον ἐξ αὐτοῦ θηρία διώκει[78].

Κεφ. ιγ΄. (ιε΄.) [Περὶ Ἀκάνθης ἀραβικῆς.] Ἄκανθα ἀραβικὴ [οἱ δὲ ἀκανθὶν, Ῥωμαῖοι σπίνα] ἐοικυῖα τὴν φύσιν εἶναι δοκεῖ τῇ λευκῇ ἀκάνθῃ, στύφουσα, καὶ πρὸς ῥοῦν γυναικεῖον καὶ πρὸς ἀναγωγὴν αἵματος καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ῥευματισμοὺς ἡ ῥίζα παραπλησίως εὐθετεῖ· φύεται δὲ ἐν τραχώδεσι τόποις[79].

76) Sic C.; ἢ καὶ μείζονος πάχος vulgo.
77) C. ἁρμόδιον εἰς διάκλυσμα.
78) Nec finem, nec παιδίοις reiici debere puto, quia utrumque habet Serap.
79) Ultimum hoc Ald., Marcell. et Asulan. nothis adiecerunt, cuius ratio non liquet.

dentem, magni digiti crassitie aut etiam maiorem, albidum, intus cavum. In eius summitate extat capitulum spinosum, echino marino simile, at minus et magis oblongum. Flores purpurei, in quibus semen cnici speciem prae se ferens, sed rotundius. Huius radix pota sanguinem reiicientibus, stomachicis coeliacisque confert, urinam ciet, ac oedematis imponitur. Eiusdem decoctum ad dolorem dentium collutione efficax est. At epotum semen infantibus convulsis et a serpente demorsis auxiliatur. Sed et venenata animalia pro amuleto gestatum abigere traditur.

Cap. XIII. (XV.) [*De Spina arabica.*] Spina arabica [aliis acanthis, Romanis spina dicta] natura spinae albae similis esse creditur. Siquidem astringit et ad fluxum muliebrem sanguinisque reiectionem ceterasque fluxiones radix simili modo valet. Crescit autem in asperis locis.

Κεφ. ιδ'. (ις'.) [Περὶ Σκολύμου.] Σκόλυμος [οἱ δὲ φέρουσα, οἱ δὲ πυράκανθα, Ῥωμαῖοι στούβουλουμ, Αἰγύπτιοι χνοῦς] φύλλα ἔχει χαμαιλέοντος καὶ τῆς λευκῆς ἀκάνθης λεγομένης, μελάντερα δὲ καὶ παχύτερα· καυλὸν ἀνίησι μακρὸν, περίπλεων φύλλων, ἐφ' οὗ κεφαλὴ ἀκανθώδης· ῥίζα δὲ ὕπεστι μέλαινα[80], παχεῖα, ἧς δύναμις ποιεῖ πρὸς τοὺς ἔχοντας τὰς μασχάλας καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα δυςῶδες καταπλασσομένη[81] καὶ ἀφεψηθεῖσα ἐν οἴνῳ καὶ πινομένη· ἄγει δὲ καὶ οὖρα πολλὰ καὶ δυςώδη· ἡ δὲ πόα, ἀρτιφυὴς οὖσα, λαχανεύεται ἑφθὴ, ὥςπερ ἀσπάραγος.

Κεφ. ιε'. (ιζ'.) [Περὶ Ποτηρίου.] Ποτήριον, Ἴωνες δὲ νευράδα, οἱ δὲ φρύνιον, οἱ δὲ ἀκιδωτὸν καλοῦσι[82], θάμνος ἐστὶ μέγας, κλῶνας ἔχων μακροὺς, μαλακοὺς, ἱμαντώδεις, λεπτοὺς, ἐμφερεῖς τραγακάνθῃ· φύλλα μικρὰ[83], περιφερῆ, ὅλος δὲ ὁ θάμνος περίκειται φλοιὸν λεπτὸν καὶ χνοῦν ἐριώδη[84]· καὶ ἔστιν ἀκανθώδης· ἄνθη μικρὰ, χλωρὰ[85], καρ-

80) Sic Oribas., Serap. et Ald.; ὑπόλευκα C. N.
81) Sarac. coniicit καταπασσομένη. Neutrum habent Galen. et Serap.
82) Cum haec Oribas. habeat, nothis ascribenda esse non videntur.
83) Ald. λεπτά.
84) Ald. φλοιὸν καὶ λεπτὸν καὶ πολὺν χνοῦν, Asul. περικ. λεπτὸν χνοῦν ἐριώδη.
85) Sic e Plin., Oribas. et natura ipsa; λευκὰ vulgo, quod de fructu potius valet.

Cap. XIV. (XVI.) [*De Scolymo.*] Scolymus [quem alii pherusa, alii pyracantha, Romani strobelum, Aegyptii chnus vocant] folia habet chamaeleonis et spinae albae, sed nigriora et crassiora. Caulem edit longum, foliis obsitum, in quo capitulum est spinosum. Radix autem subest nigricans, crassa, quae vi pollet foetorem axillarum reliquique corporis emendandi, seu impositu, seu decocta in vino et bibita. Copiosam enim urinam foetidamque expellit. Herba vero recens, si elixetur, oleris vicem subit, asparagi modo.

Cap. XV. (XVII.) [*De Poterio.*] Poterium, quod Iones nevrada, alii phrynion aut acidoton vocant, est frutex grandis, ramis longis, mollibus, lori instar flexilibus, tenuibus, tragacanthae speciem prae se ferentibus. Folia parva, subrotunda. Omnibus frutex cingitur cortice tenui (soluto) et tomento lanuginoso, estque spinosus. Flores

πὸν δὲ γευομένῳ εὐώδη καὶ δριμὺν, ἄχρηστον· φύεται ἐν ἀμμώδεσι[86] καὶ γεωλόφοις χωρίοις· ῥίζαι δὲ ὕπεισι πήχεων δύο ἢ τριῶν ἰσχυραὶ, νευρώδεις· αἵτινες πρὸς τῇ γῇ ἀποτμηθεῖσαι, ἀνιᾶσι δάκρυον κόμμει ὅμοιον· κοπεῖσαι δὲ καὶ ἐπιπλασθεῖσαι νεύρων διακοπὰς καὶ τραύματα κολλῶσι· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῆς πινόμενον, ταῖς περὶ νεῦρα διαθέσεσιν ἁρμόζει.

Κεφ. ιϛ΄. (ιη΄.) [Περὶ Ἀκανθίου.] Ἀκάνθιον ἐμφερῆ τὰ φύλλα ἔχει τῇ λευκῇ ἀκάνθῃ, ἐπ᾽ ἄκρῳ δὲ ἀκανθώδεις ἐξοχὰς, καθ᾽ ἃς ἀραχνοειδής ἐστι χνοῦς[87], ὃς συλλεγόμενος καὶ ὑφ᾽ ἓν τιθέμενος[88] βαμβακοειδὴς γίνεται· ταύτης ἡ ῥίζα καὶ τὰ φύλλα ὀπισθοτονικοῖς βοηθεῖ πινόμενα.

Κεφ. ιζ΄. (ιθ΄.) [Περὶ Ἀκάνθης.] Ἄκανθα, ἡ ἑρπάκανθα[89], οἱ δὲ μελάμφυλλον, οἱ δὲ παιδέρωτα, [οἱ δὲ ἀκανθῆς τόπια[90], οἱ δὲ μαμολάρια, οἱ δὲ κραίπουλα] φύεται ἐν παραδείσοις καὶ ἐν πετρώδεσι καὶ ἐν παρύγροις χωρίοις· ἔχει

86) Sic Oribas., cod. C. et Lacuna, unde a Sarac., Ald., Asul. et rell. ἐλώδεσι.

87) καθ᾽ — χνοῦς deest in vulg. exempl. E Plinio tamen et Oribasio lacunam hanc et Matthiolus et Goupylus codicum fide explerunt.

88) Vulgo οὗ — συλλεγομένου.

89) C. ἑρβάκανθα.

90) Sic C.; ἀκανθηστόπια Ald. et rell.

sunt parvi, herbacei: semen vero gustu odoratum et acre, sed nullius usus. Nascitur in sabulosis locis ac collibus. Radices subsunt bi-vel tricubitales, firmae ac nervosae, quae prope terram recisae lacrimam fundunt gummi similem. Tusae autem ac illitae praecisos nervos vulneraque glutinant. Decoctum radicis epotum vitiis nervorum prodest.

Cap. XVI. (XVIII.) [*De Acanthio.*] Acanthium folia habet spinae albae similia, ad apicem vero eminentias spinosas, araneoso tomento obductas, quod collectum et coadunatum bombycinum fit. Huius radix et folia potu opisthotono laborantibus opitulantur.

Cap. XVII. (XIX.) [*De Acantho.*] Acanthus, seu herpacantha, vel melamphyllon aut paederos, [aliis acanthis topia, aut mamolaria et craepula dicta] nascitur in hortis, rupestribus et humidis locis. Habet autem folia

δὲ πλατύτερα φύλλα πολλῷ καὶ μακρότερα θρίδακος, ἐσχισμένα ὡς τὰ τοῦ εὐζώμου, ὑπομέλανα, λιπαρὰ, λεῖα· καυλὸν λεῖον, δίπηχυν, πάχος δακτύλου, ἐκ διαστημάτων πρὸς τῇ κορυφῇ περιειλημμένον φυλλαρίοις τισὶν, οἱονεὶ κυτταρίοις[91] ὑπομήκεσιν, ἀκανθώδεσιν[92], ἐξ ὧν τὸ ἄνθος προΐεται λευκόν· σπέρμα ὑπόμηκες, μήλινον[93]· θυρσοειδὴς δὲ ἡ κεφαλή· ῥίζαι δὲ ὕπεισι γλισχραὶ, μυξώδεις, ἔμπυῤῥοι, μακραί· αἵτινες πυρικαύστοις καὶ στρέμμασιν ἁρμόζουσι καταπλασσόμεναι· πινόμεναι δὲ οὖρα ἄγουσι καὶ κοιλίαν ἱστᾶσι· φθισικοῖς δὲ καὶ ῥήγμασι καὶ σπάσμασιν εὐθετοῦσιν. (Κεφ. κ΄.) Γίνεται δὲ καὶ ἀγρία ἄκανθα, [ἣν Ῥωμαῖοι σπίνα ἀγρέστις] ὁμοία σκολύμῳ, ἀκανθώδης, βραχυτέρα τῆς ἐν παραδείσῳ καὶ ἡμέρου· δύναται δὲ καὶ ταύτης ῥίζα, ὅσα καὶ ἡ πρὸ αὐτῆς.

Κεφ. ιη΄. (κα΄.) [Περὶ Ἀνωνίδος.] Ἀνωνὶς, οἱ δὲ ὀνωνίδα[94] καλοῦσι· κλῶνες σπιθαμιαῖοι καὶ μείζονες, θαμνοειδεῖς, πολυγόνατοι, μασχάλας ἔχοντες πολλὰς, κεφάλια περι-

91) κιτταρίοις vulgo.

92) Sic Goupyl. solus; ὑακινθώδεσιν codd., Oribas., Ald., quod, cum naturae contrarium sit, tolerandum non est.

93) Sic Oribas., Ald.; λεῖον cod. C.

94) Ald. ὠνότιδα, Asul. et Marc. ὠνονίδαν.

multo latiora longioraque, quam lactucae, incisa velut erucae, nigricantia, nitida, glabra, caulem laevem, bicubitalem, digiti crassitie, prope verticem ex intervallis circumdatum foliolis quibusdam, velut alveolis oblongis, spinosis, e quibus flos prodit albus. Semen oblongum, luteum. Caput thyrsi specie. Radices subiacent viscosae, mucosae, rufae, ac longae, quae quidem ambustis ac contortis ad cataplasma idoneae sunt: potae vero urinam cient, alvumque cohibent. Phthisicis quoque, ruptis et convulsis subveniunt. (Cap. XX.) Est et sylvestris acanthus, [quem Romani spinam agrestem vocant] scolymo similis, spinosus, brevior hortensi et sativo. Valet autem et huius radix ad ea, ab quae et superior.

Cap. XVIII. (XXI.) [*De Anonide.*] Anonis, alii ononida vocant: ramos habet spithamaeos aut maiores, fruticosos, geniculatos, multis axillarum cavis praeditos, item-

φερῆ, φυλλάρια μικρὰ, λεπτὰ, πρὸς τὰ τοῦ πηγάνου ἢ λωτοῦ τοῦ ἐν χορτοκοπείοις, ὑποδασέα, (ἄνθη) οὐκ ἀηδὲς ὄζοντα, (λόβια) ὥςπερ φακοῦ[95] · ἁλμεύεται δὲ πρὸ τοῦ ἀκανθοφυῆσαι, καὶ ἔστιν ἡδίστη· ἔχουσι δὲ οἱ κλάδοι ἀκάνθας ὀξείας, σκολοποειδεῖς, στερεάς· ῥίζαν δὲ λευκὴν, θερμαντικὴν, λεπτυντικὴν, ἧς ὁ φλοιὸς πινόμενος σὺν οἴνῳ οὖρα ἄγει καὶ λίθους θρύπτει, ἐσχάρας περιῤῥήττει· ἀφεψηθεῖσα δὲ ἐν ὀξυκράτῳ καὶ διακλυζομένη πόνον ὀδόντων πραΰνει· [τὸ δὲ ταύτης ἀφέψημα πινόμενον αἱμοῤῥοΐδας θεραπεύειν πεπίστευται][96].

Κεφ. ιθ'. (κβ'.) [Περὶ Λευκακάνθης.] Λευκάκανθα [οἱ δὲ πολυγόνατον, οἱ δὲ φύλλον, οἱ δὲ ἰσχιάδα καλοῦσι, Ῥωμαῖοι γνιακάρδους, Θοῦσκοι σπίνα ἄλβα·] ταύτης ἡ ῥίζα ὅμοια κυπείρῳ, πικρὰ, ἰσχυρά[97] · ἥτις μασσηθεῖσα ὀδονταλγίας παραμυθεῖται[98] · τὸ δὲ ἀπόζεμα αὐτῆς σὺν οἴνῳ

95) Audentior forte iusto videbor, qui textum magnopere confusum sic redintegrare studeam. Aldinae textus hic est: φυλλ. μικρὰ λεπτὰ, ὥςπερ φακοῦ, πρὸς τὰ — ὑποδασέα, εὐώδη, οὐκ ἀηδ. ὄζ. In Oribas. omittitur ὥςπερ φακοῦ. In codd. Vindob. desunt οὐκ ἀηδ. ὄζ.

96) Uncinis inclusa Ald. habet, spuria esse existimant Marcell. et rell.

97) Matthiol. legebat ἰσχυρῶς.

98) C. πραΰνει.

que capitulis rotundis; foliolis vero parvis, tenuibus, quae ad rutae aut loti pratensis (folia accedunt), subhirsuta; (flores) non male olentes, (legumina) sicut lenticulae. Muria conditur, antequam spinas producat, estque (cibis) gratissima. Habent autem rami spinas acutas, spiculorum instar solidas. Radix est candida: haec calefacit et extenuat. Eius cortex ex vino potus urinam ciet, et calculos comminuit, et ulcerum crustas emarginat. Radix decocta in posca dentium dolorem collutu mitigat. [Decoctum quoque potum haemorrhoïdibus mederi creditur.]

Cap. XIX. (XXII.) [*De Leucacantha.*] Leucacantha [quam alii polygonaton, alii phyllon aut ischiada, Romani gniacardum, Etrusci spinam albam appellant] radice est cyperi, amara et valida, quae mansa dentium dolores eblanditur. Decoctum eius cyathis tribus ex vino

κυάθων τριῶν ποθὲν, βοηθεῖ πλευριτικοῖς χρονίοις καὶ ἰσχιαδικοῖς, ῥήγμασι, σπωμένοις· καὶ τὸ χυλῶδες[99] δὲ τῆς ῥίζης τὰ αὐτὰ ποιεῖ πινόμενον.

Κεφ. κ'. (κγ'.) [Περὶ Τραγακάνθης.] Τραγάκανθα ῥίζα ἐστὶ πλατεῖα καὶ ξυλώδης, φαινομένη δὲ καὶ ὑπὲρ γῆς· ἀφ' ἧς κλάδοι ταπεινοὶ, ἰσχυροὶ, χεόμενοι δὲ ἐπιπολύ· καὶ ἐπ' αὐτῶν φυλλάρια πολλὰ, λεπτὰ, μεταξὺ[100] ἀκάνθας ἔχοντα ἐγκρυπτομένας τοῖς φύλλοις, λευκὰς, ἰσχυρὰς, ὀρθάς· ἔστι δὲ ἡ τραγάκανθα δάκρυον τῆς ῥίζης ἀποτμηθείσης ἐπισυνιστάμενον· ἧς διαφέρει ἡ διαυγὴς καὶ λεία καὶ ἰσχνὴ καὶ καθαρὰ καὶ ὑπόγλυκυς. Δύναμιν δὲ ἔχει ὁμοίαν κόμμει παρεμπλαστικήν. Χρῆσις δ' αὐτῆς εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ, καὶ πρὸς βῆχας καὶ πρὸς τὰς περὶ ἀρτηρίαν τραχύτητας καὶ φωνῆς ἀποκοπὰς καὶ ἐπισταγμοὺς, ἐν ἐκλεικτῷ σὺν μέλιτι· ἀποχυλίζεταί τε ὑποτεθεῖσα τῇ γλώσσῃ, καὶ πίνεται δὲ ἀποβραχεῖσα ἐν γλυκεῖ < α' πλῆθος, πρὸς νεφρῶν ὀδύνην καὶ κύστεως δῆξιν, μιγέντος αὐτῇ κέρατος ἐλαφείου κεκαυμένου καὶ πεπλυμένου, ἢ στυπτηρίας σχιστῆς ὀλίγης.

99) Sarac. mutavit in χύλισμα.
100) Vulgo μεταξὺ ante λεπτὰ positum.

potum, veteri laterum coxendicisque dolore vexatis, ruptis etiam et convulsis auxiliatur. Sed et succus radicis epotus eosdem praebet effectus.

Cap. XX. (XXIII.) [*De Tragacantha.*] Tragacanthae radix est lata et lignosa, ac supra terram etiam eminet, a qua surculi humiles, robusti, latissime fusi, et in ipsis foliola numerosa, tenuia, inter quae spinae, a foliis occultae, candidae, firmae et rectae prodeunt. Est et tragacantha lacrima, quae super resecta radice concrescit: praestat autem pellucida, laevis, gracilis, pura ac subdulcis. Vim habet aeque ac gummi cutem obducendi. Utuntur ea praeprimis ad oculorum medicamenta, itemque ad tusses, fistulae spiritalis aspredines, ad vocem interceptam et ad stillicidia sanguinis e naribus, cum melle in delinctu. Sed et linguae subdita liquescere sinitur. Bibitur quoque drachmae pondere in passo macerata contra renum dolorem et vesicae rosionem, mixto cornu cervi usto ac eloto, aut scissi aluminis momento.

Κεφ. κα'. (κδ'.) [*Περὶ Ἠρυγγίου.*] Ἠρύγγιον [οἱ δὲ ἠρύγγην[1], οἱ δὲ ἐρυνῆρις, οἱ δὲ κάρυον, οἱ δὲ γοργίνιον, οἱ δὲ ἕρμιον, οἱ δὲ ὀρίγανον χλούνιον, οἱ δὲ μυράκανθον, οἱ δὲ μῶλυ, Αἰγύπτιοι κρόβυσος, προφῆται σίσερτος[2], Ῥωμαῖοι καπίτουλουμ κάρδους[3], οἱ δὲ καρτεραί[4], Δακοὶ σικουπνοὲξ, Ἱσπανοὶ κιοτουκαπετὰ[5], Ἀφροὶ χερδὰν, ὀρείαν χλόην, οἱ δὲ χιδά] τῶν ἀκανθωδῶν ἐστιν· ἧς ἐν ἀρχῇ τὰ φύλλα λαχανεύεται εἰς ἁλμαίας συντιθέμενα· ἔστι δὲ πλατέα, τραχέα τοῖς πέριξ, ἀρωματίζοντα τῇ γεύσει· αὐξανόμενα δὲ ἀκανθοῦνται κατὰ πλείονας ἐξοχὰς καυλῶν· ἐφ' ὧν κατὰ τὰ ἄκρα κεφάλιά ἐστι σφαιροειδῆ, ἀκάνθας περικείμενα κύκλῳ, ὥσπερ ἀστὴρ, ὀξυτάτας, σκληράς· ὧν τὸ χρῶμα χλωρὸν, ἢ ὠχρὸν, ἢ λευκὸν, ἐνίοτε δὲ καὶ κυανοῦν εὑρίσκεται· ῥίζα δὲ ἐπιμήκης, πλατεῖα, μέλαινα κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, ἔνδοθεν λευκὴ, δακτύλου μεγάλου τὸ πάχος, καὶ αὐτὴ εὐώδης καὶ ἀρωματίζουσα· φύεται δὲ ἐν πεδίοις καὶ τραχέσι τόποις.

1) C. interponit *ὀρύγγιον.* 2) C. interponit *τραψλίζων.*
3) Sic C.; *μάρδους* Ald. et rell.
4) C. et N. addunt *μοῦσαι ἐπικαρδίους ἱρουνδίνια κάρδους, κάρδους ἄλβους.*
5) C. addit: *σκοῖαρ, λεβέννατα.*

Cap. XXI. (XXIV.) [*De Eryngio.*] Eryngium [aliis erynge, eryneris aut caryon et gorginion et hermion, origanon chlunion etiam et myracanthon, moly denique, Aegyptiis crobysos, prophetis sisertos, Romanis capitulum cardui, aliis carterae, Dacis sicupnoïx, Hispanis ciotucapeta, Afris cherdan (herbam montanam) aut chida dictum] est e spinosis. Folia quidem protinus germinantia muria condita in cibos oleris vice recipiuntur. Laxa autem sunt et extremo ambitu aspera, gustu aromatica. Sed ubi augescunt, circa complures caulium eminentias in spinas aculeantur: in apice caulium capitula sunt globosa, quae circumcirca stellatim ambeunt spinae acutissimae, duraeque. Capitulorum color viridis vel pallidus aut albidus, interdum et coerulescens invenitur. Radix longa est et lata, superficie nigra, intus alba, pollicis crassitie, quae et ipsa odorata est et aromatis aliquid spirat. Nascitur autem in campestribus et asperis locis. Vim habet cale-

Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν· πινομένη ἄγει καὶ οὖρα καὶ ἔμμηνα, στρόφους τε καὶ ἐμπνευματώσεις λύει· ἡπατικοῖς δὲ καὶ θηριοδήκτοις καὶ θανάσιμον εἰληφόσιν[6] ἁρμόζει σὺν οἴνῳ· πίνεται δὲ τὰ πλεῖστα[7] σὺν σταφυλίνου σπέρματι, < α΄ τὸ πλῆθος· ἱστορεῖται δὲ, ὅτι περιαπτομένη καὶ καταπλασσομένη φύματα διαφορεῖ· ῥίζα δὲ αὐτῆς πινομένη μετὰ ὑδρομέλιτος ὀπισθοτονικοὺς ἰᾶται καὶ ἐπιληπτικούς.

Κεφ. κβ΄. (κε΄.) [Περὶ Ἀλόης.] Ἀλόη [οἱ δὲ ἀμφίβιον, οἱ δὲ ἠρύγγιον, οἱ δὲ ἕρμινον, οἱ δὲ τραγόκερως, Ῥωμαῖοι ἀλόαμ, παρὰ βαρβάροις ἀλοέ]· φύλλον ἔχει σκίλλῃ παραπλήσιον, παχὺ, λιπαρὸν, ὑπόπλατυ ἐν τῷ περιφερεῖ[8], εἰς τοὐπίσω κλώμενον· παρ' ἑκάτερα δὲ τὰ μέρη ἔχει τὰ φύλλα ἐκ πλαγίων ἀκάνθια[9] ἀραιῶς ἐξέχοντα, κολοβά· καυλὸν δὲ ἀνίησιν ἀνθερικῷ ὅμοιον, ἄνθος δὲ λευκόν· καὶ καρπὸν ἀσφοδέλῳ ἐοικότα· βαρύοσμος δὲ ὅλη καὶ ἀπογευομένῳ πικροτάτη· ἔστι δὲ μονόῤῥιζος, ὥςπερ πάσσαλον ἔχουσα τὴν ῥίζαν· γεννᾶται δὲ ἐν τῇ Ἰνδίᾳ πλείστη[10], ἐξ ἧς

6) C. θανασίμοις. 7) In Serap. et C. σὺν οἴνῳ omittitur.
8) Sic Oribas., Serap. et cod. C.; περιφερὲς Ald. et rell.
9) Sic Oribas., Serap. et cod. C.; ἀκανθώδη Ald. et rell.
10) Ald. et rell. addunt λιπαρά, quod redundat, nec in Oribas., Serap. aut codd. Vindob. reperitur.

facientem: pota menses urinasque pellit ac tormina inflationesque solvit. Hepaticis quoque, venenatorum morsibus et iis, qui venenum hauserunt, cum vino succurrit. Bibitur vero ut plurimum cum dauci semine drachmae pondere. Traditur insuper, amuleti instar alligata aut illita, tubercula discutere. Radix denique cum hydromelite bibita opisthotonicis medetur et comitialibus.

Cap. XXII. (XXV.) [*De Aloë.*] Aloë [quam alii amphibion, eryngion alii aut herminon, alii denique tragoceros vocant] folium habet scillae simile, crassum, pingue, tereti-latiusculum, retrorsum pandum. Utrinque habent folia ex obliquo spinulas raris intervallis prominentes, abbreviatis. Caulem emittit antherico similem, florem album, fructumque asphodeli aemulum. Est autem tota graveolens et gustu amarissima. Unica radice, ceu palo in terram demisso, nititur. Plurima nascitur in

καὶ τὸ ὄπισμα κομίζεται· φύεται δὲ καὶ ἐν Ἀραβίᾳ[11] καὶ Ἀσίᾳ καὶ ἔν τισι παραθαλασσίοις τόποις καὶ νήσοις, ὡς ἐν Ἄνδρῳ, οὐκ εὔχρηστος εἰς ὀπισμὸν, πρὸς δὲ κόλλησιν τραυμάτων ἐπιτήδειος, λεία[12] καταπλασσομένη. Διττὸν δέ ἐστι τὸ εἶδος τοῦ χυλίσματος· τὸ μέντοι ψαμμῶδες, ὅπερ ὑποστάθμη τῆς καθαρωτέρας[13] ἔοικεν εἶναι· τὸ δὲ ἡπατίζον· ἐκλέγου δὲ τὴν καθαρὰν καὶ ἄδολον, λιπαρὰν καὶ ἄλιθον[14], στίλβουσαν, ὑπόξανθον[15], εὔθρυπτον, ἡπατίζουσαν, ῥᾳδίως ὑγραινομένην, ἐπιτεταμένην τῇ πικρίᾳ· τὴν μέντοι μέλαιναν καὶ δυςκάτακτον ἀπεκλέγου. Δολίζουσι δὲ αὐτὴν κόμμει, ὅπερ ἐλέγχεται γεύσει καὶ πικρίᾳ καὶ ὀσμῆς ἐπιτάσει, καὶ τῷ μὴ διαλύεσθαι μέχρις ἐλαχίστου ψήγματος[16] θλιβόμενον[17] ὑπὸ τῶν δακτύλων· ἔνιοι δὲ καὶ ἀκακίαν μίσγουσι. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, [ὑπνωτικὴν,][18] ξηραντικὴν, πυκνωτικὴν τῶν σωμάτων, κοιλίας τε λυτικὴν, καὶ στομάχου ἀποκαθαρτι-

11) Hoc deest in Oribas. et cod. C., sed habet Serap.

12) C. λίαν.

13) Sic Oribas. et cod. C.; καταρωτάτης Ald. et rell.

14) Sic legendum ex Oribas., Serap. et cod. C.; τὴν καθαρὰν καὶ ἄδολον καὶ ἄλιθον Ald. et rell.

15) C. ὑπόξυστον.

16) C. ἐψήματος.

17) Sic C.; θλιβομένη Ald. et rell.

18) Hoc non habet cod. C., est tamen in Serap.

India, unde et succus concretus asportatur. Crescit et in Arabia et Asia, ac maritimis quibusdam locis insulisque, velut in Andro, non satis idonea ad succum eliciendum, sed ad glutinanda vulnera, si trita illinatur, utilis. Duplex est succi genus, alterum arenosum, quod purioris videtur sedimentum esse, alterum hepatico colore. Ut puram et genuinam eligito pinguem et calculorum expertem, lucidam, fervidam, friabilem, hepatici coloris, facile humectam et admodum amaram. Nigram vero fractuque contumacem reprobato. Adulterant eam gummi, quod gustu, amarore et odoris vehementia deprehenditur, eoque indicio, quod attrita digitis non ad minima usque ramenta resolvatur. Neque desunt, qui acaciam immisceant. Vim habet astringendi, [somnum conciliandi], exsiccandi, corpora densandi, alvum solvendi, stomachum repurgandi,

κὴν, κοχλιαρίων β' πλῆθος, μεθ' ὕδατος ψυχροῦ ἢ γαλακτώδους πινομένη· αἵματός τε ἀναγωγὰς ἐπέχει, καὶ ἴκτερον ἀποκαθαίρει μεθ' ὕδατος τριωβόλου ἢ < α' ὁλκῆς ἐν ποτῷ, καὶ μετὰ ῥητίνης δὲ καταπινομένη, ἢ ὕδατος ἢ μέλιτος ἑφθοῦ ἀναληφθεῖσα, κοιλίαν λύει· δραχμῶν δὲ τριῶν πλῆθος τελείως καθαίρει, μιγὲν δὲ τοῖς ἄλλοις καθαρτικοῖς, ἧσσον αὐτὰ κακοστόμαχα ποιεῖ· ξηρὸν δὲ ἐπιπασθὲν[19] τραύματα κολλᾷ καὶ ἐπουλοῖ ἕλκη καὶ καταστέλλει· αἰδοῖα δὲ ἑλκωθέντα[20] ἰδίως θεραπεύει, καὶ ἐπαγώγια παίδων ῥηχθέντα παρακολλᾷ· θεραπεύει δὲ καὶ κονδυλώματα καὶ ῥαγάδας κιρναμένη σὺν γλυκεῖ οἴνῳ· αἱμοῤῥαγίας τε ἵστησι τὰς ἐξ αἱμοῤῥοΐδων, καὶ πτερύγια ἀπουλοῖ, αἴρει τὰ πελιώματα καὶ τὰ ὑπώπια σὺν μέλιτι· ψωροφθαλμίας τε καὶ κανθῶν[21] κνησμοὺς παρηγορεῖ· καὶ κεφαλαλγίαν μετ' ὄξους καὶ ῥοδίνου, μετώπῳ καὶ κροτάφοις ἐπιχριομένη· ἐπέχει καὶ ῥεούσας τρίχας σὺν οἴνῳ· καὶ πρὸς παρίσθμια δὲ καὶ οὖλα, καὶ

19) Sic legit Serap.: „*pulverizatur super vulnera*" coniicit Sarac.; *ἐπιπλασθὲν* Ald. et rell., *καταπλασθὲν* cod. C.
20) Sic cod. C.; *εἱλκωμένα* Ald. et rell.
21) Sic Serap. et cod. C.; *ἀκανθῶν* vulgo.

si binûm cochlearium mensura ex aqua frigida aut lactis instar tepida bibatur. Sanguinis insuper reiectiones sistit, et morbum regium purgando curat, ex aqua tribus obolis aut drachmae pondere in potu. Cum resina vero devorata, aut aqua vel melle cocto excepta, alvum solvit; ternûm autem drachmarum pondere perfecte purgat. Sed et aliis purgantibus medicamentis admixta efficit, ut minus stomachum offendant. Sicca inspersa vulnera glutinat, ulcera ad cicatricem perducit et cohibet. Eadem peculiariter exulceratis genitalibus medetur, et disrupta puerorum praeputia agglutinat. Quin et condylomata rimasque sedis dulci vino mixta sanat. Sanguinis ex haemorrhoïdibus eruptiones sistit, pterygia ad cicatricem ducit, livida et sub oculis sugillata ex melle tollit. Scabras quoque lippitudines et pruritus in oculorum angulis tollit. Dolorem capitis sedat, ex aceto et rosaceo fronti temporibusque illita. Et fluentem capillum continet cum vino, itidemque tonsillarum, gingivarum, ceterarumque oris par-

πάντα τὰ ἐν τῷ στόματι ἁρμόζει σὺν μέλιτι καὶ οἴνῳ[22]· φώγνυται δὲ καὶ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ ἐπὶ καθαροῦ καὶ διαπύρου ὀστράκου, μεταβαλλόμενον μύστρῳ, μέχρις ἂν ὁμαλῶς πυρωθῇ· πλύνεται δὲ, χωριζομένου τοῦ ψαμμώδους ὡς ἀχρήστου, λαμβανομένου δὲ τοῦ λιπαρωτάτου καὶ λείου.

Κεφ. κγ΄. (κϛ΄.) [Περὶ Ἀψινθίου.] Ἀψίνθιον, βαθύπικρον [Αἰγύπτιοι σόμι, Ῥωμαῖοι ἀψίνθιουμ ῥούστικουμ] γνώριμος ἡ πόα· ἔστι δὲ αὐτῆς βελτίων τὸ ἐν Πόντῳ καὶ Καππαδοκίᾳ ἐν ὄρει τῷ καλουμένῳ Ταύρῳ γεννώμενον. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, στυπτικὴν, πεπτικὴν καὶ ἀποκαθαρτικὴν τῶν ἐνηρεικότων στομάχῳ καὶ κοιλίᾳ χολωδῶν· ἔστι δὲ καὶ οὐρητικὸν καὶ ἀκραίπαλον προπινόμενον· καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις δὲ ἁρμόζει καὶ κοιλίας καὶ στομάχου ἀλγήματα πινόμενον μετὰ σεσέλεως ἢ νάρδου κελτικῆς, καὶ ἀνορεξίας καὶ ἰκτερικοὺς θεραπεύει τὸ ἀπόβρεγμα αὐτοῦ ἢ τὸ ἀφέψημα, καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν λαμβανόμενον εἰς πλῆθος κυάθων τριῶν· ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα πινόμενόν τε καὶ προςτιθέμενον

22) Genuina haec esse, quanquam codd. Vindob. non habeant, patet ex Oribas., ubi, quae sequuntur, et e Serap., ubi omnia inde a ψωροφθαλμ.

tium vitiis cum melle vinoque proficit. Torretur ad oculorum medicamenta in munda candenteque testa, ligulaque subinde versatur, donec aequaliter tosta fuerit. Lavanda vero est aloë, ut id, quod arenosum subsidit, tanquam inutile secernatur, pinguissimum aut laeve recipiatur.

Cap. XXIII. (XXVI.) [*De Absinthio.*] Absinthium amarissimum [quod Aegyptii somi, rusticum absinthium Romani vocant] herba est vulgo cognita. Praestantius in eo genere, quod in Ponto et Cappadocia in monte Tauro appellato nascitur. Vim habet calefacientem, astringentem, concoctioni faventem biliosaque detrahentem, quae stomacho alvoque inhaerescunt. Urinam etiam ciet, et crapulam in potu praesumtum arcet. Valet et adversus inflationes itemque ad discutiendos ventris stomachique dolores, cum seseli aut nardo celtica potum. Appetentiae defectum et morbum regium sanat infusum aut decoctum, quotidie ternis cyathis haustum. Sed et menses

μετὰ μέλιτος. Πρός τε τοὺς ἀπὸ μυκήτων πνιγμοὺς ἁρμόζει, σὺν ὄξει πινόμενον· σὺν οἴνῳ δὲ, πρὸς ἰξίαν καὶ κώνειον καὶ μυγαλῆς δήγματα καὶ δράκοντα θαλάσσιον· συναγχικοῖς τε διάχρισμα σὺν μέλιτι καὶ νίτρῳ, καὶ πρὸς ἐπινυκτίδας σὺν ὕδατι· πρὸς δὲ ὑπώπια σὺν μέλιτι· καὶ πρὸς ἀμβλυωπίας καὶ πρὸς ἰχωῤῥοοῦντα[23] ὦτα ὁμοίως· καὶ ὁ ὑπατμισμὸς δι' αὐτοῦ τοῦ ἀφεψήματος πρὸς ὠταλγίαν καὶ ὀδονταλγίαν· ἀφεψόμενόν τε σὺν γλυκεῖ, κατάπλασμα ὀφθαλμῶν περιοδυνώντων ἐστί· καταπλάσσεται δὲ καὶ πρὸς ὑποχόνδρια καὶ ἧπαρ καὶ στόμαχον ἐπαλγῆ καὶ χρονίως πάσχοντα, συνεκλεαινόμενον[24] κηρωτῇ κυπρίνῃ, πρὸς δὲ στόμαχον, ῥοδίνῃ· ἁρμόζει καὶ ὑδρωπικοῖς καὶ σπληνικοῖς, μιγέντων αὐτῷ σύκων καὶ νίτρου καὶ αἰρίνου ἀλεύρου. Σκευάζεται δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ οἶνος ὁ λεγόμενος ἀψινθίτης, μάλιστα περὶ τὴν Προποντίδα καὶ Θρᾴκην, ᾧ πρὸς τὰ προειρημένα χρῶνται ἐν ἀπυρεξίᾳ· καὶ ἄλλως δὲ προπίνουσιν ἐξ αὐτοῦ θέρους, ὑγείας ποιητικὸν εἶναι νομίζοντες· δοκεῖ δὲ καὶ πε-

23) Ald. ἰχωροῦντα, sicut in chir. vet. p. 114.

24) C. συγκλυζόμενον.

trahit cum melle vel bibitum vel appositum. Contra strangulationes e fungorum esu convenienter ex aceto bibitur. E vino autem ixiae et cicutae venenis araneique muris morsibus et draconi marino adversatur. Anginae eo cum melle nitroque perunguntur, ut epinyctides ex aqua. Ad sugillata oculorum et visus hebetudinem ex melle illinitur, similiterque auribus saniem profundentibus. Quin et aurium dentiumque dolores vapores e decocto compescunt. Decoctum una cum passo oculis vehementer dolentibus adhibetur. Imponitur et hypochondriis iecorique et stomacho diuturno dolore vexatis, illis cum cerato cyprino, stomacho autem cum rosaceo. Admixtis ficubus, nitro et loliacea farina, hydropicis apta est et lienosis. Paratur et ex eo vinum, quod absinthinum vocatur, praesertim in Propontide et Thracia, quo ad antedicta utuntur, si febris abest. Adde, quod de ipso aestate propinant, bonam valetudinem praestare rati. Creditur et

ῥιπαττόμενον[25] εἰς τὰς κιβωτοὺς ἄβρωτα τηρεῖν τὰ ἱμάτια, ἀλειφόμενόν τε μετὰ ἐλαίου κώνωπας κωλύειν ἅπτεσθαι τοῦ σώματος. Τὸ δὲ μέλαν, ᾧ γράφομεν, τῷ ἀποβρέγματι αὐτοῦ βραχὲν[26], ἄβρωτα μυσὶ τηρεῖ τὰ γράμματα[27]· ἔοικε δὲ τὸ τοῦ ἀψινθίου χύλισμα[28] ἔργα ποιεῖν τὰ αὐτά· πλὴν εἰς τὰς πόσεις οὐ δοκιμάζομεν αὐτὸ, κακοστόμαχον καὶ κεφαλαλγὲς ὄν· τὸ δὲ χύλισμα ἀμόργῃ ἑψηθείσῃ καὶ μιγνυμένῃ δολοῦσί τινες.

Κεφ. κδ. (κζ.) [Περὶ Ἀψινθίου θαλασσίου.] Ἀψίνθιον θαλάσσιον, τινὲς δὲ καὶ σέριφον[29] καλοῦσι, ὅπερ πλεῖστον ἐν τῷ περὶ[30] Καππαδοκίαν Ταύρῳ ὄρει γεννᾶται καὶ ἐν Ταφοσίρει τῆς Αἰγύπτου, ᾧ ἀντὶ θαλλοῦ οἱ Ἰσιακοὶ[31] χρῶνται· ἔστι δὲ ἡ πόα λεπτόκαρφος, ἐοικυῖα ἀβρο-

25) E Serap. bene coniecit Sarac.; *περιπλαττόμενον* vulgo, *περιπλεκόμενον* cod. C.

26) Sic Goupyl. e vet. cod.; *γραφὲν* vulgo.

27) Lacuna legit *βιβλία*.

28) Sic Sarac. emend.; *τὸ τοῦ χυλίσματος* vulgo.

29) Sic Galen., Oribas. et Ald.; *σερίφιον* Cornar. et seq. *Καλοῦσι δέ τινες καὶ σέριφον ἀψίνθιον θαλάσσιον* Ald. et codd. C. N., *οἱ δὲ καὶ σανδόνικον* C., *σανδονίκην* Ald. *Ῥωμαῖοι σανδόνικουμ*. Hae ad tertium genus pertinent.

30) C. *κατὰ*. Hunc vero locum natalem mediterraneum ad praecedens caput pertinere credidit Saracen., quia maritima planta in Tauro monte crescere nequeat. Sed vel commutavit D. Artemisiam maritimam cum simillimis A. orientali W. et austriaca Jacqu., vel ipsa maritima ad lacus salsos in Tauro pariter provenit ac in media Germania. Namque et Plin. et Oribas. hunc locum habent.

31) Ald., Asul., Cornar., Marcell. *ἀσιακοί*.

vestiariis arcis inspersum absinthium, vestes a tinearum iniuria vindicare, itemque ex oleo perunctum, culices abigere, ne corpus tangant. Ceterum atramentum librarium infuso eius maceratum libros a murium rosione tuetur. Existimatur et expressi succus eosdem praestare effectus. Attamen potionibus improbatur, quod ventriculo sit inimicus doloresque capitis producat. Succum amurcae decoctae permixtione adulterant.

Cap. XXIV. (XXVII.) *De Absinthio marino.*] Absinthium marinum, quod nonnulli et seriphon vocant, copiosissimum in Tauro monte per Cappadociam gignitur et in Taphosiri Aegypti, quo Isiaci loco rami oleae utuntur. Est autem herba gracilibus ramulis, abrotano parvo

τόνῳ μικρῷ, περιπληθὴς[32] σπερματίων, ὑπόπικρος, κακοστόμαχος, βαρύοσμος, στύφουσα μετὰ ποσῆς θερμασίας· ἥ τις ἑψηθεῖσα καθ' ἑαυτὴν, ἢ μετὰ ὀρύζης, καὶ ληφθεῖσα μετὰ μέλιτος, ἀσκαρίδας καὶ ἕλμινθας στρογγύλας κτείνει, ὑπεξάγουσα κούφως[33]· δύναται δὲ σὺν ἑψήματι[34] ἢ φακῇ καθεψηθεῖσα τὰ αὐτὰ ποιεῖν· λιπαίνεται[35] δὲ μάλιστα τὰ πρόβατα νεμόμενα ἐν Καππαδοκίᾳ[36].

Κεφ. κέ. (κή.) [Περὶ Ἀψινθίου Σαντονίου.] Ἔστι δὲ καὶ τρίτον εἶδος ἀψινθίου, γεννώμενον ἐν τῇ κατὰ[37] τὰς Ἄλπεις Γαλατίᾳ πλεῖστον, ὃ ἐπιχωρίως Σαντόνιον[38], ἐπωνύμως τῇ γεννώσῃ αὐτὸ Σαντονίδι[39] χώρᾳ· ἐοικὸς ἀψινθίῳ, οὐ μὴν οὕτω γε ἔνσπερμον, ὑπόπικρον δὲ, καὶ δυνάμενον τὰ αὐτὰ τῷ σερίφῳ.

Κεφ. κς'. (κθ.) [Περὶ Ἀβροτόνου.] Ἀβρότονον [οἱ

32) C. περιπλήρης.

33) Sic optime C.; ὑπάγουσα κοιλίαν κούφως Ald. et rell.

34) C. ῥοφήματι.

35) C. παραινεῖ.

36) Ultimum ἐν Καπ. deest in editt., sed habet Serap., licet in *chirachia* deformatum, et cod. C.

37) C. μετὰ.

38) Sic Goupyl. e Plin.; Σαρδώνιον Ald. et rell.

39) Sic e Plin. et Serap. Marcell. et Sarac. coniecerunt. Σαρδονίδι vulgo.

similis, seminibus referta exilibus, amaricans, stomacho inimica, graveolens et cum quadam calefactione astringens. Haec per se aut cum oryza cocta, assumtaque cum melle, ascaridas teretesque lumbricos enecat, leviter expellens eos. Sed et cum sapa aut lenticula cocta eadem valet efficere. Ceterum pecora hoc maxime pabulo in Cappadocia pinguescunt.

Cap. XXV. (XXVIII.) [*De Absinthio Santonico.*] Est et tertium absinthii genus, quod uberrimum in Gallia iuxta Alpes provenit. Id patrio nomine Santonicum dicitur, tracto nomine a Santonum regione id generante. Absinthio est simile, neque tamen seminibus adeo fecundum, subamarum tamen, et eiusdem cum seripho efficaciae.

Cap. XXVI. (XXIX.) [*De Abrotano.*] Abrotanum

δὲ ἀβούτονον, οἱ δὲ ἀψίνθιον, οἱ δὲ ἡράκλειον, οἱ δὲ χολοποιὸν, οἱ δὲ θηλυφθόριον, οἱ δὲ ἀψινθιόμηνον, οἱ δὲ προκάμπυλον, προφῆται νεῦρα φοίνικος, οἱ δὲ κυναγχίτην, Ῥωμαῖοι ἀψίνθιουμ πόντικουμ, τινὲς δὲ αὐτὸ θηλύθαμνον, οἱ δὲ γλυκὺν ἀγκῶνα καλοῦσιν] ἔστι δὲ αὐτοῦ τὸ μὲν θῆλυ, θάμνος δενδροειδὴς, ὑπόλευκος, φύλλοις λεπτοσχιδέσιν ὥςπερ σερίφου[40] περὶ τὰ κλώνια, πλῆρες ἄνθους ἐπ᾽ ἄκρου ἔχον κορυμβῶδες χρυσοειδές· θερείας[41] γεννώμενον, εὐῶδες μετὰ ποσοῦ βάρους, πικρὸν τῇ γεύσει· δοκεῖ δὲ τὸ σικελιωτικὸν[42] εἶναι τοῦτο. Τὸ δὲ ἕτερον ἄῤῥεν καλεῖται, κληματῶδες, λεπτόκαρφον[43], ὡς ἀψίνθιον· πλεῖστον[44] δὲ ἐν Καππαδοκίᾳ γεννᾶται καὶ Γαλατίᾳ τῇ κατὰ τὴν Ἀσίαν, καὶ ἐν Ἱεραπόλει τῇ κατὰ τὴν Συρίαν. Τούτων ὁ καρπὸς ἀποζεννύμενος καὶ ὠμοτριβὴς μεθ᾽ ὕδατος πινόμενος, βοηθεῖ ὀρθοπνοίᾳ, ῥήγμασι, σπάσμασιν, ἰσχιάσι, δυςουρίαις, ἐμμήνων ἐπισχέσει, καὶ θανασίμων φαρμάκων ἐστὶν ἀντίδοτος, ποθὲν σὺν οἴνῳ· σύγ-

40) Sic cod. C., Ald., Asulan., Marcell.; *σεριφίου* Cornar., Goupyl., Sarac.

41) C. *τῆς θεραπείας γινόμενον.* 42) C. *σικελικὸν.*

43) Sic cod. N.; *λεπτόκαρπον* vulgo, *λεπτόφυλλον* Oribas., *parva planta eius* Serap.

44) *λισχρὸν* (*γλισχρὸν*) cod. N., *λιχρὸν* C.

[alii abutonon, alii absinthium, aut Heracleum, cholopoeum, thelyphthorion, absinthiomenon etiam et procampylon, Prophetae nervos phoenicis, alii cynanchitem, Romani absinthium ponticum, alii etiam femineum fruticem vocant, aut dulcem cubitum]. Femina quidem frutex est arborescens, albidus, foliis circa ramulos seriphi modo minutim incisis, floribus refertos habens in apice quasi corymbos aureos, aestate provenientes, fragrantes cum quadam gravitate, gustu amaros. Siculum tale esse creditur. Alterum mas vocatur, sarmentosum, gracilibus ramulis, sicut absinthium. Copiose in Cappadocia nascitur et in Galatia asiatica et ad Hierapolin Syriae. Utriusque semen, postquam aut ebullivit, aut crudum tritum fuit, bibitum ex aqua succurrit erectae cervicis spirationi, ruptis, convulsis, coxendicis doloribus, urinae difficultati et menstrui fluxus suppressioni. Est et in vino potum

χρισμά τε ῥιγούντων μετ' ἐλαίου ἐστί· διώκει δὲ καὶ ἑρπετὰ στιβαδευόμενον[45] καὶ θυμιώμενον· καὶ πινόμενον δὲ σὺν οἴνῳ ὠφελεῖ τοὺς δηχθέντας, ἰδίως δὲ ἁρμόζει ἐπὶ φαλαγγίων καὶ σκορπίων, βοηθεῖ δὲ καὶ ὀφθαλμῶν φλεγμοναῖς σὺν ἑφθῷ κυδωνίῳ ἢ μετὰ ἄρτου καταπλασθέν· διαφορεῖ καὶ φύματα, μετὰ ὠμῆς λύσεως[46] λεῖον ἑψηθέν· μίγνυται δὲ καὶ εἰς τὴν τοῦ ἰρίνου ἐλαίου[47] σκευασίαν.

Κεφ. κζ. (λ.) [Περὶ Ὑσσώπου.] Ὕσσωπος [Ῥωμαῖοι ὑσσώπουμ, οἱ δὲ λάτερ, οἱ δὲ κασσίαλα, Αἰγύπτιοι πεσαλέμ] πόα γνώριμος, δισσή, ἡ μὲν γάρ τίς ἐστιν ὀρεινή, ἡ δὲ κηπευτή· ἀρίστη δέ ἐστιν ἡ ἐν Κιλικίᾳ γεννωμένη. Δύναμιν δὲ ἔχει λεπτυντικήν, θερμαντικήν· ἀφεψηθεῖσα δὲ μετὰ σύκων καὶ ὕδατος, μέλιτός τε καὶ πηγάνου καὶ πινομένη, ἀρήγει περιπνευμονικοῖς, ἀσθματικοῖς, βηχὶ χρονίᾳ, καταῤῥῳ, ὀρθοπνοίᾳ· κτείνει δὲ καὶ ἕλμινθας· σὺν μέλιτι δὲ ἐκλειχομένη[48] τὸ αὐτὸ ποιεῖ· ἄγει δὲ καὶ πάχος κατὰ κοιλίαν τὸ

45) N. ἐμβατευόμενον, C. ἐμβαλευόμενον.
46) In cod. N. recentior manus: σεσέλεως.
47) Serap. iam sic; cod. C. ἀλεύρου.
48) N. ἐκθλιβεῖσα, C. ἐκθλιφθεῖσα.

exitialium venenorum antidotum. Rigore prehensis ex oleo utiliter illinitur. Serpentes quoque tum substratu, tum nidore fugat. Sed et contra morsus eorum cum vino bibitum prodest: peculiariter vero pollet contra phalangiorum scorpionumque ictus. Subvenit et oculorum inflammationibus cum cydonio cocto et pane impositum. Discutit quoque tubercula, cum farina cruda tritum decoctumque. Miscetur denique et olei irini compositioni.

Cap. XXVII. (XXX.) [*De Hyssopo.*] Hyssopum [quod alii later, alii cassialam, Aegyptii pesalem vocant] herba est nota, duplicis speciei: altera montana, hortensis altera. Optimum est, quod in Cilicia nascitur. Vim habet attenuantem, calefacientem. Decoctum cum ficis, aqua, melle et ruta, pulmonum inflammationibus, anhelationibus, diuturnae tussi, destillationi et erectae cervicis spirationi adminiculum est. Vermes interimit: itemque praestat, si cum melle delingatur. Humores crassos per

ἀφέψημα αὐτῆς, σὺν ὀξυμέλιτι πινόμενον· βιβρώσκεται δὲ καὶ μετὰ χλωρῶν σύκων λείων πρὸς ὑπαγωγὴν κοιλίας· σφοδρότερον δὲ καθαίρει, μιγέντος αὐτῷ καρδάμου[49], ἢ ἴριδος, ἢ ἐρυσίμου· περιποιεῖ δὲ καὶ εὔχροιαν· καταπλάσσεται δὲ μετὰ σύκου καὶ νίτρου πρὸς σπλῆνα καὶ ὕδρωπα, σὺν οἴνῳ δὲ πρὸς φλεγμονάς· διαφορεῖ δὲ καὶ ὑπώπια σὺν ὕδατι ζεστῷ καταπλασθεῖσα· συνάγχοις[50] δὲ ἀναγαργάρισμα μετὰ σύκων ἀφεψήματος ἄριστον· ὀδόντων τε πόνον πραΰνει, σὺν ὄξει ἑψηθεῖσα καὶ διακλυζομένη[51]· λύει δὲ καὶ τὰς περὶ τὰ ὦτα ἐμπνευματώσεις ὑπατμισθεῖσα[52].

Κεφ. κη΄. (λα΄.) [Περὶ Στοιχάδος.] Στοιχὰς [οἱ δὲ συγκλίοπα, οἱ δὲ Ἀλκιβιάδης, οἱ δὲ παγκράτιον, οἱ δὲ στυφωνία, Αἰγύπτιοι σουφλὼ, προφῆται ὀφθαλμὸς Πύθωνος, Ῥωμαῖοι σκιολεβίνα] γεννᾶται μὲν ἐν ταῖς κατὰ Γαλατίαν[53] νήσοις, ἀντικρὺ Μασσαλίας, καλουμέναις Στοιχάσιν, ὅθεν καὶ τὴν ἐπωνυμίαν[54] ἔσχηκε· πόα λεπτόκαρφός[55] ἐστιν,

49) Sic C.; καρδαμώμου Ald. et rell. *Cardomeni* Serap.

50) C. συναγχικῶν.

51) Ald. διαχλιζομένη.

52) C. συνατμισθεῖσα. 53) C. Γαλλίαν.

54) C. προσωνυμίαν.

55) Sic cod. N.; λεπτόκαρπος vulgo. Oribas. et Serap. nostram habuerunt lectionem.

alvum educit eius decoctum cum oxymelite potum. Comeditur et cum ficubus viridibus tritis ad subducendam alvum, valentius acturum, admistis nasturtio, vel iride, vel erysimo: meliorem quoque colorem cuti conciliat. Lieni vero ac hydropi cum ficis nitroque illinitur, ex vino autem inflammationibus. Discutit et sugillata sub oculis cum fervida aqua impositum. In anginis cum decocto ficuum efficacissime gargarizatur. Cum aceto decoctum ac collutum dentium solvit dolores, et aurium inflationes vaporibus.

Cap. XXVIII. (XXXI.) [*De Stoechade.*] Stoechas, [quam alii syncliopa, aut Alcibiadem, alii pancratium et styphoniam, Aegyptii suphlo, prophetae Pythonis oculum, Romani sciolebinam appellant] in insulis prope Galliam nascitur, quae e regione Massiliae sitae Stoechades vocantur, et ab iis quoque nomen accepit. Herba est gra-

ὁμοίαν ἔχουσα κόμην θύμῳ, μακροφυλλοτέρα μέντοι γε καὶ δριμεῖα ἐν τῇ γεύσει καὶ ὑπόπικρος ποσῶς· ποιεῖ δὲ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς, καθὼς ὁ ὕσσωπος, πρὸς τὰ ἐν θώρακι· μίγνυται δὲ καὶ ἀντιδότοις χρησίμως· [ἐκφράττει καὶ λεπτύνει[56] τὰ σπλάγχνα πάντα καὶ ὅλην τοῦ ζώου τὴν ἕξιν][57].

Κεφ. κθ'. (λβ'.) [Περὶ Ὀριγάνου.] Ὀρίγανος ἡρακλεωτική, οἱ δὲ κονίλην[58] καλοῦσι, φύλλον ἔχει ἐμφερὲς ὑσσώπῳ, σκιάδιον δὲ οὐ τροχοειδὲς[59], ἀλλ' ὥςπερ διῃρημένον, καὶ ἐπ' ἄκρων τῶν ῥάβδων τὸ σπέρμα οὐ πυκνόν[60]. Ἔστι δὲ θερμαντική, ὅθεν τὸ ἀφέψημα αὐτῆς σὺν οἴνῳ ποθὲν ἁρμόζει θηριοδήκτοις, σὺν γλυκεῖ δὲ τοῖς κώνειον[61] ἢ μηκώνειον πεπωκόσι, σὺν ὀξυμέλιτι δὲ τοῖς πεπωκόσι γύψον ἢ ἐφήμερον· πρὸς δὲ τὰ σπάσματα καὶ ῥήγματα καὶ ὕδρωπας μετὰ σύκου βιβρωσκομένη· ξηρὰ δὲ ποθεῖσα ὀξυβάφου πλῆθος σὺν μελικράτῳ, μέλανα κατὰ κοιλίαν ἄγει· ἔμμηνά

56) Asulan. codd. e Paullo *καὶ ῥύπτει καὶ ῥωννύει.*

57) Uncinis inclusa in Ald., absunt a codd. Vindob. et a Serap. Marcell. et rell. reiecerunt ad notha, quia e Galen. fac. simpl. lib. 8. p. 130. et Paullo lib. 7. p. 254. sumta videbantur.

58) Ald. *κορνήλιον.*

59) Ald. *τριχοειδές.*

60) C. addit *ἐμπόρφυρον.*

61) C. N. *κόνιατοῖς* an *κωνιαζομένοις?* Serap. legit *ἀκόνιτον.*

cilibus ramis, coma thymi, sed folio longiori, gustu acris et aliquantum subamara. Decoctum huius, sicut hyssopi, ad pectoris vitia est efficax. Antidotis quoque utiliter immiscetur. [Obstructione liberat et extenuat viscera omnia et totum corporis habitum.]

Cap. XXIX. (XXXII.) [*De Origano.*] Origanum heracleoticum, quod nonnulli cunilam appellant, folium habet hyssopo simile, umbellam autem haud rotatam, sed veluti divisam, et semen in summis virgis haud quaquam densum. Vim habet calefacientem, ac proinde ipsius decoctum ex vino potui datum venenatorum morsibus convenit. Ex passo vero iis prodest, qui cicutam aut meconium, ex aceto iis, qui gypsum aut ephemerum hauserunt. Convulsis autem, ruptis et hydropi medetur, cum fico esui datum. At aridum, acetabuli mensura cum aqua mulsa epotum, atros humores

τε κινεῖ καὶ βῆχας θεραπεύει, σὺν μέλιτι ἐκλειχομένη· κνησμοὺς δὲ καὶ ψώρας καὶ ἴκτερον τὸ ἀφέψημα αὐτῆς ἐν λουτρῷ ὠφελεῖ· ὁ δὲ χυλὸς αὐτῆς χλωρᾶς οὔσης, καὶ παρίσθμια καὶ κιονίδας καὶ ἄφθας θεραπεύει· καὶ διὰ ῥινὸς ἄγει, σὺν ἐλαίῳ ἰρίνῳ ἐγχυματιζόμενος· σὺν γάλακτι δὲ καὶ ὠταλγίας παρηγορεῖ· ἐμέτικόν τε φάρμακον σκευάζεται δι᾽ αὐτῆς καὶ κρομμύων καὶ ῥοὸς τοῦ ἐπὶ τὰ ὄψα, πάντων ἐν χαλκῷ κυπρίῳ ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα καύμασιν ἡλιασθέντων, ἐπὶ ἡμέρας μ΄· ὑποστρωννυμένη δὲ ἡ πόα ἑρπετὰ διώκει.

Κεφ. λ΄. (λγ΄.) [Περὶ Ὀνήτιδος.] Ἡ δὲ ὀνῆτις καλουμένη λευκοτέρα τοῖς φύλλοις ἐστὶ, καὶ μᾶλλον ἐοικυῖα ὑσσώπῳ, καὶ τὸ σπέρμα ὥςπερ κορύμβους συνεχεῖς ἐπικειμένους ἔχει. Δύναται μέντοι τὰ αὐτὰ τῇ ἡρακλεωτικῇ, οὐχ οὕτω μέντοι δραστικὴ καθέστηκεν.

Κεφ. λα΄. (λδ΄.) [Περὶ Ἀγριοριγάνου.] Ἡ δὲ ἀγριορίγανος, ἣν πάνακες ἡράκλειον, οἱ δὲ κονίλην καλοῦσιν, ὧν ἐστι καὶ Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος, ἔχει τὰ μὲν φύλλα ὅμοια ὀριγάνῳ, ῥαβδία δὲ σπιθαμιαῖα, λεπτὰ, ἐφ᾽ ὧν σκιάδια ὅμοια ἀνήθῳ, ἄνθη δὲ λευκά· ῥίζα λεπτὴ, ἄχρηστος· ἰδίως

per alvum extrahit, menses ciet, ac tussi cum melle delinctum medetur. Prurigini autem, psorae ac morbo regio decoctum ipsius in balneo prodest. Succus virentis tonsillis, uvulis et aphthis medetur, et in nares ex oleo irinoque infusus caput purgat, aurium quoque dolores ex lacte mitigat. Conficitur denique ex eo, cepis ac rhoë, qua ad obsonia utuntur, vomitorium medicamentum, his omnibus in cupreo vase per caniculae ardores ad dies quadraginta insolatis. Substrata denique herba serpentes fugat.

Cap. XXX. (XXXIII.) [*De Onitide.*] Quod onitis appellatur, foliis est albidioribus, hyssopoque similius, ac semen habet velut corymbos cohaerentes ac sibi incumbentes. Vis tamen eadem, quae heracleotici, sed minus efficax.

Cap. XXXI. (XXXIV.) [*De Origano sylvestri.*] Origanum sylvestre aliqui panaces herculeum vocant, alii cunilam: quo in numero Nicander est Colophonius. Folia habet origani, virgulas dodrantales, tenues, in quibus umbellae anethi insunt, flores albi: radix tenuis ac inutilis.

δὲ βοηθεῖ θηριοδήκτοις τὰ φύλλα καὶ τὰ ἄνθη, σὺν οἴνῳ πινόμενα.

Κεφ. λβ΄. (λε΄.) [Περὶ Τραγοριγάνου.] Τραγορίγανος θαμνίσκος ἐστὶν, ὀριγάνῳ ἢ ἑρπύλλῳ ἀγρίῳ ὅμοιος τὰ φύλλα καὶ τὰ κλωνία· ἡ μέν τις εὑρίσκεται κατὰ τόπους εὐεργεστέρα καὶ πλατύφυλλος, κολλώδης[62] ἱκανῶς· ἡ δέ τις λεπτόκαρφος καὶ λεπτόφυλλος, ἣν καὶ πράσιον ἔνιοι καλοῦσι· ἀρίστη δὲ ἡ κιλίκιος, καὶ ἡ ἐν Κῷ, καὶ Χίῳ, καὶ Σμύρνῃ, καὶ Κρήτῃ. Θερμαντικαὶ δὲ πᾶσαι καὶ οὐρητικαὶ καὶ εὐκοίλιοι, πινομένου τοῦ ἀφεψήματος· ὑπερβιβάζουσι γὰρ τὰ χολώδη· εὔθετοι καὶ σπληνικοῖς πινόμεναι μετ' ὄξους, καὶ τοῖς ἰξίαν πεπωκόσι μετ' οἴνῳ καὶ ἔμμηνα δὲ ἄγουσι· βηξί τε καὶ περιπνευμονίαις σὺν μέλιτι ἐν ἐκλεικτῷ δίδοται· ἔστι δὲ καὶ τὸ πότημα ἐπιεικές· ὅθεν τοῖς ἀσώδεσι καὶ κακοστομάχοις καὶ ὀξυρεγμιῶσι δίδοται, καὶ ἐφ' ὧν ἀλυσμὸς καὶ ναυτία καὶ θέρμη ὑποχονδρίων παρακολουθεῖ· διαφορεῖ δὲ καὶ οἰδήματα καταπλασθεῖσα μετὰ ἀλφίτων.

62) Sic Ald., Cornar. et rell.; κομμώδης Asulan. et Marcell.

Speciatim venenatorum morsibus folia floresque ex vino poti auxiliantur.

Cap. XXXII. (XXXV.) [*De Tragorigano.*] Tragoriganum fruticulus est, folio et ramulis ad origanum aut serpyllum sylvestre accedens. Quoddam pro locorum ratione vegetius est et folia habet latiora, satis glutinosum. Alterum gracilibus est ramulis, tenuibusque foliis, quod etiam prasion nonnullis audit. Optimum est cilicium, quod in Co, Chio, ad Smyrnam et in Creta provenit. Omnia calefaciunt, urinas cient, bonamque faciunt alvum, ebibito decocto, siquidem biliosa deiiciunt. Prosunt et lienosis ex aceto pota, itemque iis, qui ixiam hausere, ex vino. Quin et menses trahunt, et in tussi ac peripneumonia ex melle in eclegmate dantur. Est idonea eorum potio, unde et fastidiosis et stomacho affectis et acida ructantibus exhibetur, iisque, quos anxietas et nausea et praecordiorum aestus male habent. Discutiunt et oedemata, si cum polenta illinuntur.

Κεφ. λγ'. (λς'.) [*Περὶ Γλήχωνος.*] *Γλήχων* [οἱ δὲ βλῆχρον, οἱ δὲ ἀρσενίκανθον, Ῥωμαῖοι πολεΐουμ, Ἀφροὶ ἀπολεΐουμ, Γάλλοι ἄλβολον, οἱ δὲ γάλλις ὄψις·] πόα γνώριμος, λεπτυντική, θερμαντική, πεπτική· ποθεῖσα δὲ ἔμμηνα καὶ δεύτερα καὶ ἔμβρυα ἄγει· ἀνάγει δὲ καὶ τὰ ἐκ πνεύμονος μετ᾽ ἀλόης[63] καὶ μέλιτος ποθεῖσα καὶ σπωμένοις βοηθεῖ· ναυτίας τε καὶ δηγμοὺς στομάχου μετὰ ὀξυκράτου ποθεῖσα παραμυθεῖται· ἄγει δὲ καὶ κατὰ κοιλίαν μέλανα· βοηθεῖ δὲ καὶ θηριοδήκτοις πινομένη μετ᾽ οἴνου· λειποθυμοῦντάς τε ἀνακτᾶται σὺν ὄξει, ταῖς ῥισὶ προςφερομένη· κρατύνει δὲ καὶ οὖλα[64], ξηρὰ λεία κεκαυμένη[65]· ἐπιπλασθεῖσα δὲ πραΰνει πᾶσαν φλεγμονὴν σὺν ἀλφίτῳ· καθ᾽ ἑαυτὴν δὲ ποδαγρικοῖς ἁρμόζει, ἄχρι φοινίξεως τῆς ἐπιφανείας· σὺν κηρωτῇ δὲ ἰόνθους σβέννυσιν· ὠφελεῖ δὲ καὶ σπληνικοὺς μεθ᾽ ἁλὸς καταπλασσομένη· τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς κνησμοὺς λουόμενον παύει, καὶ εἰς ἐγκάθισμα καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις καὶ σκληρίας καὶ ἀποστροφὰς[66] ὑστέρας ἁρμόζει· καλοῦσι δέ τινες

63) Sic Oribas., Ald., Asul., Cornar., Goupyl.; *μεθ᾽ ἁλὸς* Plin., Serap., cod. C., Sarac. 64) C. pessime *οὖρα.*
65) Sic Oribas., Serap. et codd. plerique; *κατακεκλυσμένη* Sambuc.
66) Sic codd. C. N., Ald., Asulan., Marcell., Cornar.; *ὑποστροφὰς* Goupyl. et Sarac.; *ἀναστροφὰς* videtur legisse Serap.

Cap. XXX. (XXXVI.) [*De Pulegio.*] Pulegium [quod nonnulli blechron, aut arsenicanthon, Romani poleïum, Afri apoleïum, Galli albolon aut gallis opsin vocant] est herba vulgaris notitiae. Extenuat, calefacit, concoctionem adiuvat. Bibitum menstrua, secundas et partus eiicit. E pulmonibus educit vitia, cum aloë et melle potum, ac convulsis etiam auxiliatur. Nauseas et stomachi rosiones ex posca bibitum permulcet: nigros etiamnum humores per alvum exigit. Venenatorum morsibus in vino potum succurrit. Defectos animo recreat, cum aceto naribus admotum. Corroborat gingivas siccum, tritum et crematum. Illitum cum polenta inflammationem omnem lenit, et podagricis per se prodest, impositum, donec rubescat superficies. Cum cerato autem varos exstinguit: iuvat et lienosos, cum sale adhibitum. Ceterum decoctum ipsius prurigines lotione mitigat et matricis inflationibus ac duritiei, inversionibus quoque uteri insessu

αὐτὴν βλήχωνα[67], ἐπειδὴ τὰ γευσάμενα κατὰ τὴν ἄνθησιν τῶν ποιμνίων, βληχῆς ἐμπίμπλανται.

[[68] Χλωρὰ δὲ τριβομένη πόα καὶ μετ᾽ ὄξους καταπλαττομένη θερμαίνει καὶ ἐρυθραίνει καὶ τὰ ἕλκη ῥυπαρὰ ἀνακαθαίρει ἢ μὴν πέπτει· ἡ αὐτὴ τὰ ὑπώπια ἐξαλείφει, ὅτι αἷμα ἀνακαλεῖται. Ὀσφραίνεται ἀντὶ τὰς ἐκλύσεις καὶ λειποθυμίας, τὴν ἐφηλίδα αἴρει κοπτομένη καὶ ἐντετριμμένη· πραΰνει ὀδόντων ἄλγημα μετ᾽ οἴνου καὶ μέλιτος καὶ ἁλῶν πεφρυγμένη, ἢ μετ᾽ οἴνου καὶ μέλιτος μόνου, ἢ μετ᾽ οἴνου καὶ ἁλῶν ἴσων ἐν κεραμείῳ ἀγγείῳ θερμαινομένη· πίνεται δὲ καὶ πρὸς τὸν λαγωὸν θαλάσσιον καὶ τὰ ἄλλα δηλητήρια· ψώραν ἀποσμήχει πινομένη καὶ προςτριβομένη. Κονιορτὸς τῆς ξηρῆς ἐπιπάσσεται μετὰ τὸ βαλανεῖον πρὸς ψυχρὰ τῶν ἄρθρων ἄλγεα· χρὴ δὲ στενῷ σπαργάνῳ συστέλλειν, ἐφ᾽ ᾧ τῷ δέρματι συμφύηται, ὅτι οὐ μόνον τὰ ἄλγεα πραΰνει, ἀλλὰ καὶ ψυχρὸν μέρος θερμαίνει.]

Κεφ. λδ. (λζ.) [Περὶ Δικτάμνου.] Δίκταμνος, ἣν

67) Cod. C. βλῆχρον. Melius βληχώ.

68) Haec e Cantacuz. cod. Matthiol.

opitulatur. Blechona nonnulli vocant, quod, dum floret, a pecoribus gustatum, balatum concitat.

[Viridis autem herba, trita et cum aceto imposita, exaestuat et rubefacit, et immunda ulcera purgat, et vero etiam coquit. Eadem sugillata emaculat, quod sanguinem revocat. Ad olfaciendum datur contra resolutiones (nervorum) et deliquia: maculam a sole contractam tollit contusa et affricta: mitigat et dentium dolores cum vino, melle et salibus frixum, aut cum vino melleque solis, aut cum vini et salium aequa portione in vase fictili fervefactum. Bibitur et adversus leporem marinum et alia letifera. Scabiem absterget bibitum et affrictum. Pulvis siccatae herbae inspergitur post balneum adversus frigidos artuum dolores: oportet autem membrum arctis stringere fasciis, ut firmiter cuti adhaereat, quando non tantum dolores mulcet, sed frigore correptam partem etiam calefacit.]

Cap. XXXIV. (XXXVI.) [*De Dictamno.*] Dicta-

καλοῦσί τινες γλήχωνα ἀγρίαν [οἱ δὲ ἔμβακτρον[69], οἱ δὲ βελουάκος, οἱ δὲ ἀρτεμίδιον, οἱ δὲ κρητικὴ, οἱ δὲ ἐφήμερον, οἱ δὲ ἐλδίαν, οἱ δὲ βελοτόκος, οἱ δὲ δορκίδιον, οἱ δὲ ἐλβούνιον, Ῥωμαῖοι οὐστιλάγω ῥούστικα·] πόα ἐστὶ κρητικὴ, δριμεῖα λίαν[70], ὁμοία γλήχωνι, μείζω δὲ καὶ γναφαλώδη τὰ φύλλα ἔχει, καὶ ἐριώδη τινὰ ἐπίφυσιν· οὔτε δὲ ἄνθος οὔτε καρπὸν φέρει[71]· ποιεῖ δὲ πάντα, ὅσα καὶ ἡ ἥμερος γλήχων, ἐνεργέστερον δὲ πολλῷ· οὐ μόνον γὰρ πινομένη, ἀλλὰ καὶ προστιθεμένη καὶ ὑποθυμιωμένη τὰ τεθνηκότα ἔμβρυα ἐκτινάσσει. Φασὶ δὲ καὶ τὰς αἶγας ἐν Κρήτῃ τοξευθείσας καὶ νεμηθείσας τὴν πόαν, ἐκβάλλειν τὰ τοξεύματα. Ἔχει δὲ καὶ καθαρτικὴν δύναμιν ὁ χυλὸς αὐτῆς, καταχριόμενος ἢ τριβόμενος[72] μετὰ ἀλφίτων· καταπλασσομένη δὲ ἡ βοτάνη τοὺς ὑποκάτω τῶν ποδῶν ἢ τοῦ λοιποῦ σώματος θεραπεύει σκόλοπας· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς πόνον σπληνὸς, μειοῖ

69) Sic Ald., Asulan., Marcell., Cornar.; ἔλβατρον Goupyl., Sarac.

70) Sic cod. C. et Serap. Ceteri λεία, quod servari nequit, quia contrarium est τοῖς φύλλοις γναφαλώδεσι καὶ ἐριώδεσι. Est quidem aliquid λεῖον in Dictamno, nempe bracteae calycesque florum. Nec hoc accipiendum est, cum flores Dictamni fructusque, Theophrasto (hist. 9, 18.), Virgilio (Aen. 1, 412.) et Damocrati (Galen. compos. medic. sec. gen. lib. 5. p. 822.) noti, Dioscoridem latuisse videantur.

71) Saepe vexatus locus. Plinius, Oribas., Serap. et codd. consentiunt in hac lectione. Matthiolus suasit καρπὸς συμφέρει. Sed insolens Diosc. verbum nolo contra tot testimonia recipere.

72) Ald. et Asulan. interponunt ὥςπερ.

mnus, quam pulegium sylvestre nonnulli dicunt [alii embactron, aut beluacos, artemidion etiam et creticum, et ephemeron, eldian, belotocos, dorcidion denique et elbunion, Romani ustilaginem rusticam] herba est cretica, valde acris, pulegio similis, sed maiora habens folia et lanuginosa, aut tomento quodam lanato adnato praedita. Nec florem, nec fructum fert. Praestat vero omnia, quae sativum pulegium, sed efficacius. Non pota solum, sed et apposita et suffita fetus emortuos eiicit. Aiunt et in Creta capras tela, quibus ictae sunt, huius herbae pastu excutere. Purgandi vim habet succus ipsius illitus aut cum polenta affrictus. Imposita vero herba plantae pedum reliquove corpori impactos aculeos curat. Est et efficax ad

γάρ αὐτόν· καρπίζουσι δὲ αὐτὴν ἐν θέρει καὶ φθινοπώρῳ· ἡ δὲ ῥίζα αὐτῆς γευομένους[73] θερμαίνει· ἔστι δὲ καὶ ὀξυτόκιον· βοηθεῖ δὲ καὶ θηριοδήκτοις ὁ χυλὸς αὐτῆς, μετ' οἴνου πινόμενος· τοιαύτη δὲ τῆς βοτάνης ἡ δύναμις, ὡς καὶ ὀσφραινομένη διώκειν καὶ προσαπτομένη ἀναιρεῖν τὰ ἰοβόλα θηρία· τὸ δὲ αὐτῆς χύλισμα ἐπιχεόμενον πληγῇ σιδήρου ἢ ἰοβόλου δήγματι, καὶ πρὸς τῷ ἐπιχυθῆναι καὶ λαμβανόμενον πόσει, εὐθέως ὑγιάζει.

(Κεφ. λη'.) Τὸ δὲ ψευδοδίκταμνον καλούμενον φύεται ἐν πολλοῖς τόποις, ἐμφερὲς μὲν τῷ πρὸ αὐτοῦ, ἔλαττον δὲ δριμύ· ποιεῖ δὲ τὰ αὐτὰ τῷ δικτάμνῳ, οὐχ ὁμοίως ἐνεργοῦν.

(Κεφ. λθ'.) Φέρεται δὲ ἀπὸ Κρήτης[74] ἕτερον εἶδος δικτάμνου, φύλλοις ἐοικὸς σισυμβρίου, κλωσὶ δὲ μεῖζον, ἐφ' ὧν ἄνθος ὀριγάνῳ[75] ἀγρίῳ ἐοικός, μέλαν, μαλακόν· ὀσμὴ δὲ τῶν φύλλων μεταξὺ σισυμβρίου καὶ ἐλελισφάκου, ἡδίστη· ποιεῖ

73) Sic Ald., Cornar., Goupyl.; γευομένῳ Asulan., Marcell.
74) C. Φύεται δὲ ἐν Κρήτῃ. Ceterum utrumque hoc capitulum genuinum est, cum et ab Oribas. et a Serap. agnoscatur, licet suppostitia habeat Anguillar. p. 201.
75) C. ὀρμίνῳ.

lienis dolorem, siquidem id viscus imminuit. Legitur autem aestate et autumno. Radix gustu calefacit et partum accelerat. Sed et succus cum vino potus contra venenatorum morsus auxilio est. Herbae vero tanta vis est, ut et olfactu abigat bestias venenatas, et contactu interimat. Cetero expressus ex ea succus vulneribus ferro illatis aut venenatis morsibus instillatus expedite ad sanitatem perducit, si praeterea in potu sumatur.

(Cap. XXXVIII.) Quod pseudodictamnum vocant, multis in terris nascitur, antedicto simile, sed minus, quam illud, acre. Eosdem praebet effectus, at haud simili efficacia.

(Cap. XXXIX.) Defertur et e Creta alterum dictamni genus, foliis sisymbrium referentibus, sed ramis maioribus, in quibus flos emicat origani sylvestris, nigricans ac mollis. Odor foliorum inter sisymbrium et salviam medius, iucundissimus. Ad eadem, ad quae et antedictum,

δὲ πρὸς ὅσα καὶ ἡ πρὸ αὐτῆς, ἧσσον πληκτικὴ ὑπάρχουσα· μίγνυται δὲ καὶ ἐμπλάστροις καὶ θηριακαῖς.

Κεφ. λέ. (μ΄.) [Περὶ Ἐλελισφάκου.] Ἐλελίσφακον, οἱ δὲ ἐλαφόβοσκον[76], οἱ δὲ κίοσμιν, οἱ δὲ φαγνὸν, οἱ δὲ βήκιον, Αἰγύπτιοι ἀπουσὶ, Ῥωμαῖοι σάλβια, οἱ δὲ κόσαλον· θάμνος ἐστὶν ἐπιμήκης, πολύκλωνος, ῥάβδους τετραγώνους καὶ ὑπολεύκους ἔχων· φύλλα δὲ μηλέᾳ κυδωνίᾳ[77] ἐοικότα, ἐπιμηκέστερα μέντοι καὶ τραχύτερα καὶ παχύτερα, λεληθότως, ὥσπερ τὰ ἀνάτριπτα τῶν ἱματίων, δασέα, ὑπόλευκα, σφοδρῶς εὐώδη, βρωμώδη[78]· καρπὸν δὲ ἐπ᾽ ἄκρων τῶν καυλῶν ὥσπερ ὁρμίνου ἀγρίου ἔχει· φύεται δὲ ἐν τραχέσι χωρίοις. Δύναμιν δὲ ἔχει τὸ ἀφέψημα τῶν φύλλων καὶ τῶν κλάδων οὖρα ἄγειν πινόμενον, καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα κατασπᾷν, καὶ τρυγόνος πληγαῖς ἀρήγειν· μελαίνει δὲ καὶ τρίχας· καὶ τραυματικὴ καὶ ἴσχαιμος, καὶ ἀποκαθαρτικὴ τῶν θηριωδῶν ἐστιν ἑλκῶν· παύει δὲ σὺν οἴνῳ τὸ ἀφέψημα τῶν φύλλων καὶ τῶν κλάδων αὐτῶν προσκλυζόμενον τοὺς περὶ τὰ αἰδοῖα κνησμούς.

76) Ald. interponit οἱ δὲ φακόν.
77) Anguillar. p. 202. e Crateva ἡδυόσμῳ.
78) C. ἔμβρωμον τῇ γεύσει.

efficax, sed minus nares ferit. Miscetur et emplastris ac theriacis compositionibus.

Cap. XXXV. (XL.) [*De Salvia.*] Salvia, quam alii elaphoboscon, alii ciosmin, phagnon etiam et becion aut cosalon, Aegyptii apusi vocant, est frutex subprocerus, ramosus, virgis quadrangulis et albicantibus. Folia habet ad mali cydoniae accedentia, sed longiora, asperiora crassioraque, obscure hirsuta, velut attritae vestes, subalbida, vehementer odorata, sed virosa: fructum gerit in summis caulibus, hormino sylvestri similem. Nascitur in asperis locis. Vim habet decoctum foliorum ramorumque epotum urinas mensesque ciendi, fetus extrahendi et pastinacae marinae ictibus auxiliandi. Capillos quoque denigrat: vulneraria eadem et sanguinem cohibendi vi praedita. Fera etiam repurgat ulcera. Sedat decoctum foliorum et ramorum ipsorum fotu pruritus genitalium.

Κεφ. λϛʹ. (μαʹ.) [Περὶ Ἡδυόσμου ἡμέρου.] Ἡδύοσμος, οἱ δὲ μίνθην ἢ καλαμίνθην[79] [Ῥωμαῖοι μένθα, οἱ δὲ νεπέταμ, Αἰγύπτιοι τὶς, οἱ δὲ φερθρουμόνθου[80], οἱ δὲ περξὼ, οἱ δὲ μακιθὼ] γνώριμον βοτάνιον· δύναμιν ἔχον θερμαντικὴν, στυπτικὴν, ξηραντικήν· ὅθεν αἷμα ἵστησι πινόμενος[81] ὁ χυλὸς αὐτοῦ μετ' ὄξους· καὶ ἕλμινθας κτείνει στρογγύλας, ἀφροδίσιά τε ἐρεθίζει, καὶ λυγμοὺς καὶ ἐμέτους καὶ χολέραν παύει, δύο ἢ τρία κλωνάρια σὺν ῥοᾶς ὀξείας χυλῷ ποθέντα· διαφορεῖ δὲ καὶ ἀποστήματα μετ' ἀλφίτου καταπλασθέν· καὶ κεφαλαλγίας παρηγορεῖ ἐπιτεθὲν τῷ μετώπῳ, μαστῶν τε περίτασιν καὶ σπάργωσιν[82] πραΰνει· σὺν ἁλσὶ δὲ τοῖς κυνοδήκτοις κατάπλασμα[83]· ὠταλγίαις δὲ ὁ χυλὸς σὺν μελικράτῳ ἀρήγει[84], γυναιξὶ δὲ πρὸ τοῦ πλησιάζειν προστιθέμενον ἀσυλληψίαν ἐργάζεται· γλῶσσάν τε τραχεῖαν παρατριβόμενον λεαίνει· καὶ γάλα ἀτύρωτον φυλάσσει, ἐναποκλυσθέντων αὐτῷ τῶν φύλλων[85]· καὶ καθόλου ἐστὶν εὐστόμα-

79) Sic Ald.; καλάμινθον cod. C. Seriores omiserunt.
80) Sic cod. C.; φερθουμερθρουμονθου Ald. et sequ.
81) C. λαμβανόμενος.
82) C. ἄλγησιν.
83) C. συνεργεῖ δὲ καὶ τοῖς κυνοδήκτοις καταπλασσόμενον.
84) C. ἁρμόζει.
85) Matthioli cod. κλωναρίων.

Cap. XXXVI. (XLI.) [*De Mentha sativa.*] Mentha, quae et calamintha dicitur [Romanis et nepeta, Aegyptiis tis, aut ferthrumonthu, aut perxo et macitho vocata] vulgo nota est herbula. Vim habet calefacientem, astringentem et exsiccantem: quamobrem sanguinem sistit ipsius succus ex aceto potus, teretesque lumbricos enecat et venerem stimulat: singultus, vomitiones choleramque sedant bini ternive ramuli cum acidi granati succo epoti. Discutit et abscessus, si cum polenta adhibetur, et imposita fronti dolores capitis levat: mammas distentas et nimio lacte turgentes compescit. Cum sale vero canum morsibus imponitur. Succus aurium doloribus cum aqua mulsa subvenit. Mulieribus ante coitum subdita conceptioni resistit et asperam linguam affricta laevigat. Lac in caseum densari non patitur, si illi folia immerguntur. Et generatim

χον[86] καὶ ἀρτυματῶδες. (Κεφ. μβ΄.) Τὸ δὲ ἄγριον ἡδύοσμον, ὃ Ῥωμαῖοι μενθάστρουμ καλοῦσι, γίνεται δασύτερον τοῖς φύλλοις καὶ πάντη μεῖζον σισυμβρίου, ἐν ὀσμῇ δὲ βρωμωδέστερον, καὶ ἧττον εἰς τὴν ἐν ὑγείᾳ χρῆσιν εὔθετον.

Κεφ. λζ΄. (μγ΄.) [Περὶ Καλαμίνθης.] Καλαμίνθη, ἡ μέν τις ὀρεινοτέρα[87] ἐστίν[88]· ἔχει δὲ φύλλα ὅμοια ὠκίμῳ[89], ὑπόλευκα, κλωνία δὲ καὶ κάρφη γεγωνιωμένα[90], ἄνθος πορφυροῦν[91]. Ἡ δέ τις γλήχωνι ἔοικε, μείζων δέ· ὅθεν τινὲς ἀγρίαν αὐτὴν γλήχωνα ἐκάλεσαν, διότι καὶ τῇ ὀσμῇ παρέοικε· ταύτην Ῥωμαῖοι νεπέταν. Ἡ δὲ τρίτη ἔοικεν ἡδυόσμῳ ἀγρίῳ, ἐπιμηκεστέρα τοῖς φύλλοις, καυλῷ καὶ κλάδῳ μείζων τῶν προειρημένων καὶ ἧττον ἐνεργής. Πασῶν δὲ τὰ φύλλα γευομένῳ πυρωτικὰ ἰσχυρῶς καὶ δριμέα, ῥίζα ἄχρηστος· φύεται δὲ ἐν πεδίοις καὶ ἐν τραχέσι τόποις καὶ καθύγροις· πινομένη δὲ καὶ καταπλασσομένη ἀρήγει ἑρπετοδήκτοις· ἄγει δὲ καὶ οὖρα τὸ ἀφέψημα πινόμενον· βοηθεῖ δὲ καὶ ῥήγμασι,

86) C. εὔπομον. 87) C. ὀριγανωτέρα.

88) Cod. C. addit: οἱ δὲ ὀριγάνης, οἱ δὲ μίνθην, Ῥωμαῖοι νεπέταμ, οἱ δὲ μένθαμ μοντάναμ.

89) C. addit: μικρότερα δὲ καὶ λευκότερα.

90) C. γωνιοειδῆ.

91) C. καὶ μήλινον.

stomacho utilis est et condimentis idonea. (Cap. XLII.) Mentha sylvestris, quam menthastrum Romani vocant, hirsutioribus est foliis et prorsus maior sisymbrio: at odore magis viroso, quare minus ad sanorum usum apta est.

Cap. XXXVII. (XLIII.) [*De Calamintha.*] E calaminthae speciebus quaedam magis montana est, folia habet ocimi, subalbida, ramulos surculosque angulatos et florem purpurascentem. Altera pulegio similis est, sed maior, quam ideo sylvestre pulegium vocarunt, quod et odore ipsum aemuletur: hanc Romani nepetam nominant. Tertia ad menthastrum accedit, foliis magis oblongis, caule ramisque, quam praedicta, maioribus, sed minus efficax. Omnium folia gustu impense ferventia et acria: radix inutilis. Nascitur in campestribus locis, asperis ac praehumidis. Sive pota, sive imposita, demorsis a serpente opitulatur. Decoctum potu urinas pellit: ruptis quoque, con-

σπάσμασιν, ὀρθοπνοίαις, στρόφοις, χολέρᾳ, καὶ ῥίγει· καὶ πρὸς τὰ θανάσιμα προπινομένη ποιεῖ σὺν οἴνῳ, καὶ ἴκτερον ἀποκαθαίρει· ἕλμινθάς τε κτείνει καὶ ἀσκαρίδας σὺν ἁλσὶ καὶ μέλιτι πινομένη, ἑφθή τε καὶ ὠμὴ τετριμμένη· ὠφελεῖ καὶ ἐλεφαντιῶντας βρωθεῖσα, ἐπιπινομένου ὀῤῥοῦ γάλακτος· φθείρει δὲ καὶ ἔμβρυα, καὶ ἔμμηνα ἄγει τὰ φύλλα λεῖα ἐν προσθέτῳ· θυμιαθέντα δὲ ἑρπετὰ διώκει καὶ ὑποστρωννύμενα· λευκαίνει τε καὶ τὰς μελαίνας οὐλὰς ἑψηθεῖσα ἐν οἴνῳ καὶ καταπλασθεῖσα, καθαίρει καὶ ὑπώπια· ἰσχιαδικοῖς τε ἐπιτίθεται εἰς μετασύγκρισιν, ἐπικαίουσα τὴν ἐπιφάνειαν· καὶ σκώληκας τοὺς ἐν ὠσὶ κτείνει ὁ χυλὸς ἐνσταζόμενος.

Κεφ. λή. (μδ΄.) [Περὶ Θύμου.] Θύμος [οἱ δὲ λευκὸς, οἱ δὲ κεφαλωτὸς, οἱ δὲ ἐπιθυμὶς, οἱ δὲ θύρσιον, Ῥωμαῖοι θούμουμ, Αἰγύπτιοι στεφάνη, Δακοὶ μόζουλα][92] γινώσκεται ὑπὸ πάντων· θαμνίσκιον φρυγανοειδὲς, φυλλαρίοις πολλοῖς καὶ στενοῖς περιειλημμένον, ἔχον ἐπ᾽ ἄκρου κεφάλια ἄνθους πορφυρίζοντα· μάλιστα δὲ φύεται ἐν πετρώδεσι καὶ

92) Serapion multo plura legit, quam nostra exemplaria habent. *φρυγανώδης* vertit hic et alibi: *lignosi*, ita ut licinia (ellychnia) pro luminibus accendendis, cotoneo involuto, inde confici possint.

vulsis, anhelationibus, torminibus, cholerae ac rigori auxiliatur. Praesumta in vino venenis resistit, et regium morbum expurgat. Lumbricos necat et ascaridas, cum sale et melle pota, seu cocta, seu etiam cruda contrita fuerit. Elephantiacos etiam esitata iuvat, si serum lactis superbiberint. Detrita folia in pesso subdita fetus enecant et menses extrahunt. Eadem suffita, ut et substrata, serpentes fugant. Dein cicatricibus nigris album reddit colorem in vino cocta et imposita, ac sugillata sub oculis quoque emendat. In coxendicum doloribus ad metasyncrisin imponitur, dum summam adurit cutem. Vermes denique aurium succus instillatus necat.

Cap. XXXVIII. (XLIV.) [*De Thymo.*] Thymum [quod album et capitatum nonnulli vocant, alii epithymis et thyrsion, Aegyptii coronam, Daci mozula] omnibus notum est. Frutex exiguus, surculosus, foliis exiguis, numerosis et angustis cinctus, in cacumine gerens floris capitula purpurascentia. Maxime vero nascitur in rupe-

λεπτογείοις τόποις. Δύναμιν δὲ ἔχει, πινόμενον μετὰ ἁλῶν καὶ ὄξους, ἄγειν φλεγματῶδες κατὰ κοιλίαν· τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτοῦ μετὰ μέλιτος ὀρθοπνοϊκοῖς καὶ ἀσθματικοῖς βοηθεῖ, ἕλμινθάς τε ἐξάγει καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα καὶ δεύτερα· ἔστι δὲ καὶ οὐρητικόν· μιγὲν δὲ μέλιτι καὶ ἐκλειχθὲν εὐανάγωγα τὰ ἐκ θώρακος ποιεῖ· διαφορεῖ δὲ οἰδήματα πρόςφατα, καταπλασθὲν μετ' ὄξους· αἵματος θρόμβους διαλύει, καὶ θύμους καὶ ἀκροχορδόνας αἴρει· καὶ ἰσχιαδικοῖς μετ' οἴνου καὶ ἀλφίτων ἐπιτεθὲν ἁρμόζει· ἀμβλυωποῦντας ἐσθιόμενον σὺν τροφῇ ὠφελεῖ· εὔχρηστον δὲ καὶ πρὸς τὴν ἐν ὑγείᾳ χρῆσιν ἀντὶ ἀρτύματος.

Κεφ. λθ'. (με'.) [Περὶ Θύμβρας.] Θύμβρα, καὶ αὐτὴ γνώριμος· γεννωμένη ἐν λεπτογείοις καὶ τραχέσι τόποις, ὁμοία θύμῳ, ἐλάσσων μέντοι καὶ ἁπαλωτέρα, φέρουσα στάχυν ἄνθους μεστὸν, ἔγχλωρον[93]· δύναται δὲ τὰ αὐτὰ τῷ θύμῳ, ὁμοίως λαμβανομένη· καὶ πρὸς τὴν ἐν ὑγείᾳ χρῆσιν εὐθετεῖ· γίνεται δὲ καὶ σπαρτὴ θύμβρα, κατὰ πάντα

93) Sic Oribas., Serap.; ἔγχρονον Ald.

stribus tenuibusque locis. Potum cum sale et aceto vim habet pituitam per alvum trahendi. At eius decoctum cum melle erecta cervice spirantibus et anhelatoribus praesidio est. Vermes etiam pellit et menses et fetus et secundas. Urinam quoque ciet. Cum melle in eclegmate sumtum, screatui facilia reddit, quae in pectore haerent. Ex aceto impositum oedemata recentia discutit, sanguinis grumos dissolvit, ac thymos pensilesque verrucas tollit. Quin et ischiadicis cum vino et polenta impositum subvenit: hebetiores oculos iuvat in cibo sumtum. Est denique pro condimento ad sanorum usus utile.

Cap. XXXIX. (XLV.) [*De Thymbra.*] Thymbra quoque nota est. Gignitur in tenui solo asperisque locis: thymo similis est, sed minor ac tenerior, spicam ferens florum plenam, sed virescentem. Eadem potest, quae thymum, simili modo assumtum, atque itidem sanorum usui apta est. Est et sativa quaedam thymbra, sylvestris pror-

τῆς ἀγρίας ἐλάσσων, εὐχρηστοτέρα δὲ πρὸς βρῶσιν, διὰ τὸ μὴ ἐπιτετάσθαι τὴν δριμύτητα.

Κεφ. μ΄. (μϛ΄.) [Περὶ Ἑρπύλλου.] Ἕρπυλλος [οἱ δὲ ζυγὶς ἀγρία, οἱ δὲ πόλιον, Αἰγύπτιοι μερουόπυος, Ῥωμαῖοι σερπύλλουμ, οἱ δὲ κερηλάτικουμ[94]] ὁ μέν τίς ἐστι κηπευτὸς, σαμψυχίζων τῇ ὀσμῇ, καὶ στεφανωματικός· ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ ἕρπειν τε καὶ ὅ,τι ἂν αὐτοῦ μέρος θίγῃ τῆς γῆς, ῥιζοβολεῖν· ἔχει δὲ φύλλα καὶ κλωνία ὀριγάνῳ ἐμφερῆ, πλὴν λευκότερα· ἀπὸ δὲ αἱμασιῶν καθιέμενος, εὐαυξέστερος γίνεται. Ὁ δέ τίς ἐστιν ἄγριος, ὃς καὶ ζυγὶς[95] καλεῖται, οὐχ ἕρπων, ἀλλ᾽ ὀρθὸς κλωνία ἀνιεὶς λεπτὰ, φρυγανώδη, φύλλων περίπλεα ὁμοίων πηγάνῳ[96], ὑπόστενα δέ ἐστι καὶ ἐπιμηκέστερα καὶ σκληρότερα[97]· ἄνθη γευομένῳ δριμέα[98]· ὀσμὴ ἡδεῖα[99]· ῥίζα ἄχρηστος· φύεται ἐν πέτραις ἐνεργέστερος καὶ θερμαντικώτερος τοῦ κηπευτοῦ ὑπάρχων, καὶ πρὸς τὴν ἰα-

94) C. κερκλάτικουμ.
95) Serap. *ragîs*, ob commutatum رغيس cum زغيس.
96) C. φύλλα περίπλεα.
97) C. μικρότερα.
98) C. γευσαμένῳ δάκνει.
99) C. ἀρίστη.

sus inferior, quae tamen propter mitiorem acrimoniam commodius in cibos recipitur.

Cap. XL. (XLVI.) [*De Serpyllo.*] Serpyllum [quod nonnulli zygin sylvestrem, alii polion vocant, Aegyptii meruopyos, Romani etiam cerelaticum (cicer erraticum, *Marcell.*)] est quoddam hortense, quod odore sampsuchum imitatur et in coronas addi solet: ita dictum a serpendo, quod, quacunque sui parte terram attingat, radicetur. Habet autem folia ramulosque origani, sed albidioris coloris, et e maceriis demissum multo laetius crescit. Alterum sylvestre, quod etiam zygis appellatur, minime serpit, sed in altum assurgens, ramulos edit tenues, fruticulosos, foliis refertos rutae similibus, sed angustis, longioribus ac durioribus. Flores gustanti acres, odoris suavis, radix nullius usus. Nascitur in rupibus efficacius, magisque calefacit et ad medicum usum aptius, quam hor-

τρικὴν χρῆσιν ἐπιτηδειότερος· ἔμμηνα γὰρ ἄγει[100] καὶ οὖρα κινεῖ πινόμενος· ὠφελεῖ στρόφους, ῥήγματα, σπάσματα, ἥπατος φλεγμονάς· καὶ πρὸς ἑρπετὰ πινόμενός τε καὶ καταπλασσόμενος· κεφαλῆς τε ὀδύνην παραμυθεῖται ἑψηθεὶς σὺν ὄξει καὶ καταβραχεὶς, μιγέντος αὐτῷ ῥοδίνου[1]· μάλιστα δὲ ἐπὶ ληθάργου καὶ φρενίτιδος ἁρμόζει· παύει δὲ καὶ ἔμετον αἵματος < δ' πλῆθος μετ' ὄξους ποθεὶς ὁ χυλὸς αὐτοῦ.

Κεφ. μα'. (μζ'.) [Περὶ Σαμψύχου.] Σάμψυχον [οἱ δὲ τρίφυλλον, οἱ δὲ ἀμάρακον, οἱ δὲ ἀγαθίδες, οἱ δὲ κνήκιον, οἱ δὲ ἄκαπνον, Πυθαγόρας θραμβὴς, Αἰγύπτιοι σοφὸ, Ἀρμένιοι μύουρον, προφῆται ὄνος ἱερέως[2], οἱ δὲ ἠκίγονος Ἴσεως, Ῥωμαῖοι μαιζουράνα] κράτιστον τὸ κυζικηνὸν καὶ κύπριον· δευτερεύει δὲ τούτου τὸ αἰγύπτιον· καλεῖται δὲ ὑπὸ Κυζικηνῶν καὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ἀμάρακον[3]· πόα δέ ἐστι πολύκλωνος, ἕρπουσα ἐπὶ τῆς γῆς, φύλλα δασέα καὶ περιφερῆ ἔχουσα, ὅμοια τῆς λεπτοφύλλου καλαμίνθης, σφόδρα εὐώδης καὶ θερμαντικὴ, πλεκομένη καὶ εἰς στεφάνους.

100) C. καὶ ἔμμηνα δὲ ταράττει.

1) Ex Aëtio et Serap. et ipso cod. C. In Ald. et sequ. transposita sic: ἑψ. ῥοδ. μιγέντος αὐτ. σὺν ὄξει καὶ καταβρ.

2) Ald. ἴχρεως.

3) Ald. ἀμάραντον.

tense. Potum enim menses ducit et urinam ciet. Torminibus, ruptis, convulsis et iecinoris inflammationibus (desideriis, *Plin.*) auxiliatur. Est et efficax adversus serpentes, tum potum, tum et impositum. Decoctum in aceto capitis dolorem, adiecto rosaceo, lenit, si modo in caput irrigatur, maxime vero in lethargo ac phrenitide convenit. Sanguinis denique vomitum sedat succus drachmis quatuor ex aceto potus.

Cap. XLI. (XLVII.) [*De Maiorana.*] Maiorana [quam alii trifolium, alii amaracum, agathides etiam, cnecion, acapnon, Pythagoras thrambes, Aegyptii sopho, Armenii myuron, prophetae asinum sacerdotis, alii Isidis genituram vocant] optima est cyzicena et cypria: secundum locum obtinet aegyptia. Herba est ramosa, per terram repens, foliis hirsutis rotundisque, similis calaminthae angustifoliae, odoratissima et calefaciens, necti-

Ἁρμόζει δὲ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς πινόμενον ἐπὶ ἀρχομένων ὑδρωπικῶν καὶ δυσουρούντων καὶ στροφουμένων· ξηρὰ δὲ τὰ φύλλα ἐπιπλασθέντα μετὰ μέλιτος, αἴρει ὑπώπια· καὶ ἔμμηνα ἄγει ἐν προσθέτῳ. Πρὸς δὲ σκορπίου πληγὴν μετὰ ἁλῶν καὶ ὄξους καταπλάσσεται· πρὸς δὲ στρέμματα μετὰ κηρωτῆς ἀναληφθέντα ἐπιτίθεται· καὶ πρὸς οἰδήματα ὁμοίως ἀναληφθέντα κηρωτῇ· καὶ πρὸς ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς καταπλάσσεται μετὰ παιπάλης ἀλφίτου[4]· μίγνυται δὲ καὶ ἀκόποις καὶ μαλάγμασι πρὸς τὸ θερμαίνειν.

Κεφ. μα΄. (μη΄.) [Περὶ Μελιλώτου.] Μελίλωτος [οἱ δὲ ζωοδότιον, οἱ δὲ ὄρτανον, προφῆται θέρμουθις, Αἰγύπτιοι αἰμεὶθ, Ῥωμαῖοι σέρτουλαμ, οἱ δὲ τρυπάτιουμ[5]] κράτιστος ὁ ἀττικὸς καὶ ὁ ἐν Κυζίκῳ καὶ ὁ ἐν Καρχηδόνι[6] γεννώμενος, κροκίζων καὶ εὐώδης· φύεται δὲ καὶ ἐν Καμπανίᾳ περὶ Νώλαν[7] τηλίζων[8] καὶ ἄτονος[9] κατὰ τὴν εὐω-

4) Ald. iterum interponit: *ὁμοίως καὶ πρὸς οἰδήματα.* Ad notha ablegant Asul. et Cornar. Marcellus paullo ante itidem includit. Goupyl. et Sarac. omittunt.

5) Haec in cod. N., nec alibi usquam, nisi vestigia quaedam apud Marcell.

6) Sic Oribas., codd. C. N. et Ald.; *Καλχηδόνι* Asulan. et Marcell., *Χαλκηδόνι* Cornar., Goupyl. et Sarac.

7) Cod. N. *Νώμαν.*

8) Sic Serap. et cod. N.; *μηλίζων* vulgo.

9) Cod. N. *ἄγονος.*

tur et in serta. Decoctum ipsius potu incipientibus hydropicis utile, ut et iis, quos urinae difficultas et tormina vexant. Folia arida ex melle illita sugillata sub oculis tollunt, mensesque subdita in pesso trahunt. Contra scorpionis ictum ex aceto et sale illinuntur. Luxatis cerato excepta imponuntur, itemque oedematis cerato similiter excepta. Sed et ad oculorum inflammationes cum polline polentae illinuntur. Acopis denique et malagmatis calefaciendi gratia immiscentur.

Cap. XLI. (XLVIII.) [*De Meliloto.*] Melilotus [quem et zoodotion et ortanon, prophetae thermuthin, Aegyptii haemith, Romani sertulam, aut trypatium appellant]. Ex eo optimus est atticus, et qui in Cyzico et ad Carthaginem nascitur, croceus colore et odoratus. Gignitur et in Campania, ad Nolam, foeni graeci aemulus et

δίαν. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, μαλακτικὴν πάσης φλεγμονῆς, μάλιστα δὲ τῆς περὶ ὀφθαλμοὺς καὶ μήτραν καὶ δακτύλιον καὶ διδύμους, μετὰ γλυκέος ἑψηθεὶς καὶ καταπλασθείς· ἐνίοτε δὲ καὶ ᾠοῦ λεκύθου ὀπτῆς παραμιγείσης, ἢ τηλίνου ἀλεύρου, ἢ λινοσπέρμου, ἢ γύρεως, ἢ κωδιῶν, ἢ σέρεως· θεραπεύει καὶ μελικηρίδας προσφάτους καθ' ἑαυτὸν ἐν ὕδατι, καὶ ἀχῶρας σὺν γῇ χίᾳ καὶ οἴνῳ ἢ κηκίδι καταχριόμενος· ἄλγημά τε στομάχου μετ' οἴνου ἑφθὸς καὶ ὠμὸς σύν τινι τῶν προειρημένων· καὶ ὠταλγίας παύει σὺν γλυκεῖ ὠμὸς χυλισθεὶς καὶ ἐνσταζόμενος, καὶ κεφαλαλγίαν πραΰνει ἐμβρεχόμενος μετ' ὄξους καὶ ῥοδίνου.

Κεφ. μβ'. (μθ'.) [Περὶ Μάρου.] Μάρον, ἢ ἰσόβρυον[10], οἱ δὲ ὀριγανίδα καλοῦσι, πόα γνώριμος, φρυγανώδης, ὁμοία τῷ ἄνθει ὀριγάνῳ· τὰ μέντοι φύλλα τούτου λευκότερα πολλῷ καὶ τὸ ἄνθος εὐῶδες[11]. Ἔχει δὲ δύναμιν ὁμοίαν σισυμβρίῳ, ὑποστῦφον καὶ θερμαῖνον ἠρέμα· ὅθεν νομάς τε ἵστησι καταπλασσόμενον, καὶ εἰς τὰ θερμὰ τῶν

10) Vulgo ὑσόβριον.

11) Sic Oribas. et codd. C. N.; εὐωδέστερον Ald. et sequ.

odore infirmo. Vim habet astringendi, inflammationem omnem molliendi, praesertim oculorum, matricis, ani et testium, si ex passo decocta imponatur: addito interdum ovi vitello assato, aut foeni graeci farina, lini semine, aut tritici polline, papaveris etiam capitibus, aut intybo. Sanat et recentes meliceridas per se cum aqua et achoras cum terra chia et vino aut galla inunctus. Stomachi dolorem in vino decoctum itemque crudum cum aliquo ex antedictis levat. Dolores etiam aurium cum passo mitigat succus ex ipsa cruda expressus et instillatus. Denique capitis dolorem ex aceto et rosaceo irrigatus lenit.

Cap. XLII. (XLIX.) [*De Maro.*] Marum, quod nonnulli isobryon, alii origanida vocant, herba vulgo cognita, surculosa, flore ad origanum accedente, sed odorato et foliis multo albidioribus. Vim habet sisymbrio consimilem: subastringit enim et modice calefacit. Qua de causa ulcera depascentia sistit impositum et in calidas per-

συγχρισμάτων μίγνυται· γεννᾶται δὲ καὶ κατὰ Μαγνησίαν καὶ Τράλλεις πλεῖστον.

Κεφ. μγ'. (ν'.) [Περὶ Ἀκίνου.] Ἄκινος, ἢ ἄκονος, [οἱ δὲ ἄγριον βασιλικὸν, Ῥωμαῖοι ὠκιμάστρουμ·] πόα ἐστὶ λεπτόκαρφος, στεφανωματικὴ, παραπλησία ὠκίμῳ, δασυτέρα δὲ καὶ εὐώδης· παρ' ἐνίοις δὲ καὶ κηπεύεται· ἵστησι δὲ κοιλίαν καὶ ἔμμηνα πινομένη: φύγεθλά τε καὶ ἐρυσιπέλατα καταπλασσομένη ἰᾶται.

Κεφ. μδ'. (να'.) [Περὶ Βακχάρεως.] Βάκχαρις βοτάνη ἐστὶν εὐώδης[12] στεφανωματική· ἧς τὰ φύλλα τραχέα, μέγεθος ἔχοντα μεταξὺ ἴου καὶ φλόμου[13]· καυλὸς δὲ γωνιώδης, πήχεως τὸ ὕψος, ὑπότραχυς, ἔχων παραφυάδας· ἄνθη δὲ ἐμπόρφυρα, ὑπόλευκα, εὐώδη[14]· ῥίζαι δὲ ὅμοιαι ταῖς τοῦ μέλανος ἐλλεβόρου, ἐοικυῖαι τῇ ὀσμῇ κινναμώμῳ· φιλεῖ δὲ τραχέα χωρία καὶ ἄνικμα[15]. Ταύτης ἡ ῥίζα ἑψηθεῖσα ἐν ὕδατι, βοηθεῖ σπάσμασι, ῥήγμασι, πτώμασι, δυςπνοίαις,

12) Sic Oribas., Asulan., Marcell., Cornar., Goupyl.; θαμνώδης Ald.; utrumque Sarac.

13) C. X. ἀμπέλου.

14) In Matthioli cod. λιπαρά.

15) Sic Oribas., Plin. et Marcell. e Plin. Vulgo ἔνικμα.

unctiones additur. Iuxta Magnesiam et Tralles copiosissime gignitur.

Cap. XLIII. (L.) [*De Acino.*] Acinus, vel aconos [quem et basilicum sylvestre aut ocimastrum vocant] herba est gracilibus ramulis, coronaria, ocimo similis, sed hirsutior ac odorata. Apud nonnullos etiam in hortis seritur. Alvum mensesque pota sistit: tumores glandularum et erysipelata imposita sanat.

Cap. XLIV. (LI.) [*De Bacchare.*] Baccharis est herba odorata, coronaria: cuius folia aspera, magnitudine inter violam et verbascum media: caulis angulatus, cubitalis, subasper, ramosus: flores purpurei, subalbicantes et odorati: radices hellebori nigri similes, quibus odor cinnamomo proximus. Solum amat asperum minimeque humidum. Radix in aqua decocta convulsis, ruptis, qui ex alto lapsi sunt, anhelantibus, tussi diuturna ac urinae

βηχὶ χρονίᾳ, δυσουρίᾳ· ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα, καὶ θηριοδήκτοις χρησίμως σὺν οἴνῳ δίδοται· προςτεθεῖσα δὲ μία τῶν ἁπαλῶν ῥιζῶν, ἕλκει ἔμβρυα· ταῖς τε λεχοῖς εἰς ἐγκάθισμα τὸ ἀφέψημα αὐτῆς ἁρμόζει, καὶ εἰς διαπάσματα χρησιμεύει, ἱκανὴν ἔχουσα τὴν εὐωδίαν· τὰ δὲ φύλλα στυπτικὰ ὄντα, καταπλασσόμενα ὠφελεῖ κεφαλαλγίας, ὀφθαλμῶν φλεγμονὴν, καὶ αἰγίλωπα ἀρχόμενον καὶ μαστοὺς ἐκ τόκων φλεγμαίνοντας καὶ ἐρυσιπέλατα. ἔστι δὲ καὶ ὑπνοποιὸς ἡ ὀσμή.

Κεφ. μέ. (νβ΄.) [Περὶ Πηγάνου.] Πήγανον ὀρεινὸν, οἱ δὲ ῥυτὴν ὀρεινὴν, Ῥωμαῖοι ῥοῦτα μοντάνα. πήγανον κηπευτὸν, Ῥωμαῖοι ῥοῦτα ὁρτένσις. Τὸ ὀρεινὸν δὲ καὶ ἄγριον τοῦ ἡμέρου καὶ κηπευτοῦ δριμύτερον καὶ ἄθετον πρὸς βρῶσιν. τοῦ δὲ κηπευτοῦ ἐδωδιμώτερον τὸ παρὰ ταῖς συκαῖς φυόμενον. Ἀμφότερα καὶ καυστικὰ, θερμαντικὰ, ἑλκωτικὰ [16], οὐρητικὰ, ἐμμήνων ἀγωγὰ, ἐσθιόμενά τε καὶ πινόμενα κοιλίαν ἱστῶσι· καὶ τῶν φθαρτικῶν φαρμάκων ἐστὶν ἀντίδοτος, ὅσον ὀξυβάφου τοῦ σπέρματος ποθέντος ἐν οἴνῳ· καὶ προβρωθέντα δὲ τὰ φύλλα καθ' ἑαυτὰ, καὶ μετὰ κα-

16) N. ἑνωτικά.

difficultate vexatis opitulatur. Menses quoque pellit, et contra serpentium morsus utiliter ex vino propinatur. Subdita unica e tenellis radicibus partus extrahit. Decoctum vero puerperis insidentibus utile. Confert quoque ad diapasmata, quippe quae magnam habeat odoris gratiam. Folia astringentia ad capitis dolorem cataplasmatis vice adhibita prosunt, itemque oculorum inflammationi, aegilopis incipientibus et mammis a partu inflammatis atque etiam erysipelatis. Ceterum et ipse odor somnum conciliat.

Cap. XLV. (LII.) [*De Ruta.*] Ruta montana et hortensis. Montana et sylvestris acrior est sativa et hortensi et ad cibum haud apta. Ex hortensi autem esui magis idonea, quae iuxta ficos provenit. Utrumque genus urendi vim habet, calefacit, exulcerat, urinam ciet, menses ducit, ac tum cibo, tum etiam potu alvum sistit. Semen acetabuli mensura e vino bibitum contra letalia medicamenta est pro antidoto. Quin et folia per se prae-

ῥύων βασιλικῶν καὶ σύκων ξηρῶν, ἄπρακτα καθίστησι τὰ θανάσιμα· καὶ πρὸς ἑρπετὰ ἁρμόζει ὁμοίως λαμβανόμενα· γονήν τε σβέννυσιν ἐσθιόμενον καὶ πινόμενον· ἑψηθὲν δὲ σὺν ἀνήθῳ ξηρῷ καὶ ποθὲν στρόφους παύει· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς πλευρῶν πόνον καὶ θώρακος, δύσπνοιαν, βῆχας, περιπνευμονίαν[17]*, ἀλγήματα ἰσχίων, ἄρθρων, ῥίγη περιοδικὰ πινόμενον, ὡς προείρηται· καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις δὲ κώλου καὶ ὑστέρας καὶ ἀπευθυσμένου σὺν ἐλαίῳ*[18] *ἑψηθὲν καὶ ἐνεθὲν*[19]*, πνίγας τε ὑστερικὰς λεῖον μετὰ μέλιτος κατὰ τοῦ αἰδοίου ἄχρι δακτυλίου ἐπιτεθὲν παραιτεῖται· ἀναζεσθὲν δὲ σὺν ἐλαίῳ καὶ ποθὲν ἕλμινθας ἐκτινάσσει· καταπλάσσεται δὲ καὶ πρὸς ἄρθρων ἀλγήματα σὺν μέλιτι· σὺν δὲ σύκῳ πρὸς ὕδρωπας ὑποσαρκίους· καὶ πινόμενον δὲ βοηθεῖ τούτοις καὶ καθεψηθὲν ἐν οἴνῳ ἄχρις ἡμίσους, καὶ περισμηχόμενον· ἔστι δὲ καὶ ὀξυωπὲς ἐσθιόμενον ὠμὸν καὶ ταριχευτόν· καὶ τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς περιωδυνίας σὺν ἀλφίτῳ καταπλασθὲν*

17) C. N. *περὶ πνεύμονος ἀλγήματα καὶ ἰσχίων.*
18) In Ald. deest *σὺν ἐλαίῳ.*
19) C. *ἐντεθέν.*

sumta aut cum nucibus iuglandibus aridisve ficis irrita reddunt letifera. Sed et contra serpentes idonea sunt simili modo sumta. Genituram exstinguit ruta seu esitata, seu bibita: cocta autem cum anetho sicco tormina potu sedat. Facit et ad pectoris laterumque dolores, spirandi difficultatem, tusses, pulmonis inflammationem, coxendicum articulorumque dolores et rigores periodicos pota, ut ante dictum est. Item ad inflationes coli, vulvae rectique intestini cum oleo decocta et infusa. Strangulationibus etiam ex utero medetur, si trita cum melle a verenda parte ad anum usque imponitur. Fervefacta ex oleo et pota vermes excutit. Cataplasmatis vice etiam adhibetur ad articulorum dolores cum melle; cum fico vero ad hydropem, qui anasarca dicitur. His iisdem in potu auxiliatur, itemque decocta in vino ad dimidium et affricta. Cruda quoque conditaque in cibo aciem oculorum auget, quin et oculorum dolores imposita cum polenta lenit. Caput dolentibus cum rosaceo et aceto

πραΰνει· σὺν ῥοδίνῳ δὲ καὶ ὄξει κεφαλαλγοῦσι βοηθεῖ, καὶ αἱμοῤῥαγίας τὰς ἐκ τῶν μυκτήρων λεῖον ἐπιτεθὲν ἵστησι[20]*· τὰς δὲ τῶν διδύμων φλεγμονὰς σὺν δάφνης φύλλοις καταπλασθὲν ὠφελεῖ, καὶ τὰ ἐξανθήματα σὺν μυρσινίνῃ κηρωτῇ*[21]*· σὺν οἴνῳ δὲ καὶ πεπέρει καὶ νίτρῳ περισμώμενον, λευκὸν ἀλφὸν ἰᾶται· καὶ καταπλασθὲν δὲ μετὰ τῶν αὐτῶν, θύμους καὶ μυρμηκίας αἴρει· ὠφελεῖ καὶ λειχῆνας σὺν μέλιτι καὶ στυπτηρίᾳ ἐπιτιθέμενον· ὁ δὲ χυλὸς ποιεῖ πρὸς ὠταλγίας ἐν σιδίῳ θερμαινόμενος καὶ ἐγχεόμενος· καὶ ἀμβλυωπίαις βοηθεῖ μετὰ μαράθρου χυλοῦ καὶ μέλιτος ἐγχριόμενος· ἐρυσιπέλατά τε καὶ ἕρπητας καὶ ἀχῶρας σὺν ὄξει καὶ ψιμυθίῳ καὶ ῥοδίνῳ καταχριόμενος ἰᾶται· τάς τε ἀπὸ σκορόδων καὶ κρομμύων ὀσμὰς*[22] *καὶ δριμύτητας παύει*[23] *ἐπιμασσηθέν. Τὸ δὲ ὀρεινὸν πολὺ βρωθὲν κτείνει· ὑπὸ δὲ τὴν ἄνθησιν εἰς τὰς ἁλμεύσεις συλλεγόμενον φοινίσσει καὶ φυσᾷ τὴν χρῶτα σὺν κνησμῷ καὶ φλεγμονῇ σφοδρᾷ· δεῖ δὲ προαλειψαμένους τὸ πρόσωπον καὶ τὰς χεῖρας οὕτω συλλέγειν· φασὶ δὲ τὸν*

20) C. *ἐπέχει.*
21) Sic Matthioli cod. et Serap., quos sequitur Sarac.; *σὺν μυρσίνῃ καὶ κηρωτῇ* vulgo.
22) Sic cod. C. et Serapion.
23) C. *παραιτεῖται.*

succurrit, ac profluentem naribus sanguinem sistit trita et indita. Testium inflammationibus cum lauri foliis imposita et exanthematibus cum cerato myrteo prodest. Cum vino autem, pipere ac nitro affricta albae vitiligini medetur, et cum iisdem illita thymos myrmeciasque tollit. Contra impetigines cum melle et alumine utiliter imponitur. Succus vero in mali punici calyce calefactus aurium doloribus efficaciter infunditur. Praesidio etiam est in hebetudine oculorum, si delibuuntur eo, admisto foeniculi succo et melle. Erysipelata, herpetas achoresque cum aceto et cerussa et rosaceo inunctione sanat. Alliorum ceparumque odorem ac acrimoniam emendat, sed postea commanducatur. Montana vero copiosius ingesta occidit. Atque si sub id tempus, quo florere incipit, ad muriae condituram colligitur, cutem rubefacit ac inflat cum pruritu ac vehementi inflammatione. Eam igitur perunctis antea facie manibusque colligere oportet. Tra-

χυλὸν ἐπιῤῥαθέντα ὀρνιθίοις ἀπερύκειν τοὺς αἰλούρους[24]· τὸ δὲ ἐν Μακεδονίᾳ φυόμενον παρὰ τὸν Ἁλιάκμονα[25] ποταμὸν ἀναιρεῖν φασὶ βρωθέν· ὀρεινὸς δὲ ὁ τόπος ὑπάρχει καὶ ἐχιδνῶν πλήρης· τὸ δὲ σπέρμα αὐτοῦ πινόμενον πρὸς τὰ ἐντὸς ποιεῖ, καὶ ἀντιδότοις μίγνυται χρησίμως· καὶ φρύξας δὲ τὸ σπέρμα αὐτοῦ δὸς πίνειν ἐπὶ ἡμέρας ζ' τῷ ἐνουροῦντι καὶ παύσεται· ἡ δὲ ῥίζα αὐτοῦ λέγεται μῶλυ ὀρεινόν· τὸ οὖν ἄγριον πήγανον ὁμοιοῖ τῷ ἡμέρῳ· πινόμενον δὲ ὠφελεῖ ἐπιληπτικοῖς καὶ ἰσχιαδικοῖς, κινεῖ δὲ καὶ καταμήνια, τὰ δὲ ἔμβρυα φθείρει· δριμύτερον δέ ἐστι τοῦ ἡμέρου καὶ τῇ ἐνεργείᾳ δυνατώτερον· οὐ δεῖ δὲ τὴν ἀγρίαν (ῥυτὴν) ἐσθίειν, διότι ἐπιβλαβής ἐστι.

Κεφ. μϛ'. (νγ'.) [Περὶ Πηγάνου ἀγρίου.] Καλοῦσι δέ τινες πήγανον ἄγριον καὶ τὸ ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ, καὶ τὸ ἐν τῇ κατὰ τὴν Ἀσίαν Γαλατίᾳ λεγόμενον μῶλυ· ἔστι δὲ θάμνος ἀπὸ μιᾶς ῥίζης πλείονας ῥάβδους ἀναφέρων, ἔχων

24) Serapion legit τοὺς ἰκτῖνας. Forte fuit in codice ἰκτίδας, facile confundendum.

25) E codice Goupyli restituit Sarac. Sed diserte Plin. 20, 51. nomen fluvii sic scribit, dum hunc locum interpretatur; ὄλκιμον vulgo; ἄλυμον cod. C. *Achimon* Serap. Amnis Haliacmon apud Herod. 7, 127. Strab. excerpt. e libr. 7. p. 482. Plin. 4, 17.

dunt et succum gallinaceis pullis inspersum feles arcere. Adiiciunt, eam, quae iuxta amnem Haliacmonem in Macedonia gignitur, comedentes interficere. Montosus autem is est locus, ac viperis abundat. Illius semen epotum contra interaneorum vitia est efficax, et antidotis utiliter miscetur. Tostum et per septem dies iis propinatum, qui urinam cohibere nequeunt, iuvabit. Ceterum radix huius dicitur moly montanum. Sylvestris igitur ruta sativae similis est. Pota prodest comitialibus et ischiadicis: menstrua quoque movet ac partus enecat. Acrior vero est, quam sativa, et maioris efficaciae. Attamen sylvestrem comedere vetat noxia eius indoles.

Cap. XLVI. (LIII.) [*De ruta sylvestri.*] Vocant nonnulli et rutam sylvestrem eam plantam, quae in Cappadocia et Galatia asiatica moly dicitur. Frutex est ab una radice complures virgas proferens, foliis multo, quam

φύλλα μακρότερα πολλῷ τοῦ ἄλλου πηγάνου καὶ τρυφερώτερα, βαρύοσμα, ἄνθος λευκὸν, ἐπ' ἄκρου τε κεφάλια ὀλίγῳ μείζονα τοῦ ἡμέρου πηγάνου, ἐκ τριῶν μάλιστα μερῶν συγκείμενα, ἐν οἷς σπέρμα τρίγωνον ὑπόκιῤῥον[26], πικρὸν ἱκανῶς[27] πρὸς τὴν γεῦσιν, οὗ καὶ ἡ χρῆσις· φθινοπώρου δ' ἐκπεπαίνεται τὸ σπέρμα ἁρμόζον πρὸς ἀμβλυωπίας, μετὰ μέλιτος λειαινόμενον καὶ οἴνου καὶ χολῆς ἀλεκτορίδων, κρόκου τε καὶ μαράθρου χυλοῦ. Καλοῦσι δέ τινες αὐτὸ Ἅρμαλα, Σύροι βησασᾶ[28a] [Αἰγύπτιοι ἐπνουβοὺ, Ἀφροὶ χουρμᾶ] Καππαδόκαι δὲ μῶλυ, ἐπεὶ καταποσὸν σώζει τὴν πρὸς τὸ μῶλυ ἐμφέρειαν, τῇ ῥίζῃ μέλαν καὶ τῷ ἄνθει λευκὸν ὑπάρχον· φύεται δὲ ἐν γεωλόφοις καὶ εὐγείοις χωρίοις.

Κεφ. μζ'. (νδ'.) [Περὶ Μώλυος.] Μῶλυ [οἱ δὲ λευκόϊον ἄγριον καλοῦσι] τὰ μὲν φύλλα ἔχει ἀγρώστει ὅμοια, ἐπὶ γῆν ὄντα· ἄνθη λευκοΐοις[28b] ὅμοια, γαλακτόχροα[29], ἥσσονα δὲ πρὸς τὰ τοῦ ἴου· καυλὸν δὲ λεπτὸν[30], πή-

26) Serap. habuit ὑπόπυῤῥον.
27) Sic Oribas. et cod. Cantacuz. apud Matthiol.; μάλιστα vulgo.
28 a) Cf. Galen. fac. simpl. 7. p. 82.
28 b) Ald. λευκά.
29) C. γαλακτώδη ἢ πίονα δέ.
30) Sic Oribas. et cod. C.; λευκὸν vulgo.

alterius rutae, longioribus tenerioribusque ac graveolentibus, flore albo, capitulis in apice, quam sativae rutae, paullo maioribus: quae quidem tribus maxime partibus constant: in quibus triangulare semen subfulvum gustuque perquam amarum recluditur, cuius etiam est usus. Id autumno maturescit, tumque convenit ad visus hebetudines, si cum melle, vino, felle gallinaceo, croco ac foeniculi succo teratur. Sunt, qui eam Harmala vocent, Syri besasa [Aegyptii epnubu, Afri churma], Cappadoces vero moly, quod quamdam cum hoc servat similitudinem, siquidem radice nigra est, flore vero candido. In collibus ac laeto solo provenit.

Cap. XLVII. (LIV.) [*De Moly.*] Moly [quod nonnulli levcoium sylvestre vocant] folia habet graminis, sed latiora et humi sparsa, florem levcoiis similem, lactei coloris, sed minorem; caulem tenuem quatuor cubitorum

χεων [31] τεσσάρων· ἐπ᾽ ἄκρου δὲ ἔπεστιν, ὡς σκοροδοειδές· ἡ ῥίζα δὲ μικρὰ, βολβοειδής· αὕτη σφόδρα ἀγαθὴ πρὸς ὑστέρας ἀναστομώσεις τετριμμένη μετὰ ἰρίνου μύρου [32 a] καὶ προστιθεμένη ἐν πεσσῷ.

Κεφ. μη΄. (νε΄.) [Περὶ Πάνακος.] Πάνακες Ἡράκλειον, ἐξ οὗ ὁ ὀποπάναξ συλλέγεται, πλεῖστον γεννᾶται ἐν Βοιωτίᾳ καὶ ἐν Ψωφίδι [32 b] τῆς Ἀρκαδίας, ὥστε καὶ ἐπίτηδες κηπεύεσθαι διὰ τὴν ἐκ τοῦ ὀποῦ πρόσοδον· φύλλα δὲ ἔχει τραχέα, χαμαιπετῆ, χλωρὰ, σφόδρα πρὸς τὰ τῆς συκῆς, ἐν τῷ περιφερεῖ ἐπεσχισμένα πενταμερῶς [33]· καυλὸν δὲ ὥσπερ νάρθηκος [34] ὑψηλότατον [35], ἔχοντα χνοῦν [36] λευκὸν, καὶ φύλλα περὶ αὐτὸν μικρότερα· σκιάδιον δὲ ἐπ᾽ ἄκρου ὡς ἀνήθου [37], ἄνθος δὲ μήλινον· σπέρμα εὐῶδες καὶ πυρωτικὸν, ῥίζας πλείονας ἐκ μιᾶς ἀρχῆς, λευκὰς [38], βαρυόσμους, παχὺν

31) Mallem παλαιστῶν, quia talis proceritas fide caret. Attamen codd. et interpretes consentiunt.

32 a) Codices omnes et interpretes sic legunt. Galenus solus (facult. simpl. 7. p. 80.) de μύλῃ loquens, eam a Dioscoride commendari cum αἰρίνῳ ἀλεύρῳ perhibet, quod cum huc et Lacuna traxerit, Saracenus μετὰ ἰρίνου ἀλεύρου temere in textum recepit.

32 b) Sic Asul., Marcell. et rell.; Φωκίδι Ald., Σωφίδι cod. C. N.

33) C. addit ἢ καὶ πριονοειδῶς. 34) Ald. νάρθηκα.

35) C. ὑψηλὸν, ὑπερυθρόν. 36) C. addit ἐκτός.

37) Asulan. et Marcell. add. μακρόν, quod deest in Oribas., Serap. et Ald.

38) C. add. ἢ καὶ ὑπερύθρας.

(palmorum?), cuius apicem occupat, quod allio simile est. Radix parva, bulbosa, quae valde utilis est ad laxata uteri ostia, si trita cum irino unguento apponitur.

Cap. XLVIII. (LV.) [*De Panace Heracleo.*] Panaces Heracleum, ex quo opopanax colligitur, plurimum in Boeotia et Psophide Arcadiae nascitur. Sed et quaestus gratia, qui ex eo liquore capitur, in hortis studiose colitur. Folia habet aspera, humi prostata, virentia, multum ad ficulnea accedentia, in ambitu quinquepartito divisa: caulem vero tanquam ferula procerum, alba lanugine obductum, foliisque stipatum minutioribus, umbellam terminalem anetho similem, flores luteos, semen odoratum urendique vi praeditum: radices denique ab una

ἐχούσας τὸν φλοιὸν, ὑπόπικρον τῇ γεύσει· φύεται δὲ ἐν Κυρήνῃ τῆς Λιβύης καὶ ἐν Μακεδονίᾳ. Ὀπίζεται δὲ ἡ ῥίζα, ἐπιτεμνομένη ἀρτιβλάστων ὄντων τῶν καυλῶν· ἀνίησι δὲ λευκὸν ὀπὸν, ὃς ξηρανθεὶς κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν κροκίζει· δέχονται δὲ τὸ ῥέον εἰς φύλλα προϋποτιθέντες εἰς κεκοιλωμένον ἔδαφος [39], ἀναιροῦνται δὲ ξηρανθέντα· ὀπίζουσι δὲ καὶ τὸν καυλὸν, ἐπιτέμνοντες εἰς τὸν πυραμητὸν, ὁμοίως δεχόμενοι τὸ ἀποῤῥέον· εἰσὶ δὲ τῶν ῥιζῶν βελτίους αἱ τεταναὶ καὶ λεῦκαὶ καὶ ξηραὶ, ἄβρωτοί τε καὶ πυρώδεις ἐν τῇ γεύσει, καὶ ἀρωματίζουσαι· καρπὸς δὲ εὔθετος ὁ ἐκ μέσου τοῦ νάρθηκος· ὁ γὰρ ἐκ τῶν παραφυάδων ἐστὶν ἀτροφώτερος· τοῦ δὲ ὀποῦ διαφέρει ὁ πικρότατος τῇ γεύσει, ἔνδοθεν μὲν λευκὸς καὶ ὑπόκιῤῥος [40], ἔξωθεν δὲ κροκίζων, λεῖος, λιπαρὸς, εὔθρυπτος [41], ταχέως δὲ διϊέμενος, βαρύοσμος· ὁ δὲ μέλας φαῦλος καὶ μαλακός· δολοῦται γὰρ ἀμμωνιακῷ ἢ κηρῷ· δοκιμάζεται δὲ ὕδατι διατριβόμενος τοῖς δακτύλοις· ὁ

39) Lacuna *φυλλάρια ὑποτιθέντες εἰς κεκοιλωμένον ἐδάφους τόπον.*

40) Interpositum ὁ Ald. et rell., non habet cod. C.

41) Ald. et seq. addunt *εὔθετος*, cod. C. *εὔθλαστος*. Utrumque hic redundat, nec vestigium adest vel in Oribas., nec in Serap.

origine plures, albas, graveolentes, cortice crasso et subamaro praeditas. Nascitur et in Cyrene Libyae et in Macedonia. Excipitur liquor incisa radice, dum caules recens germinant: radix emittit eum liquorem album, qui exsiccatus in superficie croceus est: effluentem substratis in excavato solo foliis excipiunt, et arefactum eximunt. Simili quoque modo caule messibus inciso profluentem legunt liquorem. Radicum meliores sunt, quae distentae, albae, aridae, haud arrosae, gustu vero ferventes et aromaticae. Semen e media ferula idoneum, quod vero e ramis sumitur, minus altile est. Praestat in liquoris genere, qui gustu amarissimus est, intus candidus aut subfulvus, foris vero subcroceus, laevis, pinguis, friabilis, quique statim diluitur et est graveolens. At niger et mollis improbatur: ammoniaco enim aut cera adulteratur. Probatur autem digitis in aqua tritus; genuinus enim resol-

γὰρ ἄδολος ἀνίεται καὶ γαλακτοῦται. Δύναμις δὲ αὐτοῦ ἐστι θερμαντικὴ, μαλακτικὴ, λεπτυντικὴ, ὅθεν ἁρμόζει πρὸς περιόδους καὶ ῥίγη, σπάσματα, ῥήγματα, πλευρᾶς ἀλγήματα, βῆχας, στρόφους, στραγγουρίας, ψώρας τὰς ἐν κύστει, σὺν μελικράτῳ ἢ οἴνῳ ποτιζόμενος· ἔμμηνά τε ἄγει καὶ ἔμβρυα φθείρει, καὶ ἐμπνευματώσεις τὰς ἐν ὑστέρᾳ καὶ σκληρίας διαφορεῖ, σὺν μέλιτι ἀνεθείς· ἔστι δὲ καὶ σύγχρισμα ἰσχιάδος· μίγνυται δὲ καὶ ἀκόποις καὶ κεφαλικαῖς δυνάμεσι· περιῤῥήττει δὲ καὶ ἄνθρακας, ἁρμόζει καὶ ποδαγρικοῖς, μετὰ σταφίδος ἡμέρου καταπλασσόμενος· παραιτεῖται δὲ καὶ τὰ τῶν ὀδόντων ἀλγήματα, ἐντιθέμενος τοῖς βρώμασιν· ὀφθαλμῶν τέ ἐστι ὀξυδερκὲς ἔγχρισμα [42]· μιγεὶς δὲ πίσσῃ ἔμπλαστρός ἐστι πρὸς τοὺς λυσσοδήκτους ἀρίστη· καὶ ἡ ῥίζα δὲ ξυσθεῖσα καὶ προστεθεῖσα μήτρᾳ ἄγει ἔμβρυα· πρός τε ἕλκη ποιεῖ παλαιὰ, καὶ τὰ ἐψιλωμένα [43] τῶν ὀστέων σαρκοῖ, λεία καταπασσομένη [44] καὶ σὺν μέλιτι ἐγχριομένη· ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ σὺν ἀψινθίῳ ληφθεὶς ἄγει ἔμμηνα: σὺν ἀριστολοχίᾳ δὲ πρὸς τὰ

42) Sic cod. C., congruus cum Serap.; εὔχρηστον vulgo.

43) C. ψιλώματα.

44) Sarac. coniecit, loco vulg. καταπλασσομένη.

vitur et lactescit. Vis eius calefaciens est, emolliens, attenuans, unde convenit febrium circuitibus rigoribusque, convulsis, ruptis, lateris doloribus, tussi, torminibus, urinae difficultati ac vesicae scabiei, ex aqua mulsa aut vino bibitus. Menses trahit, fetus enecat, matricis inflationes duritiasque ex melle dilutus discutit. Ischiadi quoque illinitur, acopis etiam et cephalicis medicamentis admiscetur. Carbunculos insuper circumquaque rumpit: podagricis cum uva passa illitus subvenit: dolores dentium demulcet, ipsorum cavis inditus, et oculorum aciem inunctus excitat. Cum pici miscetur, emplastrum parabitur contra canis rabidi morsum praestantissimum. Radix rasa et vulvae subdita partus extrahit, ad ulcera vetusta efficax est, ossa nudata carne operit, si trita inspergitur, aut cum melle illinitur. Semen cum absinthio sumtum menses ciet. Cum aristolochia denique prodest adversus be-

ἰοβόλα ἁρμόζει, καὶ πρὸς τὰς ὑστερικὰς πνίγας, σὺν οἴνῳ ποτιζόμενος.

Κεφ. μθ'. (νϛ'.) [Περὶ Πάνακος Ἀσκληπιοῦ.] Πάνακες Ἀσκληπιὸν [45] ἀνίησιν ἀπὸ γῆς καυλὸν λεπτὸν, πηχυαῖον, γόνασι διειλημμένον, περὶ ὃν τὰ φύλλα ὅμοια μαράθρῳ, μείζονα δὲ καὶ δασύτερα, εὐώδη [46]· καὶ ἐπ' ἄκρου σκιάδιον, ἐφ' οὗ τὰ ἄνθη χρυσοειδῆ [47], δριμέα, εὐώδη· ῥίζα δὲ μικρὰ καὶ λεπτή [48]. Δύναμιν δὲ ἔχει εὔθετον τὸ ἄνθος καὶ ὁ καρπὸς πρὸς ἕλκη καὶ φύματα καὶ φαγέδαιναν, λεῖος σὺν μέλιτι ἐπιτιθέμενος· καὶ πρὸς ἑρπετὰ πινόμενος σὺν οἴνῳ, καὶ συναλειφόμενος σὺν ἐλαίῳ· καλοῦσι δέ τινες πάνακες καὶ τὴν ἀγρίαν ὀρίγανον, οἱ δὲ κονίλην, περὶ ἧς εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ὀριγάνου.

Κεφ. ν'. (νζ'.) [Περὶ Πάνακος Χειρωνίου.] Πάνακες Χειρώνιον φύεται μάλιστα ἐν τῷ Πηλείῳ ὄρει· φύλλα δὲ ἔχει ἀμαράκῳ [49] ἐμφερῆ, ἄνθη χρυσοειδῆ, ῥίζαν λεπτὴν καὶ

45) Sic Oribas.; Ἀσκληπιοῦ vulgo.
46) Sic Serap. et codd.; δυςώδη Oribas.
47) Serap. legisse videtur τὰ δὲ σπέρματα ὀξέα, δριμέα, εὐώδη.
48) Sic Oribas., Serap. et Ald.; λεπτή ab Asulan. primum in notha amandatum fuit. πικρά Serap. addit ante μικρά. Anguillara vero sine auctoritate μικρά in μακρά permutare ausus est.
49) Sic Oribas. et pleraque exemplaria; ὀριγάνῳ cod. C. N., quod et addit cod. Lacun. *Maratrum*, quod Serap. habet, facillime ex *amaraco*, mutatis literis ܐ et ܢ, ortum est.

stias, quae venenum eiaculantur, et contra uteri strangulatus e vino bibitum.

Cap. XLIX. (LVI.) [*De Panace Asclepio.*] Panaces Asclepium emittit e terra caulem tenuem, cubitalem, geniculatum, circa quem folia foeniculi similia, maiora tamen, hirsutiora et odorata. Umbella est terminalis, in qua flores aurei, acres et odorati. Radix est parva et tenuis. Vim habent idoneam et flores et fructus contra ulcera et panos et phagedaenas, si trita cum melle imponuntur. Adversus serpentes e vino bibuntur, et cum oleo illinuntur. Nonnulli et panaces sylvestre origanum vocant, alii cunilam, de qua capite de origano dictum est.

Cap. L. (LVII.) [*De Panace Chironio.*] Panaces Chironium in Pelio monte maxime provenit. Folia habet amaraco similia, flores aureos, radicem tenuem neque

οἱ βαθεῖαν, γευομένῳ δὲ δριμεῖαν. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ ῥίζα πρὸς ἑρπετὰ πινομένη, καὶ ἡ κόμη δὲ ἐπιπλαττομένη πρὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖ.

Κεφ. να'. (νη'.) [Περὶ Λιγυστικοῦ.] Λιγυστικὸν [οἱ δὲ πανάκειαν καλοῦσιν, οἱ δὲ πάνακες] φύεται μὲν πλεῖστον ἐν Λιγυρίᾳ, ὅθεν καὶ τὴν προσωνυμίαν ἔσχηκεν, ἐν τῷ καλουμένῳ Ἀπεννίνῳ· ὄρος δέ ἐστιν ὁμοροῦν ταῖς Ἄλπεσι. Πάνακες δὲ αὐτὸ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι οὐκ ἀλόγως [50], ἐπεὶ ἡ ῥίζα καὶ ὁ καυλὸς ἔοικε τῇ τοῦ Ἡρακλεωτικοῦ πάνακος, καὶ ἡ δύναμις ὁμοία [51] καθέστηκε· φύεται δὲ ἐν τοῖς ὑψηλοτάτοις καὶ τραχυτέροις [52] καὶ συσκίοις ὄρεσι, μάλιστα δὲ παρὰ τοῖς ῥύαξι [53]· καυλίον δὲ φέρει λεπτὸν, ὅμοιον ἀνήθῳ, γεγονατωμένον, περὶ ὃ φύλλα ἐοικότα τοῖς τοῦ μελιλώτου, τρυφερώτερα δὲ καὶ εὐώδη, ἰσχνότερα δὲ τὰ πρὸς ἄκρῳ τῷ καυλῷ καὶ μᾶλλον ἐπεσχισμένα· ἐπ' ἄκρου δὲ σκιάδιον, ἐφ' οὗ καὶ τὸ σπέρμα μέλαν, ναστὸν, ὑπόμηκες, πρὸς τὸ τοῦ μαράθρου, γευσαμένῳ δὲ δριμὺ καὶ ἀρωματίζον· ῥίζα λευκὴ, ὁμοία τῇ τοῦ Ἡρακλεωτικοῦ πάνακος, εὐώδης. Δύ-

50) N. οὐ καλῶς, perperam.
51) N. καθ' ἑαυτήν.
52) N. τραχυτάτοις.
53) Sic N. et Ald.; διώρυξι Asulan., Marcell. et Matthiol.

altam, gustu acrem. Pota radix serpentium veneno resistit, ac imposita quoque coma contra id ipsum efficax.

Cap. LI. (LVIII.) [*De Ligustico.*] Ligusticum [quod panaceam aut panaces alii vocant] plurimum in Liguria nascitur, unde et nomen traxit, in monte scilicet Apennino, qui conterminus est Alpibus. Incolae ipsum panaces haud abs re vocant, quoniam et radice et caule panaci Heracleotico simile est, paribusque viribus praeditum. Gignitur in altissimis asperisque montibus et in umbrosis locis iuxta fluenta. Cauliculum profert tenuem, ceu anethi, geniculatum, circa quem folia sunt meliloti, sed teneriora et odorata, superne graciliora, pluribusque divisa incisuris. In cacumine est umbella, in qua semen nigricans, solidum, oblongum, ad foeniculum accedens, gustanti acre et aroma redolens. Radix est alba, panacis

ναμις δὲ τοῦ σπέρματος καὶ τῆς ῥίζης θερμαντική, πεπτική, ἁρμόζουσα πρὸς τὰ ἐντὸς ἀλγήματα καὶ πέψεις καὶ οἰδήματα καὶ ἐμπνευματώσεις, καὶ μάλιστα τὰς περὶ στόμαχον[54], καὶ πρὸς θηρίων πληγάς· ἄγει δὲ καὶ οὖρα καὶ ἔμμηνα πινομένη· καὶ ἡ ῥίζα δὲ προστιθεμένη[55] τὸ αὐτὸ ποιεῖ· μίγνυται δὲ ἡ ῥίζα καὶ τὸ σπέρμα χρησίμως καὶ τοῖς ὀξυπόροις καὶ ταῖς πεπτικαῖς δυνάμεσιν· ἱκανῶς δὲ εὐστόμαχόν[56] ἐστι· ὅθεν καὶ ἀντὶ πεπέρεως αὐτῷ χρῶνται οἱ ἐπιχώριοι, μίσγοντες τοῖς προσοψήμασι· δολοῦται δὲ σπέρματί τινι παρομοίῳ, ὃ διακρινεῖς τῇ γεύσει· πικρὸν[57] γάρ ἐστιν· ἔνιοι δὲ καὶ σπέρμα μαράθρου ἢ σεσέλεως συμμίσγοντες, δολοῦσιν αὐτό.

Κεφ. νβʹ. (νθʹ.) [Περὶ Σταφυλίνου.] Σταφυλῖνος ἄγριος [οἱ δὲ κερασκόμην, Ῥωμαῖοι καρόταμ, οἱ δὲ παστινάκα[58], Αἰγύπτιοι βαβιβυροῦ, Ἀφροὶ σιχάμ] φύλλα ἔχει ὅμοια γιγγιδίῳ, πλατύτερα δὲ καὶ ὑπόπικρα· καυλὸν δὲ ὄρθιον,

54) C. καὶ μάλιστα τῶν ἐν στομάχῳ ἐπιπολαζόντων χυμῶν ἐξεμετική.

55) N. προαποτιθεμένη.

56) Oribas. et C. εὔστομον.

57) Oribas. πικρότατον.

58) Sic Cornarus et seriores; φαστινάκα Ald., Asulan., Marcell.

Heracleotici similis, odorata. Seminis et radicis vis calefaciens et concoquens; siquidem prosunt ad viscerum dolores, coctionem promovent, iuvant adversus oedemata et inflationes, maxime ventriculi, nec non contra venenatarum bestiarum ictus. Urinas quoque et menses pota trahunt. Sed et apposita radix idem praestat. Ipsa aeque ac semen utiliter iis medicamentis admiscetur, quae celeriter transeunt et digestioni favent. Hoc vero stomacho admodum gratum est, quare piperis loco id indigenae obsoniis immiscent. Adulteratur vero semine quodam simili, quod tamen gustu facile discernes: amarum enim est. Alii quoque seminibus foeniculi aut seselis simul admixtis fraudem faciunt.

Cap. LII. (LIX.) [*De Dauco sylvestri.*] Daucus sylvestris [quem alii cerascomen, Romani carotam aut pastinacam rusticam, Aegyptii babibyru, Afri sicham vocant] folia habet gingidii, at latiora et subamara, caulem rectum

τραχὺν, σκιάδιον ἔχοντα ἀνήθῳ παραπλήσιον, ἐφ' οὗ ἄνθη λευκὰ, ἐν μέσῳ δὲ πορφυροειδὲς μύκητι ἐοικὸς[59] [καὶ οἱονεὶ κροκίζον], ῥίζα δὲ δακτύλου τὸ πάχος, σπιθαμιαῖα, εὐώδης, ἐδωδίμη ἑφθή. Τούτου ὁ καρπὸς ποθεὶς ἢ προςτεθεὶς[60] ἔμμηνα κινεῖ· ἁρμόζει καὶ δυςουροῦσι καὶ ὑδρωπικοῖς καὶ πλευριτικοῖς ἐν πόμασι[61], καὶ πρὸς θηρίων δὲ δήγματα καὶ πληγάς· τοὺς δὲ προλαβόντας φασὶ μὴ ἀδικεῖσθαι ὑπὸ θηρίων· συνεργεῖ δὲ καὶ συλλήψει· ἡ δὲ ῥίζα καὶ αὐτὴ οὐρητικὴ οὖσα, συνουσίαν τε παρορμᾷ καὶ ἔμβρυα ἐκβάλλει προςτιθεμένη· τὰ δὲ φύλλα λεῖα μετὰ μέλιτος ἐπιτιθέμενα τὰ φαγεδαινικὰ ἕλκη ἀνακαθαίρει. Ὁ δὲ κηπευτὸς σταφυλῖνος, ἐδωδιμώτερος ὢν, ἁρμόζει πρὸς τὰ αὐτὰ, ἐνδεέστερον[62] ἐνεργῶν.

Κεφ. νγ'. (ξ'.) [Περὶ Σεσέλεως μασσαλεωτικοῦ.] Σέσελι τὸ μασσαλεωτικὸν [οἱ δὲ σφάγνον[63]] φύλλα ἔχει ἐοικότα μαράθρῳ, παχύτερα δὲ καὶ τὸν καυλὸν εὐερνέστερον

59) Haec e Serap. apta. τὶ μικρόν vulgo et Oribas. Neutrum habent codd. Vindob. Uncinis inclusa, naturae adversa, desunt in Serap.

60) ἢ προςτ. deest in cod. C., sed adest in Serap.

61) C. ποτήμασι.

62) C. ὑποδεέστερον.

63) Marcell. e codic. πλατυκύμινον addit.

asperum, umbellam similem anethi, in qua flores albi, ac in eorum medio purpurascens aliquid fungo simile [ac velut crocum aemulans]. Radix digitum crassa est, dodrantalis, odorata, et dum coquitur esculenta. Huius semen potum subditumve menses ciet. Convenit et in urinae difficultate, hydrope ac pleuritide, dum bibitur: prodest etiam venenatarum bestiarum morsibus ictibusque. Qui id forte praesumserint, a bestiis illis minime laedi traduntur. Conceptum quoque adiuvat. Radix autem, quae et ipsa urinas pellit, venerem praeterea stimulat, et apposita partus eiicit. Folia trita et cum melle imposita ulcera phagedaenica repurgant. Hortensis vero daucus, esui aptior, ad eadem valet, sed infirmius agit.

Cap. LIII. (LX.) [*De Seseli massiliensi.*] Seseli massiliense [quod nonnulli sphagnon dicunt] folia habet foeniculi, sed crassiora, caulemque vegetiorem: umbellam

ἔχει· ἔχει δὲ σκιάδιον ἀνήθῳ ὅμοιον, ἐφ᾽ οὗ ὁ καρπὸς ἐπιμήκης, γεγωνιωμένος[64], δριμὺς, βιβρωσκόμενος ταχέως· ῥίζα μακρὰ, εὐώδης. Δύναμιν δὲ ἔχει ὁ καρπὸς καὶ ἡ ῥίζα θερμαντικήν· πινόμενα δὲ στραγγουρίαν ἴαται καὶ ὀρθόπνοιαν· ὠφελεῖ δὲ καὶ ὑστερικὰς πνίγας καὶ ἐπιληπτικοὺς, ἔμμηνά τε ἄγει καὶ ἔμβρυα, καὶ πρὸς τὰ ἐντὸς πάντα ποιεῖ, καὶ βῆχας ἴαται παλαιάς· πινόμενός τε μετὰ οἴνου ὁ καρπὸς, πεπτικός ἐστι καὶ στρόφων λυτικός· ἠπιάλοις τε χρήσιμος, καὶ πρὸς τοὺς ἐν ὁδοῖς[65] κρυμοὺς σὺν πεπέρει καὶ οἴνῳ πίνεται· δίδοται δὲ καὶ αἰξὶ καὶ τοῖς λοιποῖς κτήνεσι πρὸς εὐτοκίαν ποτόν.

Κεφ. νδ'. (ξα'.) [Περὶ Σεσέλεως αἰθιοπικοῦ.] Τὸ δὲ αἰθιοπικὸν λεγόμενον σέσελι [ὃ Αἰγύπτιοι κύονον φρίκην καλοῦσι] φύλλα μὲν ἔχει ὅμοια κισσῷ, ἐλάσσονα δὲ καὶ ἐπιμήκη, πρὸς τὰ τοῦ περικλυμένου· θάμνος δὲ μέγας[66], κλήματα ὡς διπήχη ἔχων[67], ἐφ᾽ οὗ κλάδοι[68] σπιθαμιαῖοι[69], κε-

64) Lacuna addit e cod. τραχύς.

65) Marcellus auguratur, περιόδοις legendum esse: at Serapion, ut nos, legit.

66) Sic Oribas., cod. C. et Paris., quem Goupyl. citat. μέλας Ald. et rell.

67) C. ὡς δίπηχυς — (θάμνος). 68) C. καυλοί.

69) Sic Oribas. et C.; δισπιθαμιαῖοι vulgo.

anetho similem, in qua semen oblongum, angulosum, gustanti statim acre. Radix longa est et iucundi odoris. Semen et radix calefaciendi vim habent: potu urinae difficultatem et cervicis erectae spirationem tollunt. Uteri suffocationibus prosunt et comitialibus, menses partusque trahunt, ad omnia interna vitia pollent, ac tussim denique veterem sanant. Semen cum vino potum coctionem adiuvat, tormina discutit: utile est ad febres lentas algidasve, et ad arcenda in itineribus frigora, si cum pipere vinoque bibitur. Ceterum ad partum adiuvandum capris ceterisque pecudibus datur in potu.

Cap. LIV. (LXI) [*De Seseli aethiopico.*] Seseli aethiopicum [quod Aegyptii cyonon phricen dicunt] folia habet hederae similia, sed minora et oblonga, ceu periclymeni. Frutex grandis est, palmitibus fere bicubitalibus, ramis dodrantalibus, et capitulis velut anethi. Semen

φάλια δὲ ὡς ἀνήθου· σπέρμα δὲ πυκνὸν ὡς πυρὸς, μέλαν, πικρὸν[70], δριμύτερον δὲ καὶ εὐωδέστερον τοῦ μασσαλεωτικοῦ, ἡδὺ ἰσχυρῶς. Δύναται δὲ τὰ αὐτά.

Κεφ. νέ. (ξβ'.) [Περὶ Σεσέλεως πελοποννησιακοῦ.] Τὸ δὲ ἐν Πελοποννήσῳ γεννώμενον φύλλα ἔχει κωνείῳ παραπλήσια, πλατύτερα δὲ καὶ παχύτερα[71], καυλὸν μείζονα τοῦ μασσαλεωτικοῦ, ναρθηκοειδῆ, ἐπ' ἄκρῳ δὲ τούτου σκιάδιον πλατύ· ἐν δὲ τούτῳ καρπὸς πλατύτερος[72] καὶ εὐώδης καὶ σαρκωδέστερος. Δύναμιν δὲ τὴν αὐτὴν ἔχει· φύεται ἐν τόποις τραχέσι καὶ ἐφύγροις καὶ γεωλόφοις· φύεται δὲ καὶ ἐν Ἴδῃ.

Κεφ. νς'. (ξγ'.) [Περὶ Τορδυλίου.] Τορδύλιον, οἱ δὲ τόρδυλον, ἔνιοι δὲ σέσελι κρητικὸν καλοῦσι, φύεται ἐν τῷ κατὰ Κιλικίαν Ἀμανῷ· ἔστι δὲ βοτάνιον φρυγανῶδες, ἔχον σπερμάτιον περιφερὲς, διπλοῦν, ὅμοιον ἀσπιδίσκοις, ὑπόδριμυ καὶ ἀρωματίζον· πινόμενον πρὸς δυσουρίαν καὶ ἐμμήνων ἀγωγήν· ὁ δὲ χυλὸς τοῦ καυλοῦ καὶ τοῦ σπέρματος ἔτι χλωροῦ

70) Sic Oribas., C. et Ald. Alii id omittunt.
71) Lacuna legit τραχύτερα.
72) Lacuna legit πυκνότερος.

densum, sicut tritici, nigrum, amarum, sed acrius et odoratius, quam massiliense, valdeque suave. Eadem vero praestat.

Cap. LV. (LXII.) [*De Seseli peloponnesiaco.*] Quod autem in Peloponneso nascitur, folia habet conii, sed latiora et crassiora, caulem supra massiliensis magnitudinem, ferulaceum, in cuius apice umbella est lata, in qua semen latius, odoratum et magis carnosum. Iisdem praeditum est viribus. Nascitur in asperis et udis et collibus. Nascitur et in Ida.

Cap. LVI. (LXIII.) [*De Tordylio.*] Tordylium, quod alii tordylon, alii seseli creticum appellant, nascitur in Amano (monte) Ciliciae. Est autem herbula surculosa, gerens semen subrotundum, duplex, scutula referens, subacre et aroma redolens. Bibitur id contra urinae difficultatem et ad ciendum menstruum cursum. Suc-

ὄντος, ὅσον τριώβολον ποθεὶς σὺν γλυκεῖ ἐν ἡμέραις δέκα, νεφριτικοὺς ὑγιάζει· ἡ δὲ ῥίζα πρακτικὴ, ἀνάγουσα καὶ τὰ ἐκ θώρακος, ἐκλειχομένη μετὰ μέλιτος. [[73] Ἔχει δὲ κλώνια πολλὰ πρασίζοντα[74], μηλίζοντα, πορφυρίζοντα, καὶ ἐπ᾽ ἄκρῳ ὅμοια, στρογγυλοειδῆ ἔχοντα ἔσωθεν ὡς σπέρματα τὰ ἄνθη.]

Κεφ. νζ. (ξδ'.) [Περὶ Σίσωνος.] Σίσων σπερμάτιόν ἐστι ἐν Συρίᾳ γεννώμενον, παρεοικὸς σελίνῳ, ἐπίμηκες, μέλαν, πυρωτικόν· πινόμενον πρὸς σπλῆνα καὶ δυσουρίαν καὶ ἐμμήνων ἐποχήν· χρῶνται δὲ αὐτῷ οἱ ἐπιχώριοι ἀρτύματι μετὰ κολοκύνθης ἐφθῆς σὺν ὄξει λαμβάνοντες· ἔχει δὲ ὡς κοκκία πολλὰ ἐπ᾽ ἄκρων.

Κεφ. νη'. (ξε'.) [Περὶ Ἀνίσου.] Ἄνισον [οἱ δὲ καὶ σῖον, Ῥωμαῖοι ἄνισουμ][75] τὴν μὲν καθόλου δύναμιν ἔχει θερμαντικὴν, ξηραντικὴν, εὔπνουν, ἀνώδυνον, διαφορητικὴν, οὐρητικὴν, διαχυτικὴν, ὑδρωπικοῖς ἄδιψον πινόμενον· ἁρμόζει δὲ πρός τε τὰ ἰοβόλα τῶν ζώων καὶ πρὸς

73) Quae sequuntur, leguntur in Ald., a Marcello penitus omissa, ab Asulano et Cornaro in notha translata.

74) Ald. πρασινίζοντα.

75) Ald. et codd. Vindob. repetunt Sisonis descriptionem. Serapion alia addit, quae hic in fine.

cus caulis seminisque adhuc virentis ternis obolis ex passo per dies decem bibitus nephriticos persanat. Efficax quoque radix est, educens ea, quae in pectore haeserint, si cum melle delingatur. [Habet autem ramulos multos, ad prasinum, luteum purpureumque colorem vergentes, et in cacumine similes, qui rotundae figurae intrinsecus flores velut semina habent.]

Cap. LVII. (LXIV.) [*De Sisone.*] Sison exiguum est semen, quod in Syria nascitur, apio simile, oblongum, nigrum fervensque gustu. Bibitur contra lienis vitia et urinae difficultatem et menstruorum suppressionem. Indigenae eo, cum cucumere in aceto cocto, condimenti vice utuntur. In apice gerit ceu granula multa.

Cap. LVIII. (LXV.) [*De Aniso.*] Anisum, [quod et sium vocant] in universum habet vim calefacientem, siccantem, suavi oris halitui faventem, dolores lenientem, discutientem, urinas cientem, (humores) diffundentem. Potum hydropicis sitim minuit, aptum contra venenato-

ἐμπνευματώσεις· κοιλίαν τε ἵστησι καὶ λευκὸν ῥοῦν, καὶ γάλα κατασπᾷ, καὶ συνουσίας παρορμᾷ· ὑποθυμιώμενον ταῖς ῥισὶ κεφαλαλγίαν παύει· καὶ τὰς ῥήξεις τῶν ὤτων λεῖον σὺν ῥοδίνῳ ἐνσταζόμενον ἰᾶται· ἔστι δὲ αὐτοῦ κρεῖσσον τὸ νέον καὶ ἁδρὸν καὶ μὴ πιτυρῶδες, εὔτονον τῇ ὀσμῇ· πρωτεύει δὲ τὸ κρητικὸν, ἔπειτα δὲ καὶ τὸ αἰγύπτιον.

Κεφ. νθ'. (ξς'.) [Περὶ Κάρου.] Κάρος[76] σπερμάτιόν ἐστι γνώριμον, οὐρητικὸν, θερμαντικὸν, εὐστόμαχον, εὔστομον, πεπτικὸν, μιγνύμενον ἐν τοῖς ἀντιδότοις καὶ ὀξυπόροις χρησίμως, ἀναλογοῦν ἀνίσῳ· ἡ δὲ ῥίζα ἑφθὴ ἐδώδιμος, ὥςπερ σταφυλῖνος.

Κεφ. ξ'. (ξζ'.) [Περὶ Ἀνήθου.] Ἄνηθον τὸ ἐσθιόμενον [οἱ δὲ πολγίδος, οἱ δὲ ἀνίκητον, προφῆται γόνος κυνοκεφάλου, ὁμοίως τρίχες κυνοκεφάλου, οἱ δὲ γόνος Ἑρμοῦ, Αἰγύπτιοι ἀραχοῦ, Ῥωμαῖοι ἀνήθουμ, Ἀφροὶ σικκίρια, Δακοὶ πόλπουμ]· τούτου ξηροῦ τῆς κόμης καὶ τοῦ καρποῦ τὸ ἀφέψημα πινόμενον

76) In cod. antiquo legerat Goupyl. ὃ καὶ καρναβάδιον λέγεται, librarii serioris additamentum, cum καρναβάδιον in Geoponicis (9, 28.) primum occurrat.

rum animalium morsus et adversus inflationes. Sistit alvum et alba feminarum profluvia, lac provocat, et ad coitum lacessit. Dolorem capitis levat, naribus suffitum, et cum rosaceo tritum instillatumque ruptis auribus medetur. Efficacius est recens, plenum, minime furfurosum, odore intenso. Praestantissimum dicitur creticum, proximum aegyptium.

Cap. LIX. (LXVI.) [*De Caro.*] Carum semen est exiguum, vulgaris notitiae. Urinas ciet, calefacit, stomacho confert orique est gratum, coctionem adiuvat, ac utiliter antidotis admiscetur et iis, quae celeriter transeunt. Aniso affine radicem praebet edulem, ut dauci, si coquatur.

Cap. LX. (LXVII.) [*De Anetho.*] Anethum vescum [quod alii polgidos, alii anicetum, prophetae cynocephali genituram aut pilos, alii Mercurii genituram, Aegyptii arachu, Afri sicciria, Daci polpum dicunt]: huius aridi comae seminisque decoctum potu lac evocat, tor-

γάλα κατασπᾷ, στρόφους τε καὶ ἐμπνευματώσεις παύει, κοιλίαν τε καθαίρει[77], καὶ τοὺς ἐπιπολαίους[78] ἐμέτους ἵστησι, οὖρά τε κινεῖ, λυγμοὺς παρηγορεῖ, ἀμβλύνει τε τὰς ὄψεις καὶ γονὴν σβέννυσι συνεχῶς πινόμενον· χρήσιμον δὲ τὸ ἀφέψημα αὐτοῦ καὶ γυναιξὶν ὑστερικαῖς εἰς ἐγκάθισμα· τὸ δὲ σπέρμα καὲν καὶ καταπλασθὲν κονδυλώματα αἴρει.

Κεφ. ξα΄. (ξη΄.) [Περὶ Κυμίνου ἡμέρου.] Κύμινον τὸ ἥμερον, εὔστομον[79], καὶ τούτου μᾶλλον τὸ αἰθιοπικὸν, ὅπερ Ἱπποκράτης βασιλικὸν ἐκάλεσε· δεύτερον τὸ αἰγύπτιον· εἶτα τὸ λοιπόν· φύεται ἐν Γαλατίᾳ τῆς Ἀσίας[80] καὶ Κιλικίᾳ καὶ Ταραντίνῃ[81], καὶ ἐν ἄλλοις πλείοσι τόποις. Ἔστι δὲ θερμαντικὸν, στυπτικὸν, ξηραντικὸν, ἁρμόζον πρὸς στρόφους καὶ ἐμπνευματώσεις· ἐγκλυζόμενον ἑφθὸν σὺν ἐλαίῳ καὶ καταπλασσόμενον σὺν ὠμῇ λύσει· δίδοται δὲ καὶ ὀρθοπνοϊκοῖς σὺν ὀξυκράτῳ, θηριοδήκτοις δὲ σὺν οἴνῳ· διδύμων

77) Sic cod. C. et Lacuna.

78) Sic codd. C. N. et Marcellus videtur ita legisse; ἐπιπολαίως vulgo.

79) Sic praeter Serap. codd.; εὐστόμαχον Lacuna ex Hipp.

80) Veram hanc lectionem iam Sarac. indicavit; Γαλατίᾳ καὶ ἐν Ἀσίᾳ vulgo.

81) Τερεντίᾳ vulgo.

mina inflationesque sedat, alvum purgat, et leves vomitiones cohibet, urinas ciet, singultus lenit, frequentius potum oculos hebetat et genituram restinguit. Est et eius decoctum feminis hystericis ad insessus utile. Denique ustum semen impositumque condylomata tollit.

Cap. LXI. (LXVIII.) [*De Cymino sativo.*] Cyminum sativum ori gratum est, maxime vero aethiopicum, quod Hippocrates regii nomine insignivit: secundo venit loco aegyptium, mox reliqua sequuntur. Provenit in Galatia Asiae, Cilicia et Tarentina regione, aliisque locis compluribus. Calefaciendi, astringendi, siccandi vi praeditum, ad tormina inflationesque idoneum, seu coctum et cum oleo infusum, seu etiam cum farina cruda impositum. Datur et cervice erecta anhelantibus in posca, iisque, qui ab animalibus demorsi sunt, in vino. Testium in-

τε φλεγμοναῖς ἀρήγει σὺν σταφίδι καὶ ἐρεγμίνῳ[82] ἀλεύρῳ ἢ κηρωτῇ ἐπιτεθέν· ἐπέχει δὲ καὶ ῥοῦν γυναικεῖον, καὶ τὰς ἐκ μυκτήρων αἱμοῤῥαγίας, σὺν ὄξει λεῖον προσενεχθέν· τρέπει δὲ καὶ χρῶτα ἐπὶ τὸ ὠχρότερον πινόμενόν τε καὶ συγχριόμενον.

Κεφ. ξβ'. (ξθ'.) [Περὶ Κυμίνου ἀγρίου.] Κύμινον ἄγριον [Ῥωμαῖοι κύμινουμ ἀγρέστεμ, σιλβάτικουμ] φύεται μὲν πλεῖστον ἐν Λυκίᾳ καὶ Γαλατίᾳ τῆς Ἀσίας καὶ ἐν Καρχηδόνι τῆς Ἱσπανίας· ἔστι δὲ θαμνίον ἔχον καυλὸν σπιθαμιαῖον, λεπτὸν, ἐφ' οὗ φυλλάρια δ' ἢ ε' λεπτὰ, οἱονεὶ πεπρισμένα, τὴν κατάσχισιν[83], ὡς γιγγίδιον· κεφάλια δὲ ἔχει ἐπ' ἄκρου ε' ἢ ς' στρογγύλα, μαλακά· ἐν οἷς ὁ καρπὸς ἀχυρώδης, γευομένῳ δὲ δριμύτερος τοῦ ἡμέρου· φύεται δὲ ἐν γεωλόφοις· πίνεται δὲ τὸ σπέρμα πρὸς στρόφους καὶ ἐμπνευματώσεις σὺν ὕδατι· σὺν ὄξει δὲ λυγμοὺς παύει· πρὸς δὲ τὰ ἰοβόλα καὶ πλάδον στομάχου σὺν οἴνῳ· αἴρει δὲ καὶ ὑπώπια μασσηθὲν καὶ καταπλασθὲν σὺν μέλιτι καὶ σταφίδι:

82) Sic Marcell. in cod. et Serap., quos sequitur Sarac.; *αἰρίνῳ* vulgo.

83) C. *κατάκλισιν*.

flammationibus auxiliatur cum uva passa et fabarum farina aut cerato impositum. Compescit et fluxum muliebrem et sanguinis e naribus profluvia, in aceto contritum et admotum. Denique cutis colorem bibitum illitumve mutat in pallorem.

Cap. LXII. (LXIX.) [*De Cymino sylvatico.*] Cyminum sylvaticum seu agreste plurimum efficaciusque in Lycia crescit et Galatia Asiae et circa Carthaginem Hispaniae. Est vero fruticulus, caule spithameo, tenui, in quo folia exigua quaterna aut quina, tenuia, subserrata et gingidii divisura. Gerit autem in apice capitula quina aut sena, rotunda ac mollia, in quibus fructus acerosus et gustu acrior, quam sativum. Nascitur in collibus. Bibitur autem semen contra tormina et inflationes cum aqua: singultus ex aceto sedat: contra virulentas bestias et stomachi nimiam flacciditatem cum vino bibitur. Sugillata sub oculis tollit, si commanducatum cum melle et uva

φλεγμονάς τε διδύμων ἰᾶται, μετὰ τῶν αὐτῶν καταπλασσόμενον.

Ἔστι καὶ ἕτερον γένος ἀγρίου κυμίνου, ἐμφερὲς τῷ ἡμέρῳ· ἐξ ἑκάστου δ' ἄνθους ἀφίησι κεράτια μετέωρα, ἐν οἷς ἐστι σπέρμα ὅμοιον μελανθίῳ· τοῦτο πινόμενον πρὸς ἑρπετοδήκτους ἄριστον ἀλέξημα· βοηθεῖ καὶ στραγγουριῶσι καὶ λιθιῶσι καὶ αἵματος θρόμβους οὐροῦσιν· ἐπιπινέτωσαν δὲ σελίνου σπέρμα ἀποζεσθέν.

Κεφ. ξγ'. (ο'.) [Περὶ Ἄμμιος.] Ἄμμι [Ῥωμαῖοι ἄμμιουμ ἀλεξανδρίνουμ], ἔνιοι καὶ τοῦτο αἰθιοπικὸν, οἱ δὲ βασιλικὸν κύμινον καλοῦσιν· ἔνιοι δὲ ἑτέρας φύσεως τὸ αἰθιοπικὸν κύμινον ἔφασαν εἶναι, καὶ ἑτέρας τὸ ἄμμι· γνώριμον δὲ τὸ σπερμάτιον, μικρότερον πολλῷ τοῦ κυμίνου καὶ ὀριγανίζον τῇ γεύσει, ἐκλέγου δὲ τὸ καθαρὸν καὶ μὴ πιτυρῶδες. Δύναμιν δὲ ἔχει καὶ τοῦτο θερμαντικὴν, πυρωτικὴν καὶ ξηραντικὴν, ποιοῦν πρὸς στρόφους, δυσουρίας καὶ θηριοδήκτους, πινόμενον σὺν οἴνῳ· ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα· μίγνυται καὶ τοῖς διὰ κανθαρίδος ἐκδορίοις, πρὸς τὸ ἀντιπάσχειν ταῖς

passa imponatur. Quin et testium inflammationibus, adiectis iisdem, impositum medetur.

Est et alterum cuminum sylvestre, sativo simile, quod e singulis floribus erecta sursumque spectantia cornicula promit, in quibus semen est nigellae simile: potum id contra serpentium morsus singulari est praesidio. Qui urinae difficultate calculisque affliguntur et sanguinis grumos cum urina edunt, eo adlevantur: sed seminis apii decoctum superbibendum est.

Cap. LXIII. (LXX.) [*De Ammi.*] Ammi, [quod et Romani alexandrinum vocant]: nonnulli habent et hoc aethiopicum, et regium cyminum id appellant. Alii diversae naturae esse aethiopicum cyminum et ammi perhibent. Vulgo notum est semen minutum, multo exilius cymino, et origani sapore. Eligito autem purum minimeque furfurosum. Vim habet hoc quoque calefacientem, urentem et exsiccantem: valet ad tormina, urinae difficultatem ac venenatorum morsus, ex vino bibitum. Ciet quoque menstrua. Admiscetur et cutim erodentibus e cantharide para-

ἐπιγινομέναις δυςουρίαις· καὶ ὑπώπια καταπλασθὲν σὺν μέλιτι αἴρει· τρέπει δὲ καὶ χρόαν πινόμενον καὶ συγχριόμενον ἐπὶ τὸ χλωρότερον· καὶ μετὰ σταφίδος ἢ ῥητίνης ὑποθυμιώμενον, ὑστέραν ἀποκαθαίρει.

Κεφ. ξδ΄ (οα΄.) [Περὶ Κορίου.] Κόριον, ἢ κορίαννον, [Αἰγύπτιοι ὄχιον, Ἀφροὶ γοῒδ,] γνώριμον, δύναμιν ἔχον ψυκτικήν· ὅθεν καταπλασσόμενον μετὰ ἄρτων καὶ ἀλφίτων, ἐρυσιπέλατα καὶ ἕρπητας ἰᾶται· σὺν μέλιτι δὲ καὶ σταφίδι ἐπινυκτίδας καὶ διδύμων φλεγμονὰς καὶ ἄνθρακας θεραπεύει, μετὰ ἐρεγμοῦ δὲ χοιράδας καὶ φύματα διαλύει· τὸ δὲ σπέρμα ὀλίγον μὲν ποθὲν μετὰ γλυκέος, ἕλμινθας ἐκβάλλει καὶ σπέρματός ἐστι γεννητικόν· πλεῖον δὲ ληφθὲν κινεῖ τὴν διάνοιαν ἐπικινδύνως· ὅθεν δεῖ φυλάττεσθαι τὴν πλείονα καὶ συνεχῆ χρῆσιν αὐτοῦ· ὁ δὲ χυλὸς σὺν ψιμυθίῳ ἢ λιθαργύρῳ καὶ ὄξει καὶ ῥοδίνῳ καταχριόμενος, ὠφελεῖ τὰς κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν φλεγμονὰς τὰς πυρώδεις.

Κεφ. ξε΄. (οβ΄.) [Περὶ Ἱερακίου τοῦ μεγάλου.] Ἱεράκιον τὸ μέγα, [οἱ δὲ σογχίτην, Ῥωμαῖοι λαμποῦκα, Ἀφροὶ

tis: quia resistit urinae difficultatibus facile supervenientibus. Sugillata sub oculis cum melle impositum tollit. Sed et potu ac illitu cuti pallorem conciliat. Suffitum cum uva passa aut resina matricem repurgat.

Cap. LXIV. (LXXI.) [*De Coriandro.*] Coriandrum [quod Aegyptii ochion, Afri goïd vocant] in vulgus notum, vim habet refrigerantem. Quare cum pane aut polenta impositum erysipelata et herpetes sanat: cum melle vero et uva passa epinyctidibus, testium inflammationibus carbunculisque medetur, et cum faba fresa strumas panosque discutit. Semen exigua quantitate cum passo bibitum lumbricos pellit, et spermatis secretioni favet. At si largius sumtum fuerit, mentem non sine periculo alienat, quamobrem ab ipsius usu et copiosiore et frequentiore cavendum. Succus autem cum cerussa aut lithargyro, nec non cum aceto et rosaceo perunctus, ardentes in summa cute inflammationes emendat.

Cap. LXV. (LXXII.) [*De Hieracio magno.*] Hieracium magnum, [quod alii sonchiten, Romani lampu-

σιθιλέας] καυλὸν ἀνίησι τραχὺν, ὑπέρυθρον, ἀκανθώδη, ὑπόκενον, φύλλα ἔχει ἐκ διαστημάτων ἐπεσχισμένα ἀραιῶς, σόγχῳ[84] ἐμφερῆ τὴν περιφέρειαν· ἄνθη μήλινα ἐν κεφαλίοις ὑπομήκεσιν. Δύναμιν ἔχει ψυκτικὴν, μετρίως ὑποστύφουσαν· ὅθεν στομάχῳ καυσουμένῳ καὶ φλεγμοναῖς καταπλασσόμενον ἁρμόζει· ὁ δὲ χυλὸς καταῤῥοφούμενος δηγμὸν στομάχου[85] πραΰνει· ἡ δὲ πόα σὺν τῇ ῥίζῃ καταπλασθεῖσα, σκορπιοπλήκτοις ἀρήγει.

Κεφ. ξς'. (ογ'.) [Περὶ Ἱερακίου τοῦ μικροῦ.[86]] Ἱεράκιον τὸ μικρὸν, οἱ δὲ καὶ τοῦτο σογχίτην καλοῦσι [Ῥωμαῖοι ἴντυβουμ ἀγρέστεμ, Ἄφροὶ σιθιλεσαδέ;] φύλλα ἔχει καὶ αὐτὸ ἐκ διαστημάτων ἐπεσχισμένα τὴν περιφέρειαν· καυλία δὲ ἀνίησι τρυφερὰ καὶ χλωρὰ, ἐν οἷς ἄνθη μήλινα, κύκλον περιγράφοντα. Δύναμιν δὲ ἔχει καὶ αὐτὸ τὴν αὐτὴν τῷ προειρημένῳ.

Κεφ. ξζ'. (οδ'.) [Περὶ Σελίνου.] Σέλινον κηπαῖον[87];

84) σόκχῳ vulgo; τεύτλῳ Marcellus legit in exempl. vetusto.

85) Hoc cod. C. recte adiicit; δηγμὸν πραΰνει vulgo.

86) Reiicit Marcellus hoc capitulum, quod a nemine veterum repetatur: habet tamen totidem verbis Oribasius.

87) Quae in versione synonyma habet Marcellus, equidem nusquam legi.

cam, Afri sithileam appellant] caulem profert asperum, subrubrum, aculeatum, subfistulosum: folia habet alterna laciniis rarioribus divisa, ambitu soncho similia, flores luteos in oblongis capitulis. Vim habet refrigerantem, modice ac leviter astringentem. Quamobrem aestuanti stomacho inflammationibusque utiliter imponitur. Succus autem stomachi rosionem sorbitione mitigat. Ceterum herba cum radice imposita ictis a scorpione auxiliatur.

Cap. LXVI. (LXXIII.) [*De Hieracio minori.*] Hieracium minus, quod nonnulli et sonchiten vocant [Romani intybum agrestem, Afri sithilesade] folia et hoc habet alterna, ambitu incisa: cauliculos autem promit teneros ac virentes, in quibus flores lutei in orbem circinati. Vires habet et hoc easdem cum antedicto.

Cap. LXVII. (LXXIV.) [*De Apio.*] Apium hor-

ἁρμόζει ἡ πόα[88] πρὸς ἃ καὶ τὸ κόριον[89]· καὶ πρὸς ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς μετὰ ἄρτου ἢ παιπάλης ἀλφίτου καταπλασσόμενον· καὶ καῦσον στομάχου παρηγορεῖ· μαστούς τε χονδριῶντας ἀνίησι, κινεῖ τε οὖρα ἑφθόν τε καὶ ὠμὸν ἐσθιόμενον[90]· καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτοῦ τε καὶ τῶν ῥιζῶν πινόμενον[91], ἀντιπάσχει θανασίμοις φαρμάκοις, ἐμέτους κινοῦν[92], κοιλίαν δὲ ἐπέχει· τὸ δὲ σπέρμα ἐστὶν οὐρητικώτερον, βοηθοῦν καὶ θηριοδήκτοις καὶ τοῖς λιθάργυρον πεπωκόσι, πνευμάτων τέ ἐστι διαλυτικόν· μίγνυται δὲ καὶ ἀνωδύνοις καὶ θηριακαῖς καὶ βηχικαῖς χρησίμως.

Κεφ. ξη΄. (οε΄.) [Περὶ Ἑλειοσελίνου.] Ἑλειοσέλινον [οἱ δὲ πεδινὸν, οἱ δὲ ὑδροσέλινον ἄγριον, Ῥωμαῖοι ἄπιουμ ῥούστικουμ] γεννώμενον ἐν τοῖς ἐφύδροις τόποις[93], μεῖζον τοῦ ἡμέρου σελίνου· ποιεῖ δὲ ὅσα καὶ τὸ κηπευτόν.

Κεφ. ξθ΄. (ος΄.) [Περὶ Ὀρεοσελίνου.] Ὀρεοσέλινον

88) Deesse ἡ πόα in cod. testatur Lacuna.

89) C. ὡς ἱεράκιον; sed Serap. habet κόριον.

90) N. ὠμὸν καὶ ἑφθόν. βρωθέν τε καὶ ποθὲν τὸ ἀφεψ.

91) Sic Ald., Asul., Marcell., Cornar.; πινόμενα Goupyl. et Saracenus.

92) C. Lacuna καὶ ἐμέτους κινεῖ.

93) Oribas. addit ὀλίγῳ.

tense. Convenit planta ad eadem, ad quae et coriandrum: praeterea ad oculorum inflammationes cum pane aut polentae polline imposita. Aestuantem quoque stomachum demulcet, et mammas tuberculis turgentes reprimit: ciet et urinas, sive cocta, sive cruda edatur. Decoctum eius radicumque potum venenorum noxae resistit, dum vomitiones excitat: alvum autem cohibet. At semen potentius urinas pellit, et a venenata bestia demorsis iisque, qui lithargyron hauserint, opitulatur, ac denique flatus discutit. Sed et utiliter admiscetur medicamentis, quae dolores sedant, theriacis etiam et tussim mitigantibus.

Cap. LXVIII. (LXXV.) [*De Apio palustri.*] Apium palustre [quod et campestre et aquaticum et rusticum dicitur] in aquosis locis nascens, sativo maius, ad eadem valet, ad quae hortense.

Cap. LXIX. (LXXVI.) [*De Apio montano.*] Apium

[οἱ δὲ πετροσέλινον ἄγριον, Ῥωμαῖοι ἄπιουμ, Αἰγύπτιοι ἀνώνιμ] καυλός ἐστι σπιθαμιαῖος εἷς ἐκ ῥίζης λεπτῆς· περὶ δὲ αὐτὸν κλωνάρια καὶ κεφάλια[94] κωνείῳ[95] παρεμφερῆ, λεπτότερα μέντοι ἱκανῶς· ἐφ' ὧν ὁ καρπὸς ὑπομήκης[96], δριμὺς, λεπτὸς, εὐώδης, ἐοικὼς κυμίνῳ· φύεται δὲ ἐν τόποις πετρώδεσι καὶ ὀρεινοῖς. Δύναμιν δὲ ἔχει ὁ καρπὸς καὶ ἡ ῥίζα οὐρητικὴν, ποθέντες ἐν οἴνῳ· ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα· μίγνυται δὲ καὶ ἀντιδότοις καὶ ταῖς διουρητικαῖς καὶ θερμαντικαῖς δυνάμεσιν. Οὐ δεῖ δὲ πλανᾶσθαι νομίζοντας τὸ ὀρεοσέλινον εἶναι τὸ ἐν πέτραις φυόμενον· ἄλλο γάρ ἐστι τὸ πετροσέλινον.

Κεφ. ο'. (οζ'.) [Περὶ Πετροσελίνου.] Σέλινον, τὸ καὶ πετροσέλινον· τοῦτο φύεται ἐν Μακεδονίᾳ ἐν ἀποκρήμνοις τόποις, σπέρμα ἔχον ἐοικὸς ἄμμει, εὐωδέστερον δὲ καὶ δριμὺ[97], καὶ ἀρωματίζον, οὐρητικὸν, ἐμμήνων ἀγωγόν· ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς στομάχου καὶ κώλου ἐμπνευματώσεις καὶ στρόφους· πρός τε πλευρᾶς πόνους καὶ νεφρῶν καὶ κύστεως ἐν

94) *φύλλα* coniecit Lacuna, sed codd. omnes, Oribas. et Serap. *κεφάλια* habent.

95) Sic Oribas., unde Hermol. Barbarus primus sumsit. Sed vulgo *μηκωνίῳ*. Serap. *come*.

96) Sic C.; *ἐπιμήκης* vulgo.

97) Lacuna legit *δριμύτερον*.

montanum [quod alii petroselinum sylvestre, Aegyptii anonim vocant] caule est dodrantali, qui quidem singularis e gracili exsurgit radice: ambeunt ipsum ramuli et capitula cicutae similia, sed multo tenuiora: in quibus semen oblongum, acre, tenue, odoratum, cumino simile. In rupestribus et montosis locis nascitur. Vim habent fructus et radix urinas cientem, si in vino bibantur, ac menses etiam trahunt. Antidotis quoque et medicinis diureticis et calefacientibus admiscetur. Neque vero falli oportet existimantes, id esse oreoselinum, quod in rupibus provenit: aliud enim est petroselinum.

Cap. LXX. (LXXVII.) [*De Petroselino.*] Apium, quod petroselinum dicit, crescit in Macedonia praeruptis in locis. Semen habet ammeos simile, sed odoratius, acre et aroma redolens. Urinas id et menstrua pellit; contra stomachi et coli inflationes ac tormina prodest. Succurrit

ποτῷ λαμβανόμενον: μίγνυται δὲ καὶ ταῖς οὐρητικαῖς ἀντιδότοις.

Κεφ. οα'. (οη'.) [Περὶ Ἱπποσελίνου.] Ἱπποσέλινον, οἱ μὲν γρίηλον, οἱ δὲ ἀγριοσέλινον[98], οἱ δὲ σμύρνιον καλοῦσι, [Ῥωμαῖοι ὄλους ἄτρουμ] ἑτέρου τοῦ κυρίως λεγομένου σμυρνίου ὑπάρχοντος, ὡς αὐτίκα ἱστορήσομεν· ἔστι δὲ μεῖζον καὶ λευκότερον τοῦ κηπευτοῦ τοῦ σελίνου· καυλὸς κοῖλος, ὑψηλὸς, τρυφερὸς, οἱονεὶ γραμμὰς ἔχων· φύλλα πλατύτερα, ὑποφοινισσόμενα, ἐν οἷς ἐστιν ὡς λιβανωτίδος κόμη[99] μεστὴ ἄνθους, κατὰ κορύμβους πρὶν ἐξανθῆσαι συνεστῶσα· σπέρμα δὲ μέλαν, ἐπίμηκες, ναστὸν, δριμὺ, ἀρωματίζον· ῥίζα εὐώδης, λευκὴ[100], εὔστομος[1], οὐ παχεῖα· φύεται ἐν συσκίοις καὶ παρ' ἕλεσι[2]· λαχανεύεται δὲ ὥσπερ τὸ σέλινον· καὶ ἡ ῥίζα δὲ ἑφθὴ καὶ ὠμὴ ἐσθίεται· τά τε φύλλα καὶ οἱ καυλοὶ ἐσθίονται ἑφθὰ, καθ' ἑαυτά τε καὶ μετὰ ἰχθύων

98) C. addit ἢ πολυπίθιον.

99) C. ὑποφ. — κόμη μέση ἄνθους, omissis ἐν — λιβανωτίδος. Sic et N., sed κόμη μέση ἀνθοῦσα, quod satis placet, nisi Oribas. et Serap. nobiscum legissent.

100) C. λεπτή.

1) Lacuna et Cantacuz. εὐστόμαχος.

2) Sic Oribas., Serap. et codd.; praeter C., qui ἐν παραδείσοις.

et lateris, renum ac vesicae doloribus in potu sumtum. Inseritur et antidotis urinam prolicientibus.

Cap. LXXI. (LXXVIII.) [*De Hipposelino.*] Hipposelinum, quod nonnulli grielum, alii agrioselinum, smyrnium alii, Romani olus atrum appellant: quamquam aliud est smyrnium proprie dictum, de quo statim acturi sumus. Est autem maius albidiusque apio hortensi: caulis est concavus, procerus, tener ac velut lineis distinctus: folia latiora, in puniceum vergentia, super quibus est coma, ceu libanotidis, florum plena, quae in corymbos cogitur, antequam deflorescat. Semen vero nigrum, oblongum, solidum, acre ac aromaticum: radix itidem odorata, alba, ori grata, neque adeo crassa. Nascitur in umbrosis et iuxta paludes. Oleris modo editur, velut apium. Nam et radix cruda vel cocta estur, et folia cum ipsis caulibus decocta manduntur, ac tum per se, tum etiam

σκευάζεται· καὶ ὠμὰ δὲ ταριχεύεται εἰς ἅλμαίας. Δύναμιν δὲ ἔχει ὁ καρπὸς, πινόμενος ἐν οἰνομέλιτι, ἐμμήνων ἀγωγός[3]· θερμαίνει δὲ τοὺς ῥιγοῦντας πινόμενος καὶ συγχριόμενος· στραγγουρίαις τε βοηθεῖ· καὶ ἡ ῥίζα τὰ αὐτὰ ποιεῖ[4].

Κεφ. οβ. (οθ'.) [Περὶ Σμυρνίου.] Σμύρνιον, ὅπερ ἐν Κιλικίᾳ πετροσέλινον καλοῦσι, γεννώμενον πλεῖστον ἐν τῷ λεγομένῳ Ἀμανῷ ὄρει· καὶ τοῦτο καυλὸν μὲν ἔχει ὅμοιον σελίνῳ, παραφυάδας ἔχοντα πολλὰς, φύλλα δὲ πλατύτερα, ἃ πρὸς τὴν γῆν ὑποπερικλᾶται, ὑπολίπαρα, ῥωμαλέα, καὶ εὐώδη σὺν δριμύτητι, φαρμακώδη τε καὶ ὑπομηλίζοντα τῇ χρόᾳ· σκιάδιον δὲ ἐπὶ τῷ καυλῷ ἀνηθοειδές· σπέρμα στρογγύλον, ὅμοιον τῷ τῆς κράμβης, μέλαν, δριμὺ, γευομένῳ, ὡς σμύρνη, ἓν ἀνθ' ἑνὸς ποιοῦν· ἡ δὲ ῥίζα δριμεῖα, εὐώδης, ἁπαλὴ, πολύχυλος, δάκνουσα τὴν φάρυγγα, φλοιὸν ἔχουσα, ἔξωθεν μὲν μέλανα, ἔνδοθεν δὲ χλωρὸν ἢ ὑπόλευκον· φύεται δὲ ἐν πετρώδεσι τόποις καὶ γεωλόφοις ἀνίκμοις[5] καὶ γωνίαις χερσευούσαις. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ ῥίζα καὶ

3) Sic C.; ἀγωγὸν vulgo.

4) C. ποιεῖν εἴωθεν.

5) X. ἐνίκμοις.

cum piscibus parantur. Sed et cruda muria condiuntur. Semen ex vino mulso potum menses ciendi vim habet, ac rigore prehensos potum illitumve calefacit et urinae stillicidio auxiliatur. Radix eosdem praestat effectus.

Cap. LXXII. (LXXIX.) [*De Smyrnio.*] Smyrnium, quod in Cilicia petroselinum vocant, plurimum in Amano monte gignitur. Caulem habet apii, ramis multis: folia vero latiora, quae ad terram refranguntur, nitidiuscula, robusta, odore grato cum quadam acrimonia et medicata indole, flavescentia: umbellam in apice gerit anetho similem: semen rotundum, brassicae simile, nigrum, acre, myrrhae sapore, ita ut alterum alterius vicem explere possit. Radix est acris, odorata, mollis, succosa, fauces mordicans, cortice praedita extus nigro, intus vero pallido aut subalbido. Nascitur in rupestribus locis, collibus aridis et angulis incultis. Vim habent radix, herba

ἡ πόα καὶ ὁ καρπὸς θερμαντικήν· λαχανεύεται δὲ καὶ εἰς τὰς ἁλμαίας τὰ φύλλα, κοιλίαν τε ἵστησιν· ἡ δὲ ῥίζα πινομένη ἑρπετοδήκτοις ἁρμόζει· πραΰνει δὲ καὶ βῆχας καὶ ὀρθοπνοίας· καὶ δυσουρίας ἰᾶται· καταπλασσομένη δὲ τὰ πρόσφατα οἰδήματα καὶ φλεγμονὰς καὶ σκληρίας διαφορεῖ, τραύματά τε ἄχρις ἐπουλώσεως ἄγει· ζεσθεῖσα δὲ καὶ προστεθεῖσα ἐξαμβλώσκει· καὶ τὸ σπέρμα δὲ αὐτῆς πρὸς νεφροὺς καὶ σπλῆνα καὶ κύστιν ἁρμόζει: ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα καὶ δεύτερα· πρός τε ἰσχιάδας μετ᾽ οἴνου πινόμενον ἁρμόζει, καὶ στομάχου ἐμπνευματώσεις πραΰνει· ἔστι δὲ καὶ ἱδρωτοποιὸν[6], ἐρευκτικόν· ἰδίως πινόμενον πρὸς ὕδρωπας καὶ περιόδους.

Κεφ. ογ΄. (π΄.) [Περὶ Ἐλαφοβόσκου.] Ἐλαφόβοσκον [οἱ δὲ ἐλαφικὸν, οἱ δὲ νέφριον, οἱ δὲ ὀφιγένιον, οἱ δὲ ὀφιοκτόνον, οἱ δὲ ἑρπυξὴ, οἱ δὲ λύμη, Ῥωμαῖοι κέρβι ὀκέλλουμ ἢ κερβίνα[7], Αἰγύπτιοι χημὶς, Ἀφροὶ ἀσκαουκαύ] καυλός ἐστι λιβανωτίδι ἢ μαράθρῳ ἐμφερὴς, γεγωνιωμένος· φύλλα διδάκτυλα τὸ πλάτος[8], ἱκανῶς ἐπιμήκη ὡς τερεβίνθου, περι-

6) Ald., Asulan., Cornar. ὑδροποιόν, Goupyl. et Sarac. ἱδροποιόν.
7) Sic cod. C.; κερδιοκέλλουμ Ald. et rell.
8) X. add. κεχαλασμένα ποσῶς.

ac ipsum quoque semen calefacientem. Folia muria condita olerum instar in cibos veniunt, alvumque sistunt: radix vero pota prodest contra serpentium morsus. Tusses et spirandi difficultates mitigat et urinae difficultatibus medetur. Imposita vero oedemata recentia, inflammationes duritiasque discutit, et vulnera ad cicatricem perducit: fervefacta vero ac subdita abortum infert. Semen eius confert renum, lienis vesicaeque vitiis, menses et secundas pellit. Ad coxendicum dolores cum vino commode propinatur et inflationes stomachi lenit: sudores etiam ciet et ructus eiicit. Peculiariter vero potui datur adversus hydropes et febrium circuitus.

Cap. LXXIII. (LXXX.) [*De Pastinaca.*] Pastinaca [quam alii elaphicon, aut nebrion, ophigenion etiam vel ophioctonon, alii herpyxe aut lyme, Romani cervi ocellum aut cervinam, Aegyptii chemis, Afri ascaucau vocant,] caule est libanotidem aut foeniculum referente, geniculato; foliis duos digitos latis, praelongis ut terebin-

κεκλασμένα, τραχέα πωσῶς· ἔχει δὲ παραφυάδας ἱκανὰς ὁ καυλὸς, σκιάδια ἐχούσας ὅμοια ἀνήθῳ· ἄνθη ὑπομήλινα, καὶ τὸ σπέρμα ἀνήθῳ ἐμφερές· ῥίζα ὡς τριδάκτυλος τὸ μῆκος, πάχος δακτύλου, λευκὴ, γλυκεῖα, ἐδώδιμος· καὶ ὁ καυλὸς δὲ λαχανεύεται ἀρτιφυὴς ὤν· ταύτην φασὶ τὴν πόαν τὰς ἐλάφους νεμηθείσας ἀντέχειν τοῖς τῶν ἑρπετῶν δήγμασι· ὅθεν καὶ τὸ σπέρμα δίδοται τοῖς ἑρπετοδήκτοις σὺν οἴνῳ.

Κεφ. οδ΄. (πα΄.) [Περὶ Μαράθρου.] Μάραθρον· αὕτη ἐσθιομένη ἡ πόα δύναται γάλα κατασπᾶν, καὶ τὸ σπέρμα δὲ πινόμενον ἢ συνεψόμενον πτισάνῃ· τὸ δὲ ἀφέψημα τῆς κόμης ποθὲν[9], νεφριτικοῖς καὶ τοῖς περὶ κύστιν χρήσιμον, διουρητικὸν ὑπάρχον· ἁρμόζει δὲ ἑρπετοδήκτοις σὺν οἴνῳ πινόμενον, καὶ καταμήνια ἄγει· ἐν πυρετοῖς τε ναυτίαν καὶ καῦσον στομάχου[10] παραιτεῖται, μετὰ ψυχροῦ ὕδατος πινόμενον· αἱ δὲ ῥίζαι λεῖαι σὺν μέλιτι καταπλασθεῖσαι κυνόδηκτα θεραπεύουσιν· ὁ δὲ χυλὸς ἐκθλιβέντων τῶν καυλῶν καὶ τῶν φύλλων ἐν ἡλίῳ ξηρανθεὶς εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ, ὅσα

9) Sic Cornar. emendavit vulgare ὑποτεθὲν ex auctoritate Plinii et Serapionis.

10) Lacun. et cod. C. add. καὶ ἀνάλυσιν.

thi, reflexis ac quodammodo asperis. Habet vero caulis ipse ramos complures, qui quidem umbellas anethi similes gerunt, flores subluteos et semen itidem anethi. Radix fere trium digitorum longitudine, unum crassa est, alba, dulcis et esculenta. Sed et caulis recens ac tenellus olerum modo in cibos recipitur. Ceterum huius herbae pabulo cervas aiunt serpentium morsibus resistere, unde semen et contra serpentium morsus in vino datur.

Cap. LXXIV. (LXXX.) [*De Foeniculo.*] Foeniculi herba si edatur, vim habet lac attrahendi: idem vero potest semen epotum, aut cum ptisana decoctum. Comae autem decoctum bibitum renum ac vesicae vitiis est utile, quippe urinam ducit. Convenit et a serpente demorsis in vino bibitum, ac menses quoque ciet. In febribus nauseam et stomachi ardorem sedat, ex aqua frigida potum. Contritae radices et cum melle impositae canum morsibus medentur. Succus caulibus et foliis expressus et in sole siccatus oculorum medicamentis utiliter additur, quae ad

πρὸς ὀξυδορκίαν, σκευάζεται χρησίμως· χυλίζεται δὲ καὶ τὸ σπέρμα πρὸς τὰ αὐτὰ χλωρὸν ἔτι, σὺν τοῖς φύλλοις καὶ τοῖς ἀκρέμοσι, καὶ ἡ ῥίζα κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν. Ἐν δὲ τῇ πρὸς ἑσπέραν Ἰβηρίᾳ καὶ ὀπὸν ἀνίησιν ὅμοιον κόμμει, ἀποθεριζόντων ἐν τῇ ἀνθήσει μέσον τὸν καυλὸν τῶν ἐπιχωρίων καὶ πυρὶ παρατιθέντων, ἵνα ὑπὸ τῆς θερμασίας οἱονεὶ ἀφιδρῶσαν ἐκβάλῃ[11] τὸ κόμμι· ἔστι δὲ ἐνεργέστερον τοῦ χυλοῦ πρὸς τὰ ὀφθαλμικὰ τοῦτο.

Κεφ. οε΄. (πβ΄.) [Περὶ Ἱππομαράθρου.] Ἱππομάραθρον [οἱ δὲ μαραθὶς, οἱ δὲ μάραθρον ἄγριον, Αἰγύπτιοι σαμψὼς[12], προφῆται θυμαρνόλιον, Ῥωμαῖοι φαινίκουλουμ ἐρράτικουμ, οἱ δὲ φαινίκουλουμ ἐκουίνουμ, οἱ δὲ μέουμ, Γάλλοι σιστράμεορ] μάραθρόν ἐστιν ἄγριον, μέγα· φέρει δὲ σπέρμα κάχρυϊ ὅμοιον, ῥίζα δὲ ὕπεστιν εὐώδης, ἥτις πινομένη στραγγουρίας ἴᾶται· ἔμμηνά τε ἄγει προστιθεμένη· τὸ δὲ σπέρμα καὶ ἡ ῥίζα κοιλίαν ἵστησι πινόμενα, θηριοδήκτοις τε βοηθεῖ, καὶ λίθους θρύπτει, καὶ ἴκτερον ἀποκαθαίρει· τῶν

11) Codd. C. N. add. ἴσως.
12) Cod. N. add. Ἀφροὶ βουτνούμ.

aciem visus augendam apta sunt. Extrahitur et ad eadem valens e recenti semine succus una cum foliis ac ramulis. Radicibus praeterea sub prima germinatione succus eodem modo exprimitur. In Iberia, quae ad occidentem spectat, liquorem etiam reddit foeniculum gummi similem. Caulem vero medium, dum floret herba, demetunt indigenae ignique admovent, quo facilius vi caloris velut exsudans gummi remittat. Id autem est succo ipso efficacius ad oculorum medicamenta.

Cap. LXXV. (LXXXII.) [*De Hippomarathro.*] Hippomarathron [aliis marathis, foeniculum sylvestre, Aegyptiis sampsos, prophetis thymarnolion, Romanis foeniculum erraticum, aut equinum, aut meum, Gallis denique sistrameor dictum] est foeniculum sylvestre, grande, quod semen profert cachryi simile. Radix autem subest odorata, quae quidem bibita stranguriae medetur, subditaque menses ciet. Semen et ipsa radix potu ventrem sistunt, contra venenatorum morsus auxiliantur, calculos commi-

δὲ φύλλων τὸ ἀφέψημα πινόμενον γάλα ἄγει καὶ τὰς ἐκ τοκετῶν γυναῖκας ἀποκαθαίρει.

Καλεῖται καὶ ἕτερον ἱππομάραθρον, φύλλα ἔχον στενὰ, μικρὰ, προμήκη· καρπὸν δὲ στρογγύλον, πρὸς τὸν τοῦ κορίου, δριμὺν, εὐώδη, θερμαντικόν· ἀναλογεῖ δὲ αὐτοῦ ἡ δύναμις τῷ προειρημένῳ, ἀσθενέστερον ἐνεργοῦσα.

Κεφ. ος'. (πγ'.) [Περὶ Δαύκου.] Δαῦκος, οἱ δὲ δαύκειον[13] καλοῦσιν· ὁ μέν τίς ἐστι κρητικὸς, μαράθρῳ ἔχων τὰ φύλλα ὅμοια, μικρότερά τε καὶ λεπτότερα[14], καυλὸν σπιθαμιαῖον, σκιάδιον ὅμοιον κοριάννῳ, ἄνθη λευκά· ἐν δὲ τούτοις ὁ καρπὸς λευκὸς, δασὺς, δριμὺς ἐν τῷ διαμασσᾶσθαι καὶ εὐώδης[15]· ῥίζα δακτύλου τὸ πάχος, τὸ δὲ μῆκος σπιθαμῆς· γεννᾶται δὲ ἐν πετρώδεσι τόποις καὶ εὐηλίοις. Ὁ δέ τις αὐτῶν ἐστι σελίνῳ ἀγρίῳ παραπλήσιος, ἀρωματώδης, δριμὺς καὶ εὐώδης γευομένῳ καὶ πυρώδης· διαφέρει δὲ ὁ κρητικός. Τὸ δὲ τρίτον εἶδος κορίῳ φύλλα ἔοικε, καὶ τὰ ἄνθη λευκά·

13) Marcell. e Nicandri ther. v. 858. 939. sic emendavit vulgare δίρκαιον.

14) Plin. et Hermolaus Barbar. λευκότερα, sed perperam.

15) Sic cod. Cantacuz. et ipse Neap. Reliqui δριμὺς inter καρπὸς et λευκὸς collocant.

nuunt et regium morbum expurgant. At haustum foliorum decoctum et lactis abundantiam facit, et feminas a partu purgat.

Vocatur et altera hippomarathri species, foliis angustis, exilibus et oblongis, semine rotundo, ceu coriandri, acri, odorato et calefaciente. Viribus id antedicto respondet, nisi quod agit imbecillius.

Cap. LXXVI. (LXXXIII.) [*De Dauco triplici.*] Daucus, quem alii daucion appellant, primus est creticus, foliis foeniculi aemulus, sed minoribus ac tenuioribus, caule spithamaeo, umbellam gerit coriandri, flores albos: inter hos fructum albidum, hirsutum, acrem in mandendo et odoratum. Radix est digitum crassa, dodrantis longitudine. Nascitur in rupestribus locis et apricis. Altera species est apio sylvestri similis, aroma olens, acris, odorata et gustus ferventis. Probatior autem creticus. Tertia species coriandri folia refert, et flores albos, ca-

κεφαλὴν δὲ ἔχει καὶ καρπὸν ὅμοια ἀνήθῳ· ἐφ᾽ ᾗ σκιάδιον ἐμφερὲς σταφυλίνῳ, σπέρματος ἐπιμήκους πλῆρες, ὡς κυμίνου, δριμέως. Τὸ δὲ σπέρμα πάντων δύναμιν ἔχει θερμαντικήν· πινόμενον ἐμμήνων, ἐμβρύων καὶ οὔρων ἀγωγὸν, καὶ στρόφων ἀπαλλακτικὸν, βηχῶν χρονίων πραϋντικόν· ἀρήγει δὲ καὶ φαλαγγιοδήκτοις ποθὲν σὺν οἴνῳ, διαφορεῖ δὲ καὶ οἰδήματα καταπλασθέν. Ἡ δὲ χρῆσις τῶν μὲν ἄλλων τοῦ σπέρματος μόνον· τοῦ δὲ κρητικοῦ καὶ τῆς ῥίζης, ἥτις μάλιστα πρὸς τὰ θήρια πίνεται μετ᾽ οἴνου.

Κεφ. οζ. (πδ.) [Περὶ Δελφινίου[16].] Δελφίνιον [οἱ δὲ διάχυσις, οἱ δὲ διάχυτος, οἱ δὲ παράλυσις, οἱ δὲ κάμαρος, οἱ δὲ ὑάκινθος, οἱ δὲ δελφινίας, οἱ δὲ νήριον, οἱ δὲ νηριάδιον, οἱ δὲ σώσανδρον, οἱ δὲ κρόνιον, Ῥωμαῖοι βουκίνος μίνορ] κλῶνας ἀνίησι δισπιθάμους ἢ καὶ μείζονας, ἀπὸ μιᾶς ῥίζης, περὶ οὓς[17] φυλλάρια ἐπεσχισμένα, λεπτὰ, ἐπιμήκη· ἄνθος δὲ ὅμοιον λευκοΐῳ, ἐμπόρφυρον, δελφινοειδὲς[18],

16) Totum hoc caput spurium esse suspicatus est Matthiolus, quod praeter Oribasium nemo veterum id habeat, omissum etiam in codice vetusto latino longobardicis literis scripto, quem legerat Marcellus. 17) N. περιπλέους φυλλαρίων.

18) Sic ordinem recte coniecit Dodon. stirp. p. 253. In plerisque codicibus δελφινοειδῆ, post ἐπιμήκη collocatum, ad φυλλάρια trahitur. Sed cod. C. omnino omittit, cod. N. ad ramos reduxisse videtur, habet enim δελφινοειδεῖς (κλῶνας).

pitula et fructum anethi, umbellam dauco vulgari similem, plenam seminis oblongi, sicut cymini, acris. Omnium semen calefaciendi vim habet. Potum menses, partus et urinas pellit, torminibus liberat, veteremque tussim mitigat. Subvenit et a phalangio demorsis cum vino potum, et oedemata discutit impositum. Ex aliis semine tantum utuntur: at e cretico et radice, quae maxime contra venenatas bestias cum vino bibitur.

Cap. LXXVII. (LXXXIV.) [*De Delphinio.*] Delphinium [quod alii diachysin, alii diachyton et paralysin, camaron etiam et hyacinthum, alii delphiniada aut nerion aut neriadion, aut sosandron, aut cronion, Romani bucinus (vaccinium) minor vocant] ramos emittit ab una radice bispithamaeos aut longiores, circa quos folia divisa, minuta, oblonga: flos albae violae similis, purpurascens,

ὅθεν καὶ ὠνόμασται· σπέρμα ἐν λοβοῖς κέγχρῳ ἐμφερές, ὃ βοηθεῖ ποθὲν σὺν[19 a] οἴνῳ σκορπιοπλήκτοις, ὡς οὐδὲν ἕτερον· φασὶ δὲ καὶ τοὺς σκορπίους, παρατεθείσης τῆς πόας παραλύεσθαι, ἀπράκτους τε καὶ ναρκώδεις γίνεσθαι, ὑφαιρουμένης δὲ εἰς τὸ αὐτὸ καθεστάναι· φύεται δὲ ἐν τραχέσι καὶ εὐηλίοις τόποις.

(Κεφ. πέ.) Δελφίνιον ἕτερον καὶ αὐτὸ ἐμφερὲς τῷ πρὸ αὐτοῦ, τοῖς δὲ φύλλοις καὶ τοῖς κλωνίοις ἰσχνότερον πολλῷ· δύναμιν ἔχον καὶ αὐτὸ τὴν αὐτὴν τῷ προειρημένῳ, οὐχ οὕτω δὲ ἐνεργές.

Κεφ. οή. (πς.) [Περὶ Πυρέθρου.] Πύρεθρον [οἱ δὲ δορύκνιον, οἱ δὲ πύρινον, οἱ δὲ πύρωτον, οἱ δὲ πύρωθρον, οἱ δὲ ἀρνὸς πυρίτης, προφῆται πυρίτης, Ῥωμαῖοι σαλιβάρις] πόα ἐστὶ καυλὸν ἀνιεῖσα καὶ φύλλα, ὥςπερ δαῦκος ἄγριος ἢ[19 b] μάραθρον· σκιάδιον δὲ ὡς ἀνήθου[20] τροχοειδές[21]· ῥίζα δακτύλου μεγάλου τὸ πάχος, μακρά, γευσαμένῳ πυρωτικωτάτη, φλέγματός ἐστιν ἐπισπαστική· διὸ καὶ ταῖς ὀδονταλ-

19 a) Sic cod. C.; ἐπὶ vulgo.

19 b) Ex Oribas. et Serap. loco vulg. καί.

20) Sic Ocibas., Serap. et codd. omnes. Dodon. perperam confecit ἀνθέμου.

21) Sic Oribas., Serap. et codd. C. N.; τριχοειδές editt.

delphinorum effigie; unde et nomen adepta est planta. Semen in siliquis milio proximum, quo non aliud utilius in vino bibitur a scorpione percussis. Aiunt et admota herba scorpiones resolvi ac ignavos torpescere: remota vero eadem semet recolligere. Nascitur in asperis et apricis locis.

(Cap. LXXXV.) Delphinium alterum superiori quidem est simile, at foliis et ramulis longe gracilioribus. Viribus iisdem cum andedicto pollet, at non est perinde efficax.

Cap. LXXVIII. (LXXXVI.) [*De Pyrethro.*] Pyrethrum, [quod nonnulli dorycnion, alii pyrinon, pyroton aut pyrothron, alii arnos pyriten, prophetae pyriten, Romani salivarem vocant] herba est, quae caulem foliaque profert, uti daucus sylvestris aut foeniculum, umbellam vero ceu anethi, circinatam. Radix pollicis crassitie, longa est gustuque fervidissima. Pituitam elicit, ac ideo in den-

γίαις βοηθεῖ μετ' ὄξους ἑψηθεῖσα καὶ διακλυζομένη· ἄγει δὲ καὶ φλέγμα διαμασσηθεῖσα, συγχριομένη δὲ μετ' ἐλαίου, ἱδρῶτας κινεῖ, ποιοῦσα πρὸς τὰ χρόνια ῥίγη, καὶ πρὸς ἐψυγμένα δὲ ἢ παρειμένα μέρη τοῦ σώματος ἄκρως ἁρμόζει.

Κεφ. οθ'. (πζ'.) [Περὶ Λιβανωτίδος.] Λιβανωτὶς δισσὴ, ἡ μέν τις κάρπιμος, ὑπ' ἐνίων δὲ ζέα ἢ καμψάνεμα καλουμένη, ἧς ὁ καρπὸς κάχρυς καλεῖται· φύλλα δ' ἔχει μαράθρῳ ὅμοια, παχύτερα δὲ καὶ πλατύτερα, τροχοειδῶς ἐπὶ τῆς γῆς ἐστρωμένα, εὐώδη, καυλὸν δὲ, ὅσον πήχεως ἢ μείζονα, μασχάλας ἔχοντα πολλὰς, καὶ ἐπ' ἄκρου σκιάδιον, ἐφ' οὗ καρπὸς πολὺς, λευκὸς, ἐοικὼς σφονδύλῳ, περιφερὴς, γωνίας ἔχων, δριμὺς, ῥητινίζων, ἐν δὲ τῷ διαμασσᾶσθαι ἐπικαίων τὴν γεῦσιν· ῥίζα δὲ λευκὴ, εὐμεγέθης, ὄζουσα λιβάνου. Ἡ δὲ ἑτέρα κατὰ πάντα ἐοικυῖα τῇ πρὸ αὐτῆς, σπέρμα φέρει πλατὺ, μέλαν, ὡς σφονδύλιον, εὐῶδες, οὐ πυρωτικὸν, ῥίζαν ἐκ μὲν τῶν ἐκτὸς μέλαιναν, θλασθεῖσαν δὲ λευκήν. Ἡ δὲ λεγομένη ἄκαρπος κατὰ πάντα ὁμοία οὖσα ταῖς

tium doloribus decocta in aceto collutione auxiliatur. Pituitam etiam eadem commanducata extrahit, et ex oleo inuncta sudores ciet, contra diuturnos rigores efficax: quin et perfrigeratis resolutisque corporis partibus eximie conducit.

Cap. LXXIX. (LXXXVII.) [*De Libanotide.*] Libanotis duplex: alia quidem frugifera, a nonnullis zea aut campsanema dicta, cuius semen cachrys vocatur. Folia habet foeniculi similia, sed crassiora latioraque, quae circinatim humi procumbunt et odorata sunt: caulem autem subcubitalem, aut altiorem, axillis multis: in cacumine gerit umbellam, in qua semen copiosum, candidum, vertebrae simile, cum teres sit et angulos habeat, acre, resinosum, ac in mandendo linguam exurens. Radix alba et praegrandis, turis odorem habens. Est et altera, priori similis, quae semen gerit latum, nigrum, sicut sphondylium, odoratum, minime fervens, ac radice nititur foris quidem nigra, intus vero, si contundatur, alba. Quae vero sterilis (libanotis) dicitur, antedictis penitus

προειρημέναις, οὔτε καυλὸν ἀνίησιν, οὔτε ἄνθος, οὔτε σπέρμα[22]· φύεται δὲ ἐν πετρώδεσι καὶ τραχέσι τόποις. Πασῶν δὲ κοινῶς ἡ πόα καταπλασθεῖσα λεία αἱμοῤῥοΐδας στέλλει, φλεγμονάς τε τὰς κατὰ δακτύλιον πραΰνει, καὶ κονδυλώματα καὶ χοιράδας καὶ τὰ δύςπεπτα τῶν ἀποστημάτων συμπέπτει. Αἱ δὲ ῥίζαι ξηραὶ σὺν μέλιτι ἕλκη ἀνακαθαίρουσι καὶ στρόφους ἰῶνται, καὶ θηριοδήκτοις ἁρμόζουσι σὺν οἴνῳ πινόμεναι· ἔμμηνά τε ἄγουσι καὶ οὖρα, διαφοροῦσι δὲ καὶ οἰδήματα παλαιὰ καταπλασσόμενα. Ὁ δὲ χυλὸς τῆς ῥίζης καὶ τῆς πόας ὀξυδερκὴς, μιγνύμενος μέλιτι καὶ ἐγχριόμενος· ὁ δὲ καρπὸς πινόμενος τὰ αὐτὰ ποιεῖ· βοηθεῖ καὶ ἐπιληψίαις καὶ ταῖς ἐν θώρακι παλαιαῖς διαθέσεσιν· ἰκτερικοῖς τε μετὰ πεπέρεως καὶ οἴνου διδόμενος· ἔστι δὲ καὶ ἱδρωτικὸς, σὺν ἐλαίῳ ἀλειφόμενος· ἁρμόζει καὶ ῥήγμασι καὶ σπάσμασι, ποδάγραις τε, καταπλασσόμενος λεῖος σὺν αἰρίνῳ ἀλεύρῳ καὶ ὄξει· ἀλφούς τε σμήχει, μιγνύμενος ὄξει δριμυτάτῳ. Τῷ σπέρματι δὲ εἰς τὰ ποτήματα[23] χρῆσθαι δεῖ τῆς μὴ τὸ κά-

22) Ἡ δὲ ἑτέρα — σπέρμα desunt in cod. C.

23) Sic Ald. et interpretes. Asulan. — Sarac. ἀποστήματα. Serap. *in potionibus, quae sunt ad cancrum.* Codices Vindobonenses τῷ σπέρματι ad finem non habent.

similis, at neque caulem, neque florem, neque semen profert. Nascitur autem in rupestribus et asperis locis. Omnium in genere herba trita et imposita haemorrhoïdum profluvia sistit ac sedis inflammationes et condylomata lenit. Concoquit et strumas et abscessus, qui aegre ad maturationem perducuntur. Siccae vero radices cum melle ulcera repurgant. Torminibus conveniunt in vino bibitae: menses itidem urinasque pellunt, et impositae oedemata vetusta discutiunt. Tam radicis quam herbae succus, adiecto melle inunctus, oculorum aciem firmat. Semen vero potum ad eadem pollet. Sed et comitialibus malis ac veteribus pectoris vitiis auxilio est, itemque regio morbo laborantibus cum pipere ac vino exhibitum. Sudores quoque movet cum oleo perunctum. Prodest et ruptis ac convulsis, itemque podagris, si cum loliacea farina et aceto tritum illinatur. Vitiligines etiam purgat, addito aceto quam acerrimo. Ac semine quidem in potionibus uten-

χρυ φερούσης λιβανωτίδος· δριμὺ γὰρ ἐκεῖνο καὶ τραχυντικὸν τῆς ἀρτηρίας. Θεόφραστος δὲ ἱστορεῖ, μετὰ τῆς ἐρείκης λιβανωτίδα θρίδακι ἀγρίᾳ τῇ πικρᾷ ὅμοια φύλλα ἔχουσαν φύεσθαι, ῥίζαν δὲ βραχεῖαν, καθαίρειν δὲ ἄνω καὶ κάτω ταύτην ποθεῖσαν, λευκότερα μέντοι καὶ τραχύτερα τὰ φύλλα τῶν τῆς θρίδακος.

(Κεφ. πη'.) Τὸ μὲν κάχρυ δύναμιν ἔχει θερμαντικὴν, ἀναξηραντικὴν σφόδρα· ὅθεν ἁρμόζει σμήγμασι μιγνύμενον· πρὸς ῥευματιζομένους ὀφθαλμοὺς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐμπασσόμενον[24] καὶ ἀποσμώμενον μετὰ ἡμέρας τρεῖς.

(Κεφ. πθ'.) Λιβανωτὶς, ἣν Ῥωμαῖοι καλοῦσι ῥοσμαρίνουμ[25], καὶ οἱ στεφανοπλόκοι χρῶνται, ῥάβδοι εἰσὶ λεπταὶ, περὶ ἃς τὰ φύλλα λεπτὰ, πυκνὰ, ἐπιμήκη καὶ ἰσχνὰ, ἔνδοθεν λευκὰ, ἐκ δὲ τῶν ἐκτὸς χλωρὰ, βαρύοσμα. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, ἰκτέρου ἰατικὴν, ἐάν τις αὐτὴν ἑψήσας ἐν ὕδατι δῷ πρὸ τῶν γυμνασίων πιεῖν, εἶτα γυμνάζων[26] λούῃ

24) E Serapione et Interpretibus; ἐμπλασσόμενον vulgo.

25) Ald. καλοῦσιν ῥοσμαρίνα.

26) C. ἀκμάζων. Saracen. vult γυμνασάμενος s. γεγυμνασμένος.

dum eius libanotidis, quae cachryn non ferat, quippe illud acre est, et fistulam spiritalem exasperat. Theophrastus vero tradit, libanotida (quamdam sterilem) cum erica nasci, foliis lactucae sylvestris, amarae, sed candidioribus et asperioribus, radice vero brevi, quae pota superne inferneque purget.

(Cap. LXXXVIII.) Cachry habet vim calefacientem vehementerque exsiccantem: quare commode smegmatis inseritur. Contra oculorum fluxiones capiti ita inspergitur, ut post tres dies abstergatur.

(Cap. LXXXIX.) Libanotis, quam Romani rorem marinum vocant, quaque coronarii utuntur, virgultis est tenuibus, circa quae folia exeunt minuta, densa, oblonga et angusta, subtus incana, supra virentia, gravi odore. Vim habet calefacientem, regiumque morbum sanat, si quis ipsam in aqua decoctam ante exercitationes potui dederit, dein exercitationes et lavationes praeceperit, et vi-

καὶ οἴνῳ ποτίζῃ, μίγνυται δὲ καὶ ἀκόποις καὶ τῷ γλευκίνῳ[27] χρίσματι.

Κεφ. π'. (ς'.) [Περὶ Σφονδυλίου.] Σφονδύλιον [οἱ δὲ ἀράγγην, οἱ δὲ φαλάγγιον, οἱ δὲ ἀστέριον, οἱ δὲ νίσυρις, οἱ δὲ σφονδυλὶς, οἱ δὲ χορόδανον, οἱ δὲ οἰνάνθη, Ῥωμαῖοι ἕρβα ῥουτινάλις, Αἰγύπτιοι ἀψαφὲρ, προφῆται ὄσιρις] φύλλα μὲν ἔχει κατὰ ποσὸν ἐοικότα πλατάνῳ πρὸς τὰ τοῦ πάνακος[28], καυλοὺς δὲ πηχυαίους ἢ καὶ μείζονας, ἐοικότας μαράθρῳ· σκιάδια δὲ ἐπ᾽ ἄκρῳ[29], ἐν οἷς τὸ σπέρμα ὅμοιον σεσέλει, διπλοῦν, πλατύτερον δὲ καὶ λευκότερον καὶ ἀχυρωδέστερον, βαρύοσμον· ἄνθη ὠχρὰ[30] ἢ λευκὰ, ῥίζαν λευκὴν, ῥαφάνῳ ἐμφερῆ· φύεται δὲ ἐν ἑλώδεσι καὶ ἐνύδροις[31] χωρίοις. Ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ ποθεὶς ἐκκρίνει τὰ κατὰ κοιλίαν φλεγματώδη[32]· ἴαται δὲ πινόμενος[33] ἡπατικοὺς, ἰκτερικοὺς, ὀρθοπνοϊκοὺς, ἐπιληπτικοὺς καὶ ὑστερικὴν πνίγα· ὑποθυμιώμενος δὲ ἀνακαλεῖται τοὺς καταφερομένους· σὺν ἐλαίῳ δὲ ἐμ-

27) Ald. λευκίνῳ.
28) C. κατὰ ποσὸν πρὸς τὰ τοῦ ὀποπάνακος, πλατανοειδῆ.
29) Sic C. et N. Vulgo σκιάδια omittitur.
30) Sic C. et Ald. Alii omittunt ὠχρά.
31) C. καθύγροις.
32) Sic C.; ἐκκρίνει κατὰ κοιλίαν φλεγματῶδες vulgo.
33) Sic C. manifesto, quod recte coniicit Sarac.; πινομένη vulgo.

num propinaverit. Acopis denique gleucinoque unguento admiscetur.

Cap. LXXX. (XC.) [*De Sphondylio.*] Sphondylium [nonnulli arangen nominant, alii phalangium aut asterion, nisyrin etiam aut sphondylin, alii chorodanon aut oenanthen, Romani herbam rotularem, Aegyptii apsapher, prophetae osirin vocant] folia habet platano quadantenus similia, ad panacis folia accedentia, caules autem cubitales vel altiores, quales foeniculum. Umbellae terminales, in quibus semen seseli simile, geminum, latius tamen et albidius et magis acerosum ac graveolens. Flores pallidi aut albi. Radix alba, raphano similis. Nascitur in palustribus et aquosis locis. Potum ipsius semen excernit pituitosa ex alvo, medetur idem potum hepaticis, ictericis, orthopnoïcis, comitialibus et uteri strangulatui. Suffitu revocat sopore sepelitos. Ex oleo commode irri-

βρεχόμενος τῇ κεφαλῇ[34], ἁρμόζει φρενητικοῖς, ληθαργικοῖς, κεφαλαλγοῦσι· ἐπέχει δὲ καὶ ἕρπητας σὺν πηγάνῳ καταπλασθείς· ἡ δὲ ῥίζα δίδοται ἰκτεριῶσι καὶ ἡπατικοῖς· περιξυσθεῖσα δὲ καὶ ἐντεθεῖσα[35] περιτήκει τύλους τοὺς ἐν σύριγξι· τοῦ δὲ ἄνθους χλωροῦ ὁ χυλὸς πρὸς εἱλκωμένα ὦτα καὶ πυοῤῥοοῦντα ἁρμόζει· ἀποτίθεται δὲ σκευαζόμενος[36], ὡς τὰ λοιπὰ χυλίσματα.

Κεφ. πα΄. (ϛα΄.) [Περὶ Νάρθηκος.] Νάρθηξ [Ῥωμαῖοι φέρουλαμ]· τούτου χλωροῦ ὄντος ἡ ἐντεριώνη πινομένη αἱμοπτοϊκοὺς καὶ κοιλιακοὺς ὠφελεῖ, καὶ ἐχιοδήκτοις δίδοται σὺν οἴνῳ, καὶ τὰς ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥαγίας ἐπέχει ἐντεθεῖσα, ὡς ἐλλύχνιον[37], τὸ δὲ σπέρμα στροφουμένους πινόμενον ὠφελεῖ καὶ ἱδρῶτας κινεῖ χριόμενον μετ᾽ ἐλαίου· οἱ δὲ καυλοὶ βρωθέντες κεφαλαλγεῖς εἰσι· ταριχεύονται δὲ καὶ εἰς τὰς ἁλμεύσεις[38]. Ὁ γοῦν νάρθηξ καυλὸν ἀναφέρει τρίπηχυν πολλάκις· φύλλα δὲ ἔχει μαράθρῳ ἐμφερῆ, παχύτερα δὲ πολὺ καὶ

34) Sic C. N. et Ald. Alii cum Asulan. ἐμβρεχομένης τῆς κεφαλῆς.
35) Καὶ ἐντεθεῖσα deest in Ald.
36) Sic C. N., Ald.; ἡλιαζόμενος Asulan. et rell., ὑλιαζόμενος Goupyl.
37) Sic C. N. et Lacuna. Alii omnes omittunt ὡς ἐλλύχνιον.
38) C. ἁλμέας, X. ἁλμαίας. Quae sequuntur, spuria censet Marcellus.

gatur capiti phreniticorum, lethargicorum et caput dolentium. Cohibet et herpetas cum ruta cataplasmatis vice impositum. Radix exhibetur regio morbo laborantibus et hepaticis. Circumrasa autem eadem et indita callos liquat in fistulis. Recentis floris succus exulceratis auribus, quaeque puris fluxu laborant, accommodatur. Reconditur denique praeparatus, sicut alii succi.

Cap. LXXXI. (XCI.) [*De Ferula.*] Ferula: ex ea viridi medulla epota utilis est sanguinem exspuentibus et coeliacis, itemque a vipera morsis in vino datur, erumpentemque naribus sanguinem linamenti instar indita sistit. Semen potum torminosis auxiliatur, et perunctum ex oleo sudores ciet. Caules in cibo sumti capitis dolores faciunt: iidem muria quoque condiuntur. Ferula igitur caulem profert saepe tricubitalem. Folia vero habet foeniculi si-

μείζονα· ἐξ οὗ καὶ τὸ σαγάπηνον γίνεται, κολαπτομένου πρὸς τῇ ῥίζῃ.

Κεφ. πβ'. (ϛβ'.) [Περὶ Πευκεδάνου.] Πευκέδανος [οἱ δὲ ἄγριον[39], οἱ δὲ ἀγριόφυλλον, προφῆται ἀγαθὸς δαίμων, οἱ δὲ πινασγελοὺμ, Ῥωμαῖοι σατάριαμ[40]] καυλὸν ἀνίησιν ἰσχνὸν[41], μαράθρῳ ὅμοιον· κόμην δὲ ἔχει περὶ τὴν ῥίζαν ἱκανὴν καὶ πυκνὴν, ἄνθος μήλινον, ῥίζαν μέλαιναν, βαρύοσμον, ἁδρὰν, μεστὴν ὀποῦ· φύεται ἐν ὄρεσι συσκίοις. Ὀπίζεται δὲ τῆς ῥίζης ἁπαλῆς ἀποτεμνομένης μαχαίρᾳ, καὶ τὸ ἀποῤῥέον εὐθὺς ἐν σκιᾷ τίθεται· ὑπὸ γὰρ τοῦ ἡλίου[42] ἀνίεται, ἐν δὲ τῷ συλλέγεσθαι κεφαλαλγίαν ποιεῖ καὶ σκοτώματα, ἐάν μή τις προδιαχρίσῃ αὐτοῦ τὰς ῥῖνάς ῥοδίνῳ καὶ τὴν κεφαλὴν προκαταβρέξῃ· ἄχρηστος δὲ γίνεται ὀπισθεῖσα[43] ἡ ῥίζα· ὀπίζονται δὲ οἱ καυλοὶ καὶ χυλίζονται, καὶ ἡ ῥίζα, ὡς μανδραγόρας, ἧττον δὲ ἐνεργεῖ τοῦ ὀποῦ ὁ χυλὸς[44], καὶ τάχιον

39) Manifesto omissum μάραθρον aut σίσωνα, ut Apuleius.

40) Sic Ald.; σατάριον Cornar.

41) Ald. et sequ. λεπτὸν, ἰσχνόν: sed λεπτὸν omittunt Oribas. Serap. et codd. Vindob. 42) Cod. X. εὐθέως.

43) Ald. εὔχρηστος δὲ γίν. ὀπτηθεῖσα. Hoc ultimum verbum retinent Asulan., Marcell., Cornar. et Goupyl. Sed nostram lectionem sanciunt Oribas., Serap., cod. C. et is, quem Lacuna legit.

44) Sic Ald. et cod. Lacun., quem sequitur Saracen., cum et Ori-

milia, sed multo crassiora ac maiora. Ex eadem manet sagapenum, si iuxta radicem inciditur.

Cap. LXXXII. (XCII.) [*De Peucedano.*] Peucedanum [quod alii (?) foeniculum sylvestre, alii agriophyllum, prophetae bonum daemonem, nonnulli pinastellum, Romani statariam vocant] caule gaudet gracili, qualem foeniculum habet. Comam profert circa radicem copiosam, densam, florem luteum, radicem nigram, graveolentem, solidam, liquoris plenam. Nascitur in montibus umbrosis. Excipiendi liquoris ratio haec est: Tenera radix cultro conciditur, et, quod effluit, statim in umbra reponitur. Namque a sole extractus evanescit. Verum inter colligendum capitis dolorem vertiginemque inducit, nisi quis prius nares rosaceo perunxerit eodemque caput irrigaverit. Quae vero radix liquorem fuderit, dein inutilis evadit. Sed et e caulibus, ut et e radice, succus elicitur,

ἐκπνεῖ[45]· ἐνίοτε δὲ εὑρίσκεται προπεπηγὸς δάκρυον, ὅμοιον λιβανωτῷ τοῖς καυλοῖς καὶ ταῖς ῥίζαις προςπεπλασμένον. Τοῦ δὲ ὀποῦ διαφέρει ὁ ἐν Σαρδονίᾳ καὶ Σαμοθράκῃ γεννώμενος, βαρύοσμος, ἔγκιῤῥος, θερμαίνων τὴν γεῦσιν· ἁρμόζει δὲ σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ καταχριόμενος ληθαργικοῖς, φρενιτικοῖς, σκοτωματικοῖς, ἐπιληπτικοῖς, κεφαλαλγοῦσι χρονίως, παραλυτικοῖς, ἰσχιαδικοῖς, σπωμένοις· καὶ καθόλου τοῖς περὶ νεῦρα πάθεσι συγχριόμενος μετ' ἐλαίου καὶ ὄξους· ἔστι δὲ ὀσφραντικὸς πνιγὸς ὑστερικῆς, καὶ τῶν καταφερομένων ἀνακλητικός· διώκει δὲ θηρία θυμιώμενος· ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς ὠταλγίαν, ἐνσταζόμενος σὺν ῥοδίνῳ· καὶ πρὸς ὀδονταλγίαν[46], ἐντιθέμενος βρώμασι· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς βῆχας μετ' ᾠοῦ λαμβανόμενος, δυςπνοίαις τε καὶ στρόφοις καὶ πνευματικαῖς διαθέσεσιν[47] ἁρμόζει. κοιλίαν τε ἠπίως μαλάσσει, καὶ σπλῆνα τήκει, καὶ δυςτοκίαις ἐξόχως ἀρήγει· πρός τε πόνους καὶ διατάσεις κύστεως καὶ νεφρῶν πινόμενος ποιεῖ· ἀναστομοῖ δὲ

bas. et Serap. sic legunt. Asulan. contra, Marcellus et rell. τοῦ χυλοῦ ὁ ὀπός. 45) C. ἐκτείνει, N. κτείνει.

46) C. μυαλγίας.

47) C. πολιτικαῖς διαδρομαῖς. Ridicule!

ut e mandragora. At succus liquore debilior est; ociusque expirat. Interdum etiam prius concreta reperitur lacrima, turis ad instar caulibus radicibusque adhaerens. Praefertur liquor, qui e Sardinia et Samothrace petitur, odore gravi, fulvus, gustuque fervens. Ex aceto et rosaceo illitus lethargicis prodest, phreniticis, vertiginosis, comitialibus et qui diuturno capitis dolore vexantur, paralyticis, ischiadicis et convulsis. Ac in universum omnibus nervorum vitiis ex oleo et aceto convenienter illinitur. Datur et olfactum in strangulatu hysterico, atque excitat profundo sopore sepelitos. Suffitu quoque serpentes fugat. Quin et aurium dolori cum rosaceo utiliter instillatur, et ad mitigandum dentium dolorem earum cavernis inditur. Sed et contra tussim efficaciter ex ovo assumitur; itemque spirandi difficultatibus, torminibus inflationibusque subvenit, ventrem leniter mollit, lienem liquat, ac difficiles partus egregie adiuvat. Facit et potus ad vesicae renumque dolores ac distensiones, matri-

καὶ ὑστέραν· χρησίμη δὲ καὶ ἡ ῥίζα πρὸς τὰ αὐτὰ, ἔλαττον ἐνεργοῦσα· πίνεται δὲ αὐτῆς τὸ ἀφέψημα· καθαίρει δὲ λεία ξηρὰ τὰ ῥυπαρὰ ἕλκη, καὶ λεπίδας ἀπὸ ὀστέων ἀφίστησι, καὶ ἐπουλοῖ[48] τὰ παλαιά· μίγνυται δὲ καὶ κηρωταῖς καὶ μαλάγμασι θερμαντικοῖς· ἐκλέγου δὲ τὴν πρόςφατον, ἄβρωτον, στερεὰν, πλήρη ὀσμῆς· λύεται[49] δὲ ὁ ὀπὸς εἰς τὰ ποτήματα ἀμυγδάλοις πικροῖς, ἢ πηγάνῳ, ἢ ἄρτῳ θερμῷ, ἢ ἀνήθῳ.

Κεφ. πγ΄. (ϛγ΄.) [Περὶ Μελανθίου.] Μελάνθιον, [οἱ δὲ καὶ τοῦτο μήκωνα ἄγριον καλοῦσι μέλανα, Ῥωμαῖοι παπάβερ νίγρουμ] θαμνίσκος ἐστὶ λεπτόκαρφος, δισπίθαμος ἢ καὶ μείζων, φύλλα ἔχων μικρὰ[50], ὥςπερ ἠριγέροντος, λεπτότερα δὲ πολλῷ, καὶ κεφάλιον ἐπ᾽ ἄκρου λεπτὸν[51], ὡς μήκωνος, ἐπίμηκες, ἔχον κατὰ τὰ ἐντὸς διαφράγματα, ἐν οἷς καὶ τὸ σπέρμα μέλαν, δριμὺ, εὐῶδες, καταπλασσόμενον[52] εἰς ἄρτους. Ἁρμόζει δὲ καὶ κεφαλαλγοῦσι καταπλασσόμενον

48) C. N. ἀπουλοῖ.
49) Cod. X. διαλύεται, C. N. μίγνυται.
50) C. λεπτά.
51) Sic Ald. et cod. C.; Asulan. et rell. ἐπ᾽ ἄκρου ἔχων μικρόν.
52) N. καταπασσόμενον, quam lectionem auguratur Sarac. Serap. „Admiscent cum massa pastae, et faciunt inde panes."

cemque aperit. Radix ad eadem utilis est, minus tamen efficax: bibitur vero eius decoctum. Cruda quoque trita sordida ulcera purgat, ossium squamas extrahit, veteraque ulcera cicatrice obducit. In cerata et malagmata calefacientia additur. Eligito autem radicem recentem, haud exesam, solidam et odoris plenam. Solvitur succus ad potiones amygdalis amaris, aut ruta, aut pane calido, aut anetho.

Cap. LXXXIII. (XCIII.) [*De Nigella.*] Nigella, [quam et papaver nigrum vocant] fruticulus est surculis tenuibus, duas spithamas altus, aut etiam maior. Folia habet parva, sicut erigeron, sed tenuiora multo, capitulum in cacumine parvum, ceu papaveris, oblongum, intus dissepimentis praeditum, intra quae semen nigrum, acre et odoratum, quod in panes miscetur. Caput dolentibus subvenit fronti illitum, itemque incipientibus ocu-

τῷ μετώπῳ[53] καὶ τοῖς ἀρχομένοις ὑποχεῖσθαι ἐγχεόμενον εἰς τὰς ῥῖνας μετὰ ἰρίνου λεῖον· αἴρει δὲ καὶ φακὸν καὶ λέπρας, καὶ οἰδήματα παλαιὰ καὶ σκληρίας, σὺν ὄξει καταπλασθέν· καὶ ἥλους περιχαραχθέντας ἐκτινάσσει σὺν οὔρῳ[54] παλαιῷ ἐπιτεθέν· ὠφελεῖ δὲ καὶ ὀδονταλγίαν μετὰ ὄξους καὶ δᾳδίου ἑψηθὲν καὶ διακλυζόμενον· ἐκτινάσσει δὲ καὶ ἕλμινθας στρογγύλας, καταπλασσομένου τοῦ ὀμφαλοῦ μεθ᾽ ὕδατος· λεανθὲν δὲ καὶ ἐν ἀποδέσμῳ δεθὲν καὶ ὀσφραινόμενον τοὺς καταῤῥοϊζομένους ὠφελεῖ, πινόμενον δὲ πλείους ἡμέρας, ἔμμηνα καὶ οὖρα καὶ γάλα ἄγει· παύει καὶ δύςπνοιαν μετὰ οἴνου[55] ποθέν· βοηθεῖ δὲ καὶ φαλαγγιοδήκτοις ὅσον < α΄, μεθ᾽ ὕδατος ποθέν· διώκει δὲ καὶ ἑρπετὰ θυμιώμενον· φασὶ δὲ καὶ ἀναιρεῖν αὐτὸ πλεῖον ποθέν.

Κεφ. πδ΄. (ϛδ΄.) [Περὶ Σιλφίου.] Σίλφιον γεννᾶται ἐν τοῖς κατὰ Συρίαν καὶ Ἀρμενίαν καὶ Μήδειαν τόποις καὶ Λιβύην· οὗ ὁ καυλὸς μάσπετον καλεῖται, ἐμφερὴς νάρθηκι· φύλλα δὲ ἔχει σελίνῳ ὅμοια, σπέρμα πλατύ[56]· ῥίζα δὲ θερ-

53) Ald. προςώπῳ. 54) Sic Serap., cod. C. et Plin.; οἴνῳ vulgo.
55) Serap. legit νίτρου.
56) Oribas. φυλλῶδες, ὃ καλεῖται μαγύδαρις. Hoc nomen corruptum legit et Serap.

lorum suffusionibus tritum cum irino et naribus infusum. Tollit et lentigines, lepras, veteresque tumores ac duritias, ex aceto illitum: circumcisos clavos excutit, cum urina vetere impositum. Iuvat et in dentium dolore cum aceto et taeda coctum collutumque. Teretes itidem lumbricos expellit, illito ex aqua umbilico. Tritum vero, linteolo illigatum et olfactum, destillatione laborantes adiuvat. Pluribus diebus continuis sumtum menses urinasque ciet et lac auget. Levat et spirandi difficultatem, addito vino potum: auxiliatur phalangiorum morsibus ex aqua drachmae pondere bibitum. Suffitum quoque serpentes fugat. Sed et ipsum tradunt largius epotum interimere.

Cap. LXXXIV. (XCIV.) [*De Silphio.*] Silphium nascitur circa Syriam, Armeniam, Mediam et Libyam. Huius caulis, ferulam referens, maspeton dicitur. Folia habet apio similia: semen latum. Radix calefacit, aegre

μαντική, δύςπεπτος[57], κύστεως κακωτική· ἴᾶται δὲ χοιράδας καὶ φύματα, ἀναληφθεῖσα κηρωτῇ, ἢ καὶ ὑπώπια, σὺν ἐλαίῳ καταπλασθεῖσα· σὺν ἰρίνῃ δὲ κηρωτῇ ἢ κυπρίνῃ ἰσχιαδικοῖς ἁρμόζει· τὰς περὶ δακτύλιόν τε ἐξοχὰς αἴρει, σιδίῳ σὺν ὄξει ἑψηθεῖσα καὶ καταπλασθεῖσα· θανασίμων τέ ἐστιν ἀντιφάρμακον πινομένη· εὔστομός τέ ἐστι καὶ εἰς βρώματα[58] καὶ ἅλας· συλλέγεται δὲ ὁ ὀπὸς ἐγχαρασσομένων τῆς ῥίζης καὶ τοῦ καυλοῦ· διαφέρει δὲ αὐτοῦ ὁ ὑπέρυθρος καὶ διαυγὴς, σμυρνίζων, καὶ ἐν τῇ ὀσμῇ εὔτονος, μὴ πρασίζων, μηδὲ ἀπηνὴς πρὸς τὴν γεῦσιν[59], εὐχερῶς τε διειμένος ἐπὶ τὸ λευκὸν χρῶμα. Ὁ μέντοι κυρηναϊκὸς κἂν ἐπ' ὀλίγον τὶς αὐτοῦ γεύσηται, ἰκμάδα κινεῖ καθ' ὅλον τὸ σῶμα· τῇ τε ὀσμῇ προσηνέστατος, ὥςτε γευσαμένῳ τὸ στόμα μηδὲ πνεῖν, εἰ μὴ ἐπ' ὀλίγον. Ὁ δὲ μηδικὸς καὶ συριακὸς τῇ δυνάμει εἰσὶν ἀσθενέστεροι καὶ βρωμωδεστέραν ἔχουσι τὴν ὀσμήν· δολοῦται δὲ πᾶς ὀπὸς πρὸ τοῦ ξηρανθῆναι, σαγαπηνοῦ μιγνυμένου ἢ ἀλεύρου ἐρεγμίνου, ὅπερ διακρινεῖς τῇ γεύσει καὶ τῇ ὀσμῇ καὶ τῇ ὄψει καὶ τῇ διέσει· ἔνιοι δὲ τὸν μὲν καυλὸν σίλφιον ἐκά-

57) Goupyl. interpositum legit φυσώδης.
58) Sic Serap. et Ald.; βάμματα Asulan. et rell.
59) τῇ γεύσει vulgo additum redundat.

concoquitur, vesicae infesta: strumis ac tuberculis cerato excepta et sugillatis cum oleo illata medetur. Ischiadicis cum irino aut cyprino cerato convenit: excrescentia circa sedem tollit, cortici mali punici incocta cum aceto et imposita: venenis eadem pota resistit: ori grata est, mixta cum cibis salibusque. Colligitur et liquor e radice et caulibus incisis. Praefertur, qui modice ruber est et pellucidus, myrrhae aemulus ac odore valens, minime porraceus, neque saporis immitis ac asperi, qui denique, dum liquescit ac diluitur, facile albescit. At cyrenaicus, etiamsi tantillum ipsius aliquis degustaverit, madorem toto corpore ciet, estque odore blandissimo, adeo ut ne os quidem gustantis nisi paullulum spiret. Medicus vero et syriacus viribus minus valent, et virosum magis reddunt odorem. Liquor vero omnis, antequam siccescat, addito sagapeno aut fabae farina adulteratur, quod maleficium gustu, odore, visu ac diluendo quoque deprehendes. Sunt

λεσαν, τὴν δὲ ῥίζαν μαγύδαριν, τὰ δὲ φύλλα μάσπετα· πρακτικώτατος δέ ἐστιν ὁ ὀπὸς, εἶτα τὰ φύλλα, εἶτα ὁ καυλός· ἔστι δὲ φυσώδης καὶ δριμὺς, ἀλωπεκίας θεραπεύων, σὺν οἴνῳ καὶ πεπέρει καὶ ὄξει καταχριόμενος· ὀξυδερκίας τε ποιητικὸς, καὶ ἀρχομένης ὑποχύσεως διασκεδαστικὸς, σὺν μέλιτι ἐγχριόμενος· πρὸς ὀδονταλγίας τε ἐντίθεται εἰς τὰ βρώματα, καὶ περιτίθεται σὺν λιβανωτῷ ἐγχρισθεὶς [60] εἰς ὀθόνην, καὶ διακλύζεται σὺν ὑσσώπῳ καὶ σύκοις ἀφεψημένοις σὺν ὀξυκράτῳ· καὶ ἐπὶ λυσσοδήκτων δὲ ὠφελεῖ ἐπιτιθέμενος τοῖς τραύμασι, καὶ ἐπὶ τῶν ἰοβόλων ζώων πάντων καὶ τῶν φαρμακωδῶν τοξευμάτων, ἐγχριόμενος καὶ πινόμενος· ἐπὶ δὲ σκορπιοπλήκτων ἐλαίῳ διεθεὶς περιαλείφεται· καὶ ἐπὶ γαγγραινουμένων προκατασχασθέντων [61] ἐνίεται· πρός τε ἄνθρακας μετὰ πηγάνου καὶ νίτρου καὶ μέλιτος, ἢ καθ' ἑαυτόν· ἥλους τε καὶ τύλους αἴρει προπεριχαραχθέντας, προμαλαχθεὶς κηρωτῇ ἢ σύκων ξηρῶν τῷ ἐντός· θεραπεύει καὶ λειχῆνας προσφάτους σὺν ὄξει, σαρκώματα δὲ καὶ πολύποδας μετὰ χαλκάνθης [62]

60) Sarac. credit ἐνδεθεὶς potius legendum esse.

61) Ald. προκατασχεθέντων. Vulgaris lectio προκατασχεσθέντων typi a fallacia in Asulan. producta fuisse videtur.

62) Lacuna legit χαλκοῦ ἄνθους.

vero, qui caulem silphium, radicem magydarin et folia maspeta vocaverint. Efficacissimus est liquor, mox folia, postremo caulis. Flatus is ciet, acris est, alopecias cum vino, pipere et aceto perunctas sanat: cum melle illitus oculorum aciem auget, ac incipientem suffusionem dissipat. In dentium doloribus cavernis ipsorum inditur, aut cum ture in linteolo delibutus circumponitur, aut cum hyssopo et ficis in posca decoctis colluitur. A rabioso cane demorsis prodest, vulneribus impositus, itidemque valet ad omnium, quae virus eiaculantur, animantium venenatorumque telorum ictus, seu potus, seu etiam illitus. Scorpionum plagis oleo dilutus circumlinitur, gangraena obsessis partibus prius scarificatis infunditur: nec non et carbunculis cum ruta, nitro et melle, aut etiam per se: clavos callosque prius circumcisos extrahit, siquidem cerato siccarumque ficuum carne subactus antea fuerit. Sanat et lichenas recentes ex aceto, itidemque sarcomata et

ἢ ἰοῦ διαχριόμενος ἐπὶ ἡμέρας τινάς· ἐπισπᾶται τὰς ἐξοχὰς σὺν σαρκολαβίδι· ἀρήγει δὲ καὶ βρόγχων χρονίαις τραχύτησι, φωνήν τε αἰφνιδίως δασυνθεῖσαν ὕδατι διεθεὶς καὶ ἐπιῤῥοφηθεὶς αὐτίκα ἀποκαθαίρει· κιονίδας[63] τε στέλλει σὺν μέλιτι διαχριόμενος· συναγχικοῖς τε ἀναγαργάρισμα μετὰ μελικράτου ὠφέλιμον· εὐχρουστέρους ποιεῖ λαμβανόμενος ἐν διαίτῃ· βηχί τε ἁρμόζει ἐν ὠῷ ῥοφητῷ διδόμενος, πλευριτικοῖς τε ἐν ῥοφήμασιν· ἰκτερικοῖς τε καὶ ὑδρωπικοῖς ὠφελίμως δίδοται μετὰ σύκων ξηρῶν· λύει καὶ ῥίγη σὺν πεπέρει καὶ λιβάνῳ[64] ποθεὶς καὶ οἴνῳ· τετανικοῖς τε καὶ ὀπισθοτονικοῖς ὀβολοῦ ὁλκὴν περιπλάσας, δίδου καταπίνειν· βδέλλας δὲ τὰς προςισχομένας τῇ καταπόσει ἀναγαργαριζόμενος μετ᾽ ὄξους ἀποβάλλει· καὶ τοῖς γάλα τεθρομβωμένον ἔνδον ποιοῦσι[65], καὶ ἐπιληπτικοῖς μετ᾽ ὀξυμέλιτος ληφθεὶς βοηθεῖ· ποθεὶς δὲ σὺν πεπέρει καὶ σμύρνῃ καταμήνια ἄγει· κοιλιακούς τε ἐν ῥαγὶ λαμβανόμενος σταφυλῆς ὠφελεῖ· μετὰ δὲ κονίας ποθείς, ὠφελεῖ τὰ αἰφνίδια σπάσματα καὶ ῥήγματα· διαλύεται δὲ εἰς τὰ ποτήματα

63) κονίδας vulgo.
64) Lacuna legit πηγάνῳ.
65) Ald. ποθεὶς. Saracen. auguratur πιοῦσι. Reisigius collega loco ἔνδον ποιοῦσι, ἐμπιοῦσι coniicit.

polypos, si cum vitriolo aeris aut aerugine per dies aliquot illinatur: sed extuberantia forfice extrahi oportet. Faucium diuturnae raucitati est adminiculo, ac vocem, quae repente irrauserit, aqua dilutus sorbitione confestim expedit. Quin et uvulam reprimit, cum melle illitus, ac in anginis ex aqua mulsa utiliter gargarizatur. Vescentibus laetiorem colorem conciliat: ad tussim commode in ovo sorbili datur, itemque pleuriticis in sorbitionibus. Ictericis et hydropicis cum aridis ficis utiliter exhibetur. Rigores etiam cum pipere ac ture in vino potus discutit. Tetano opisthotonoque distentis oboli pondere vorandus datur: haerentes gulae hirudines gargarizatus cum aceto decutit. Quibus lac haustum intus concreverit et comitialibus sumtus ex aceto mulso succurrit. Potus vero cum pipere ac myrrha menses ciet: coeliacos in acino uvae sumtus adiuvat: denique cum lixivio potui datus repente convulsis ruptisque prodest. Ad potiones autem

ἀμυγδάλοις πικροῖς, ἢ πηγάνῳ, ἢ ἄρτῳ θερμῷ· ὁ δὲ ὀπὸς τῶν φύλλων τὰ αὐτὰ μὲν ποιεῖ, παραπολὺ δὲ ἔλασσον· ἐσθίεται δὲ μετ' ὀξυμέλιτος ἁρμόζων τοῖς περὶ ἀρτηρίαν[66], μάλιστα δὲ ἀποκοπεῖσιν ἤχοις· χρῶνται δὲ αὐτῷ καὶ μετὰ θριδάκων ἐσθίοντες ἀντὶ εὐζώμου.

Λέγεται δὲ καὶ ἑτέρα μαγύδαρις γεννωμένη ἐν Λιβύῃ[67], ῥίζα παρομοία σιλφίῳ, ἧττον δὲ παχεῖα, δριμεῖα καὶ χαύνη, καὶ ὀπὸν μὴ ἔχουσα· ποιεῖ δὲ τὰ αὐτὰ τῷ σιλφίῳ.

Κεφ. πέ. (ϛέ.) [Περὶ Σαγαπηνοῦ.] Σαγαπηνὸν ὀπός ἐστι πόας ναρθηκοειδοῦς, γεννωμένης ἐν Μηδείᾳ· διαφέρει δὲ αὐτοῦ τὸ διαυγές, ἔξωθεν μὲν κιῤῥόν, ἐκ δὲ τῶν ἐντὸς λευκόν, ὄζον μεταξὺ ὀποῦ σιλφίου καὶ χαλβάνης, δριμὺ ἐν τῇ γεύσει· ποιεῖ δὲ πρὸς θώρακος καὶ πλευρᾶς πόνον, ῥήγματα, σπάσματα, βῆχας χρονίους· πάχη τὰ ἐν πνεύμονι ἀνακαθαίρει· δίδοται δὲ καὶ ἐπιληπτικοῖς, ὀπισθοτονικοῖς, σπληνικοῖς, παραλυτικοῖς, κατεψυγμένοις, περιοδικοῖς πυρετοῖς ἐν ποτήμασι· καὶ ἐν συγχρίσμασι δὲ ὠφελίμως προσάγεται· ἄγει

66) Sic X.; πρὸς ἀρτηρίαν vulgo.
67) Συρίᾳ vult Reines. var. lect. p. 115. ex Theophr. hist. 6, 3.

amygdalis amaris, ruta aut pane calido dissolvitur. Foliorum succus eadem praestat, illo vero liquore multo minus efficax. Estur cum aceto mulso commode ad fistulae spiritalis vitia, maxime cum intercepta est vox. Vescuntur et ipso cum lactucis erucae loco.

Sed et altera fertur magydaris in Libya nasci, cuius radix silphio similis, sed minus crassa, acris ac fungosa, nulloque succo scatet. Efficit vero eadem, ac laser.

Cap. LXXXV. (XCV.) [*De Sagapeno.*] Sagapenum est succus ferulaceae plantae, quae in Media nascitur. Praefertur id, quod translucet, extus quidem fulvum intus vero album est, medio odore inter laser ac galbanum, acrique gustu. Prodest pectoris laterisque dolori, ruptis, convulsis, tussibus diuturnis, humoresque crassos in pulmone stagnantes expurgat. Datur et comitialibus, opisthotonicis, lienosis, paralyticis, perfrigeratis et contra febres per circuitum repetentes in potu, et ad unguenta quoque utiliter adhibetur. Sed et menses trahit,

καὶ ἔμμηνα· καὶ ἔμβρυα φθείρει· πινόμενον μεθ' ὑδρομέλιτος· ἀρήγει καὶ θηριοδήκτοις μετ' οἴνου λαμβανόμενον· διεγείρει καὶ ὑστερικῶς πνιγομένας μετ' ὄξους ὀσφραινόμενον· οὐλάς τε ἀποσμήχει[68] τὰς ἐν ὀφθαλμῷ καὶ ἀμβλυωπίας καὶ τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις καὶ ὑποχύματα· διαλύεται δὲ, ὥςπερ ὀπὸς, πηγάνῳ καὶ ὕδατι καὶ πικροῖς ἀμυγδάλοις, ἢ μέλιτι, ἢ ἄρτῳ θερμῷ.

Κεφ. πς'. (ϛϛ'.) [Περὶ Εὐφορβίου.] Εὐφόρβιον δένδρον ἐστὶ ναρθηκοειδὲς[69] λιβυκὸν, γεννώμενον ἐν τῷ κατὰ Μαυρουσιάδα Ἄτλαντι[70], ὀποῦ μεστὸν δριμυτάτου, ὃν δεδοικότες οἱ τῇδε ἄνθρωποι συλλέγουσι διὰ τὸ ἐπιτεταμένον τῆς πυρώσεως· κοιλίας γοῦν προβατείας πεπλυμένας περιδήσαντες τὸ δένδρον, μακρόθεν ἀκοντίοις διαιροῦσιν αὐτοῦ τὸν καυλόν· εὐθέως δὲ, ὡς ἔκ τινος ἀγγείου, πολὺς ἀποχεῖται ὀπὸς εἰς τὰς κοιλίας· καὶ ἀποῤῥαίνεται δὲ καὶ εἰς τὴν γῆν ἐξακοντιζόμενος. Ἔστι δὲ δύο γένη τοῦ ὀποῦ, τὸ μὲν διαυ-

68) Serap. legit *μετ' ὄξους ἐπιχρισθέν*.

69) Mallem, quod natura docet, cum I. Bauhino *ἀκανθῶδες* scribere, sed prohibent codices priscique interpretes.

70) Sic Oribas. *Tabesch* Serap., quod fuerit Tipasa in Mauritania caesariensi. Plin. 5, 2. Quod vulgo legitur *Τμώλῳ*, expungendum, quia Lydiae mons huc non pertinet. Veteres etiam interpretes nobiscum legunt.

ac fetus enecat cum aqua mulsa potum. Medetur et venenatorum morsibus ex vino sumtum, olfactum etiam ex aceto eas, quae ab utero strangulantur, excitat. Oculorum cicatrices, hebetudines, offusamque pupillis caliginem suffusionesque detergit. Resolvitur autem, laseris more, in ruta, aqua et amaris amygdalis, aut melle paneve calente.

Cap. LXXXVI. (XCVI.) [*De Euphorbio.*] Euphorbium arbor est ferulacea libyca, nascens in Atlante Mauritaniae. Acerrimo est referta liquore, quem propter eximium fervorem non citra metum incolae ita colligunt. Ventres ovillos lotos arbori circumligant, et eminus ipsius caudicem hastilibus vulnerant, confestimque e plaga, ceu e vase quodam, copiosus liquor in subditos ventriculos effluit: post etiam humi, vi erumpens, spargitur. Sunt autem succi duae species, altera sarcocollae modo pellu-

γὲς, ὡς σαρκοκόλλα, κατὰ μέγεθος ὀρόβου, τὸ δέ τι ἐν ταῖς κοιλίαις ὑελῶδες καὶ συνεστώς. Δολοῦται δὲ καὶ τῇ σαρκοκόλλῃ καὶ κολλῇ[71] μιγνυμέναις. Ἐκλέγου δὲ τὴν διαυγῆ καὶ δριμύν· δυςδοκίμαστος δέ ἐστιν ὁ τῇ γεύσει λαμβανόμενος, διὰ τὸ ἅπαξ δηχθείσης τῆς γλώττης ἐπιμένειν τὴν πύρωσιν ἐφ᾽ ἱκανὸν χρόνον, ὥςτε πᾶν τὸ προςαγόμενον εὐφόρβιον δοκεῖν εἶναι. Ἡ μέντοι εὕρεσις αὐτοῦ κατὰ Ἰόβαν, τὸν βασιλέα τῆς Λιβύης ἐπεγνώσθη. Δύναμιν δὲ ἔχει ὁ ὀπὸς διαφορητικὴν ὑποχυμάτων ἐγχριόμενος· πυροῖ μέντοι δι᾽ ὅλης τῆς ἡμέρας[72]· ὅθεν μέλιτι μίγνυται καὶ κολλυρίοις κατ᾽ ἀναλογίαν τῆς δριμύτητος· ἁρμόζει καὶ ἰσχίων ἀλγήμασι, μιγεὶς ἀρωματικῷ ποτήματι καὶ πινόμενος· ἀφίστησι δὲ καὶ λεπίδας αὐθημερόν· δεῖ μέντοι χρωμένους ἀσφαλίζεσθαι τὴν περικειμένην τοῖς ὀστοῖς σάρκα μοτοῖς ἢ κηρωταῖς. Ἱστοροῦσι δέ τινες, μηδὲν παρακολουθεῖν δυςχερὲς τοῖς ἑρπετοδήκτοις, ἐάν τις, ἐκκόψας ἄχρις ὀστέου τὸ δέρμα τῆς κεφαλῆς, ἐγχέῃ τὸν ὀπὸν λεῖον καὶ ῥάψῃ τὸ τραῦμα.

71) Sic cum Oribas. omnes. *Κόμμει* vero legit Serap., quod et praefert Lacuna.

72) *Ποθεὶς* vulgo, quod omittendum esse cum Saraceno censeo, maxime cum et in Serap. desit.

cida, ervi mole, alterum in ventriculis, quibus excipitur, coit, vitri effigie. Adulteratur vero sarcocollae glutinisque admixtione, sed eligendum translucens et acre. Difficile autem est, quod e gustu petitur, saporis experimentum, quippe cum semel linguam attigerit, os fervorem diu servat, ut, quicquid offeratur, euphorbium esse videatur. Ceterum id, Iuba in Libya regnante, primo inventum fuisse in confesso est. Vim habet liquor inunctus snffusiones discutiendi, urit vero per totam diem: quare melle collyriisque pro acrimoniae ratione admiscetur. Prodest et coxendicum doloribus, in aromatica potione haustus: ossium vero squamas eadem die removet. Verum, qui eo utuntur, oportet ossibus circumiacentem carnem inditis linamentis aut ceratis probe communiant. Denique tradunt nonnulli, nihil incommodi sensuros, qui a serpente demorsi fuerint, siquidem incisa osse tenus capitis cute intritus liquor infundatur vulnusque postea consuatur.

Κεφ. πζ΄. (ϛζ΄.) [Περὶ Χαλβάνης.] Χαλβάνη ὀπός ἐστι νάρθηκος ἐν Συρίᾳ γεννωμένου, ὃν[73] ἔνιοι μετώπιον καλοῦσι. Ἔστι δὲ αὐτῆς ἀρίστη λιβανοειδὴς[74], χονδρώδης, καθαρὰ, λιπαρὰ, ἄξυλος, ἔχουσα δέ τι τοῦ σπέρματος καὶ τοῦ νάρθηκος μιγνυμένου· ὀσμὴ βαρεῖα, οὔτ᾽ ἄγαν ὑγρὰ, οὔτε πάλιν κατάξηρος. Δολοῦσι δὲ αὐτὴν, μιγνύντες ῥητίνην καὶ ἐρεγμὸν καὶ ἀμμωνιακόν. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, πυρωτικὴν[75], ἐπισπαστικὴν, διαφορητικήν· προστιθεμένη δὲ καὶ ὑποθυμιωμένη ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα ἄγει· φακούς τε αἴρει μετ᾽ ὄξους καὶ νίτρου ἐπιπλασθεῖσα· καταπίνεται[76] δὲ πρὸς παλαιὰν βῆχα, δύςπνοιαν, ἄσθματα, ῥήγματα, σπάσματα· ἀντιπάσχει δὲ καὶ τοξικῷ καὶ οἴνῳ[77] καὶ σμύρνῃ ποθεῖσα· ἐκβάλλει καὶ τεθνηκότα ἔμβρυα, ὁμοίως ληφθεῖσα· ἐπιτίθεται δὲ καὶ πρὸς ὀδύνην πλευρᾶς καὶ πρὸς δοθιῆνας· ἐπιληπτικούς τε καὶ ὑστερικὰς πνίγας καὶ σκοτωματικοὺς ὀσφραινομένη

73) Vulgo ἣν: sed *μετώπιον* plantae ipsius, haud succi nomen. Vid. lib. I. c. 71.

74) Serap. legit ἢ ἀμμωνιακοῦ ἐμφερής.

75) Serap. legit πνευματωτικήν.

76) C. N. καὶ πίνεται.

77) Sic Plin., codd. C. N. et Serap.; ὄξει vulgo.

Cap. LXXXVII. (XCVII.) [*De Galbano.*] Galbanum liquor est nascentis in Syria ferulae, quam nonnulli metopion vocant. Est vero probatissimum, quod tus aemulatur, grumosum, purum, pinguiusculum, minime lignosum, at nonnihil retinens admixti seminis aut ferulae: odore gravi, nec valde humidum, nec etiam penitus aridum. Adulterant vero id, dum resinam, fabas fresas et ammoniacum admiscent. Vim habet calefacientem, urentem, attrahentem ac discutientem. Menses ac fetus prolicit apposita vel suffitu: lentigines cum aceto ac nitro illitum tollit. Devoratur autem ad tussim veterem, spirandi difficultatem, anhelitus, ad rupta ac convulsa. Cum vino quoque et myrrha potum toxico adversatur. Sed et simili modo sumtum partus mortuos extrahit. Imponitur et adversus lateris dolorem et furunculos. Comitiales, a matrice strangulatus et vertiginosos olfactu suscitat. Suf-

διεγείρει, θηρία τε θυμιωμένη διώκει, τούς τε συγχριομένους ἀδήκτους τηρεῖ· σὺν σφονδυλίῳ[78] δὲ καὶ ἐλαίῳ περιτεθεῖσα ἑρπετὰ κτείνει[79]· ὀδόντος τε πόνον περιπλασθεῖσα ἢ ἐντεθεῖσα εἰς τὸ βρῶμα παύει· δοκεῖ δὲ καὶ δυςουρίαν[80] ποιεῖν· λύεται δὲ καὶ εἰς μὲν τὰ ποτήματα πικροῖς ἀμυγδάλοις καὶ ὕδατι, ἢ πηγάνῳ, ἢ μελικράτῳ, ἢ ἄρτῳ θερμῷ· ἄλλως δὲ μηκωνείῳ, ἢ χαλκῷ κεκαυμένῳ, ἢ[81] χολῇ ὑγρᾷ. Καθαίρειν δὲ αὐτὴν βουλόμενος, κάθες εἰς ζεστὸν ὕδωρ· τακείσης γὰρ αὐτῆς, ἐπιπλεύσει τὸ ῥυπαρὸν[82], ὅπερ χωρίσεις οὕτως[83]· εἰς ὀθόνιον καθαρὸν ἀραιὸν ἐνδήσας ἀποκρέμασον εἰς χαλκῆν πυξίδα ἢ ὀστράκινον ἀγγεῖον, ὡς μὴ ἅπτεσθαι τοῦ πυθμένος τοῦ ἄγγους τὸν ἔνδεσμον, καὶ πωμάσας εἰς ἀναβραστὸν ὕδωρ κάθες· οὕτω γὰρ τὸ μὲν νόστιμον ἀποτακήσεται[84] ὡς δι᾽ ἠθμοῦ, τὸ δὲ ξυλῶδες ἐν τῷ ὀθονίῳ μενεῖ.

78) Vulgo *σφονδύλῳ*. Hinc et Marcell. vertit *verticillum*.

79) Goupyl. legit *διώκει*.

80) Sic Plin., codd. C. N., Lacuna, Marcellus et Cornar. Vulgo *δυςουροῦσι*, quod et Serap.

81) Marcell. suspicabatur *ἐν* legendum esse, sed perperam: nam et Serap. nobiscum.

82) Marcell. et Lacuna voluerunt *λιπαρόν*, sed absque auctoritate vel codd., vel priscorum interpretum.

83) Hic Lacuna interposuit *ἤ*, consentiente Serap.

84) Lacuna legit *ἀποσταγήσεται*. Sed Oribas., ut nos.

fitu fugat animalia noxia, perunctos a morsu eorum tuetur. Cum sphondylio et oleo admotum serpentes necat. Dentium dolorem circumlitum vel cavernis inditum sedat. Dicitur autem et urinae difficultatem gignere. Ad potiones solvitur in amygdalis amaris, aqua, aut ruta mulsave, aut calido pane: alias vero in meconio, aut cum aere usto, aut felle humido. Si autem (a sordibus) id purgare volueris, in ferventem aquam demittito: nam ubi liquatum fuerit, sordes supernatabunt, quas ita separabis: Mundo raroque linteo illigatum (galbanum) in aerea pyxide aut fictili vase hactenus suspendito, ut ne fasciculus vasis imum contingat, opertumque vas in aquam bullantem demittito. Sic enim, quod utile est, velut per colum eliquescet, lignosum vero intra linteum remanebit.

Κεφ. πη'. (ϛη'.) [Περὶ Ἀμμωνιακοῦ.] Ἀμμωνιακόν [πόα ἐστὶν, ὅθεν τὸ ἀμμωνιακὸν θυμίαμα· οἱ δὲ ἀγάσυλλον, οἱ δὲ κριόθεος, οἱ δὲ ἡλίουστρος, Ῥωμαῖοι γοῦττα[85]]· καὶ τοῦτο ὀπός ἐστι νάρθηκος, γεννωμένου ἐν τῇ κατὰ Κυρήνην Λιβύῃ· καλεῖται δὲ αὐτοῦ ὅλος ὁ θάμνος σὺν τῇ ῥίζῃ ἀγασυλλίς[86]. Ἐγκριτέον δὲ αὐτοῦ τὸ εὔχρουν καὶ ἄξυλον καὶ ἄλιθες, λιβανωτίζον τοῖς χόνδροις, καθαρὸν καὶ πυκνὸν, μηδεμίαν ἔχον ῥυπαρίαν, καστορίζον τῇ ὀσμῇ[87], πικρὸν δὲ τῇ γεύσει· καλεῖται δὲ τὸ τοιοῦτον θραῦσμα[88], τὸ δὲ γεῶδες ἢ λιθῶδες, φύραμα· γεννᾶται[89] δὲ ἐν Λιβύῃ κατὰ Ἄμμωνα[90], χυλὸς ὢν δένδρου[91] ναρθηκοειδοῦς. Δύναμιν δὲ ἔχει μαλακτικὴν, ἐπισπαστικὴν, θερμαντικὴν[92], διαφορητικὴν σκληρωμάτων τε καὶ φυμάτων· κοιλίαν τε ὑπάγει ποθέν· καὶ ἔμβρυα κατασπᾷ· σπλῆνα τήκει μετ' ὄξους < α' πο-

85) Primus Goupyl. γοῦττα, sic et Sarac.; γοῦττα ἀμμωνίακα cod. C.

86) Interposita quaedam habet Serapion de proventu e radice, quae nusquam alias occurrunt.

87) Cod. C. καὶ τὸ ῥιζίον τῇ ὀσμῇ σφοδρόν.

88) Oribas. θραῦμα. Cod. C. ἔρυμα.

89) Cod. C. μίγνυται.

90) Saracen. solus Ἄμμωνα.

91) Cod. C. δένδρου χλωροῦ, νάρθηκος εἶδος.

92) Cod. C. θερμ. omittit, sequentibus: διαλυτικὴν σκληρωμάτων, κοιλίαν δὲ ἐκτινάσσει. Lacuna ταράσσει καὶ ὑπάγει.

Cap. LXXXVIII. (XCVIII.) [*De Ammoniaco.*] Ammoniacum [herba est, e qua ammoniacum suffimentum colligitur, aliqui agasyllon, nonnulli eriotheon, aut heliustrum, Romani guttam nominant]: et hoc est ferulae liquor, quae in Africa cyrenaica nascitur. Totus cum radice frutex agasyllis appellatur. Probatur autem in eo, quod coloris bonitate nitet, ligni et calculorum expers, grumis tus refert, purum ac densum, nulla sorde inquinatum, castoreum odore imitans et gustu amarum. Hoc genus fragmenti nomine venit, alterum, quod terrae calculorumve est particeps, mixtura dicitur. Gignitur vero in Africa ad Ammonis (oraculum), succus ferulaceae arboris. Vim habet molliendi, attrahendi, calefaciendi ac duritias panosque discutiendi. Potum alvum subducit partusque extrahit: lienem quoque liquat cum aceto drach-

θέν[93]· *καὶ ἄρθρων καὶ ἰσχίων ἀλγήματα παραιτεῖται· βοηθεῖ δὲ καὶ ἀσθματικοῖς, ὀρθοπνοϊκοῖς, ἐπιληπτικοῖς, καὶ τοῖς ὑγρασίαν ἐν θώρακι ἔχουσιν, ἐκλειχόμενον μετὰ μέλιτος ἢ πτισάνης ῥοφούμενον χυλῷ*[94]· *ἄγει δὲ καὶ οὖρα αἱματώδη· σμήχει δὲ καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς λευκώματα, καὶ τραχύτητας βλεφάρων τήκει· λυθὲν δὲ ὄξει*[95] *καὶ ἐπιτεθὲν*[96] *παύει τὰς περὶ σπλῆνα καὶ ἧπαρ σκληρίας· λύει καὶ τοὺς περὶ τὰ ἄρθρα πώρους*[97], *μετὰ μέλιτος καταπλασσόμενον, ἢ καὶ πίσσῃ μιγέν· ποιεῖ καὶ πρὸς κόπους καὶ ἰσχιάδας συγχριόμενον, μιγὲν ὄξει καὶ νίτρῳ καὶ κυπρίνῳ ἐλαίῳ ἀντὶ ἀκόπου.*

Κεφ. πθ'. (ϛθ'.) [Περὶ Σαρκοκόλλας.] *Ἡ δὲ σαρκοκόλλα ἐστὶ δάκρυον δένδρου γεννωμένου*[98] *ἐν Περσίδι, ἐοικὸς λιβανωτῷ λεπτῷ, ὑπόκιῤῥον, ἔμπικρον τῇ γεύσει. Δύναμιν δὲ ἔχει κολλητικὴν τραυμάτων καὶ ἐφεκτικὴν τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς ῥευμάτων· μίγνυται δὲ καὶ ἐμπλάστροις*[99]· *δολοῦται δὲ, κόμμεως αὐτῇ μιγνυμένου.*

93) Haec *καὶ ἔμβρ. — ποθέν* desunt in cod. C. Serap. legit < β'.
94) Cod. C. *ἢ πτισάνης· ῥοφούμενος ἄγει οὖρα.*
95) Sic cod. C. et Serap.; *λειωθὲν σὺν ὄξει* vulgo.
96) Marcellus legit *ποτισθέν.*
97) Sic primus Goupyl. Priores et codd. C. N. *πόρους.*
98) Solus Sarac. post Oribas. sic. Alii omnes cum Serap. *γεννώμενον.*
99) Cornar., Goupyl. et Sarac. *ἐμπλαστροῖς.*

mae pondere haustum, et articulorum coxendicumque doloribus blanditur. Auxilio quoque est anhelantibus, orthopnoïcis et comitialibus; item, quibus humor intra pectus haeret, si ex melle delingatur, aut cum ptisanae succo sorbeatur. Cruentas vero et urinas pellit, nec non et oculorum albugines abstergit, et palpebrarum scabritias absumit. Solutum in aceto et impositum lienis hepatisque duritias emollit. Sed et tophos articulorum solvit cum melle impositum, aut pici admixtum. Facit et ad lassitudines et ischiadas, si additis aceto, nitro et cyprino oleo, acopi vice, perungantur.

Cap. LXXXIX. (XCIX.) [*De Sarcocolla.*] Sarcocolla est lacrima arboris in Perside nascentis, turi tenui similis, subfulva, gustu amariuscula. Vim habet vulnera glutinandi et oculorum fluxiones inhibendi. Inseritur et emplastris. Ceterum admixto gummi adulteratur.

Κεφ. ς'. (ρ'.) [Περὶ Γλαυκίου.] Γλαύκιον χυλός ἐστι βοτάνης κατὰ Ἱεράπολιν τῆς Συρίας γεννωμένης· ἔοικε δὲ αὐτῆς τὰ φύλλα τῆς κερατίτιδος μήκωνος, λιπαρώτερα δὲ καὶ χαμαίζηλα, καὶ βαρύοσμα καὶ πικρότερα ἐν τῇ γεύσει· χυλὸν δὲ ἔχει πολὺν κροκίζοντα· ταύτης τὰ φύλλα βάλλοντες οἱ ἐπιχώριοι εἰς χύτραν, θερμαίνουσιν ἐν κλιβάνοις ἡμιψυγέσιν ἄχρι μαρασμοῦ, εἶτα ἐκκόψαντες ἐκθλίβουσι τὸν χυλόν[100]· ἔστι δὲ ἡ χρῆσις αὐτοῦ πρὸς τὰ ὀφθαλμικὰ ἐν ἀρχῇ, ψυκτικοῦ ὄντος.

Κεφ. ϛα'. (ρα'.) [Περὶ Κόλλης.] Κόλλα, ἣν ἔνιοι ξυλοκόλλαν καλοῦσι, ἢ ταυροκόλλαν, καλλίστη ἐστὶν ἡ ῥοδιανὴ, ἐκ τῶν βοείων βυρσῶν σκευαζομένη· ἔστι δὲ λευκὴ καὶ διαυγὴς ἡ τοιαύτη, ἡ δὲ μέλαινα ἥττων. Δύναμιν δὲ ἔχει, λυθεῖσα ὄξει, λειχῆνας καὶ λέπρας τὰς ἐπιπολαίους ἀφιστάνειν· πυρίκαυστά τε οὐκ ἐᾷ φλυκταινοῦσθαι, μεθ' ὕδατος θερμοῦ ἐνεθεῖσα καὶ καταχριομένη· ἔστι δὲ καὶ τραυματικὴ, διεθεῖσα μέλιτι καὶ ὄξει.

Κεφ. ϛβ'. (ρβ'.) [Περὶ Ἰχθυοκόλλης.] Ἡ δὲ ἰχθυο-

100) Cod. C. ὄντως δὲ ἐκθλίβοντες ἐκλαμβάνουσι τὸν χυλὸν πρὸς τὰ —.

Cap. XC. (C.) [*De Glaucio.*] Glaucium succus est herbae, quae ad Hierapolin Syriae nascitur. Folia ipsius similia sunt papaveri cornuto, nitidiora tamen et in terram sparsa, graveolentia et gustanti amariora: liquorem habent copiosum, croceum. Haec folia indigenae in ollam coniecta semifrigidis clibanis calefaciunt, donec tabescant, dein contusis succum exprimunt. Est autem eius usus ad oculorum affectus in initio, cum refrigerandi vim habeat.

Cap. XCI. (CI.) [*De Glutine.*] Gluten, quod nonnulli xylocollam vocant, vel taurocollam, praestantissimum est rhodiacum, quod e coriis bubulis conficitur. Candidum vero id est ac translucens, nigrum vero minus probatur. Vim habet in aceto solutum impetigines leprasque summae cutis delendi. Ambusta non patitur in pustulas attolli, ex aqua calida dilutum et illitum. Vulnerarium quoque est, si melle et aceto diluatur.

Cap. XCII. (CII.) [*De Ichthyocolla.*] Ichthyocolla

κόλλα λεγομένη κοιλία ἐστὶν ἰχθύος κητώου· διαφέρει δὲ ἡ ἐν Πόντῳ γεννωμένη, οὖσα λευκὴ, ὑπόπαχυς[1], οὐ ψωρώδης, τάχιστα τηκομένη· ὠφελεῖ δὲ εἰς τὰς κεφαλικὰς ἐμπλάστρους καὶ λεπρικὰς δυνάμεις καὶ εἰς τετάνωθρα τῶν προσώπων.

Κεφ. ϛγ΄. (ργ΄.) [Περὶ Ἰξοῦ.] Ἰξὸς καλός ἐστιν ὁ νέος[2] καὶ πρασίζων τῷ χρώματι κατὰ τὰ ἐντὸς, ἐκτὸς δὲ ὑπόξανθος, μηδὲν ἔχων τραχὺ ἢ πιτυρῶδες· γίνεται δὲ ἔκ τινος καρποῦ περιφεροῦς[3], (τοῦ θάμνου) γεννομένου ἐν δρυΐ, ἔχοντος[4] τὰ φύλλα ὅμοια πύξῳ· κόπτεται δὲ ὁ καρπὸς, εἶτα πλύνεται, εἶτα ἐν ὕδατι ἕψεται· ἔνιοι δὲ μασσώμενον αὐτὸν ἐργάζονται· γίνεται δὲ καὶ ἐκ μηλέας καὶ ἀπίου καὶ ἐξ ἄλλων δένδρων· εὑρίσκεται δὲ καὶ πρὸς ῥίζαις θάμνων τινῶν[5]. Δύναται δὲ διαφορεῖν, μαλάσσειν, ἐπισπᾶσθαι, συμπέπτειν φύματα, παρωτίδας καὶ τὰς ἄλλας ἀποστάσεις, μιγεὶς ῥητίνῃ καὶ κηρῷ ἴσῳ· ἐπινυκτίδας τε ἐν σπληνίῳ ἰᾶται·

1) Sic Marcell. in cod.; vulgo ὑπότραχυς.

2) Marcell. legit λεῖος.

3) Marcell. legit περὶ θέρος, congruente Plinio.

4) Sic Sarac. emendavit. Vulgo: καρπ. περιφ. γεννωμ. ἐν δρυΐ, τῇ ἐχούσῃ. Prisci interpretes ἔχοντος legerunt, sed retulisse ad καρπὸν videntur.

5) Interposita plura de proventu habet Serap., quae nusquam leguntur.

dicta venter est piscis cetacei. Praestat, quae e Ponto provenit, candicans, crassiuscula, minime scabra et quae celerrime liquescit. Utilis est in emplastris cephalicis leprarumque medicaminibus et iis, quae faciei cutem erugant.

Cap. XCIII. (CIII.) [*De Visco.*] Viscum optimum est recens, colore intus prasino, extus vero subflavo, quodque nihil habet asperi aut furfuracei. Confit e fructu quodam rotundo, fruticis in robore nascentis, foliis buxo similibus. Contunditur fructus, dein lavatur, post in aqua decoquitur. Sunt, qui commanducando ipsum parent. Nascitur quoque in malo, pyro aliisque arboribus, invenitur etiam ad fruticum quorumdam radices. Vim habet discutiendi, molliendi, attrahendi, maturandi tubercula, parotidas aliosque abscessus, resinae parique cerae admixtum: epinyctidas quoque in splenio sanat. Ve-

σὺν λιβανωτῷ δὲ ἕλκη παλαιὰ καὶ κακοήθεις ἀποστάσεις μαλάσσει· καὶ σπλῆνας τήκει σὺν ἀσβέστῳ, ἢ γαγάτῃ λίθῳ, ἢ ἀσίῳ ἑψηθεὶς καὶ ἐπιτεθείς· ἕλκει δὲ καὶ ὄνυχας σὺν ἀρσενικῷ ἢ σανδαράχῃ ἐπιπλασθείς· μιγεὶς δὲ ἀσβέστῳ καὶ τρυγὶ ἐπιτείνει τὴν δύναμιν αὐτοῦ[6].

Κεφ. ϟδ'. (ρδ'.) [Περὶ Ἀπαρίνης.] Ἀπαρίνη, οἱ δὲ ἀμπελόκαρπον, οἱ δὲ ὀμφαλόκαρπον, οἱ δὲ φιλάνθρωπον καλοῦσιν, οἱ δὲ ἰξόν· κλῶνες πολλοὶ, μακροὶ[7], τετράγωνοι, τραχεῖς· φύλλα δὲ ἐκ διαστήματος κυκλωτερῶς περικείμενα, ὥσπερ τὰ τοῦ ἐρυθροδάνου· ἄνθη λευκά· σπέρμα σκληρὸν, λευκὸν, στρογγύλον, ὑπόκοιλον[8] ἐκ μέσου ὡς ὀμφαλός· προσέχεται[9] δὲ καὶ ἱματίοις ἡ πόα· χρῶνται δὲ αὐτῇ καὶ οἱ ποιμένες ἀντὶ ἠθμοῦ ἐπὶ τοῦ γάλακτος πρὸς ἔκληψιν[10] τῶν ἐν αὐτῷ τριχῶν. Ταύτης τὸ σπέρμα καὶ οἱ καυλοὶ καὶ τὰ φύλλα χυλισθέντα φαλαγγιοδήκτοις καὶ ἐχιοδήκτοις βοηθεῖ[11], πινόμενα[12] μετὰ οἴνου· καὶ ὠταλγίας ἰᾶται ὁ χυλὸς ἐγχυματιζόμενος.

6) Matthiol. legit αὐτῶν.
7) Sic cod. C.; μικροί vulgo.
8) Cod. C. ὑποποίκιλον.
9) Sic cod. N.; προσέρχεται vulgo.
10) C. ἔκλειψιν.
11) C. θεραπεύει, N. παύει φαλαγγιοδήκτους.
12) Sic cod. C., quod auguratus est Sarac.; πινόμενον vulgo.

tera vero ulcera malignosque abscessus cum ture mollit et lienem liquat cum calce viva aut gagate alioque lapide coctum et impositum. Ungues quoque extrahit cum arsenico aut sandaracha illitum. Cum calce viva et vini faece mixtum vim suam intendit.

Cap. XCIV. (CIV.) [*De Aparine.*] Aparine, quam alii ampelocarpon aut omphalocarpon, alii philanthropon dicunt, alii denique viscum, ramos habet multos, longos, quadrangulos, asperos, folia per intervalla circinatim circumposita, velut rubiae. Flores candidi: semen durum, album, rotundum, in medio quodammodo concavum, instar umbilici. Herba ipsa vestibus adhaeret. Ea vero pastores coli vice utuntur ad eximendos e lacte pilos. Seminis, caulium ac foliorum expressus succus e vino potus contra phalangiorum viperarumque morsus praebet auxilium.

τιζόμενος· ἡ δὲ ἀναληφθεῖσα ὀξυγγίῳ λείῳ, διαφορεῖ χοιράδας.

Κεφ. ϙέ. (ρέ.) [Περὶ Ἀλύσσου.] Ἄλυσσον[13] [οἱ δὲ ἀσπίδιον, οἱ δὲ ἁπλόφυλλον, οἱ δὲ ἀκκύσητον, οἱ δὲ ἀδέσετον] φρυγάνιόν ἐστι μονόκαυλον[14], ὑπότραχυ, φύλλα ἔχον στρογγύλα· παρ' οἷς ὁ καρπὸς, ὡς ἀσπιδίσκια διάδιπλα, ἐν οἷς τὸ σπέρμα ὑπόπλατυ· φύεται ἐν ὀρεινοῖς καὶ τραχέσι τόποις. Ταύτης τὸ ἀφέψημα ποθὲν λυγμοὺς τοὺς δίχα πυρετοῦ λύει· καὶ κρατηθὲν δὲ ἢ ὀσφρανθὲν[15] τὸ αὐτὸ δρᾷ· σὺν μέλιτι δὲ λεῖον φακοὺς καὶ ἔφηλιν ἀποκαθαίρει· δοκεῖ δὲ καὶ λύσσαν κυνὸς[16] ἰᾶσθαι, συγκοπὲν ἐδέσματι καὶ δοθέν· καὶ κρεμάμενον δὲ ἐν οἰκίᾳ ὑγιεινὸν λέγεται εἶναι καὶ ἀνθρώποις ἀβάσκαντον· περιαφθὲν δὲ φοινικῷ ῥάκει, θρεμμάτων νόσους ἀπελαύνει.

Κεφ. ϙς'. (ρς'.) [Περὶ Ἀσκληπιάδος.] Ἀσκληπιὰς[17] [οἱ δὲ κισσίον, οἱ δὲ κισσόφυλλον καλοῦσι] κλωνία ἀνίησι

13) Cum Sarac. sic scribendum, quanquam et codd. et priores edd. ἄλυσον habeant. 14) Oribas. et Ald. hoc habent, quod omiserunt cum Asulano et Marc. ceteri.

15) Salmasius (proleg. ad hyl. p. 8.) in optimis codicibus ὀφθέν legisse testatur. 16) Lacuna λυσσοδήκτους.

17) Goupyl. et Sarac. ἀσκληπίας, perperam.

Idem auribus infusus earum doloribus medetur. Herba ipsa, si axungia trita excipiatur, strumas discutit.

Cap. XCV. (CV.) [*De Alysso.*] Alyssum [alii aspidium, alii haplophyllon, alii accyseton aut adeseton vocant] fruticulus est singulari caule, subasper, foliis rotundis: iuxta quae fructus est duplicium scutulorum effigie, in quo semen quadantenus latum. Nascitur in montosis asperisque locis. Huius decoctum potum solvit singultus, qui sunt citra febrim. Idem praestat, si teneatur aut olfiat. At cum melle tritum lentigines et maculas a sole natas emendat. Existimatur et rabiei caninae mederi, contusum in eduliis et exhibitum. Quin et in domo suspensum salutare, ac tum hominibus, tum aliis animalibus fascini praesidium esse fertur. Panno vero puniceo circumligatum pecorum morbos abigit.

Cap. XCVI. (CVI.) [*De Asclepiade.*] Asclepias [quam alii hederulam, alii hederae folium vocant] ramos

μακρά· ἐφ' ὧν φύλλα[18] κισσῷ ὅμοια, ῥίζας πολλὰς καὶ λεπτὰς[19], εὐώδεις· ἄνθος βαρύοσμον, σπέρμα δὲ ὡς πελεκίνου[20]· φύεται ἐν ὄρεσι· βοηθοῦσι δὲ αἱ ῥίζαι ἐν οἴνῳ πινόμεναι στροφουμένοις καὶ θηριοδήκτοις· καὶ τὰ φύλλα καταπλαττόμενα ἁρμόζει πρὸς τὰς ἐν μαστοῖς καὶ μήτρᾳ[21] κακοηθείας.

Κεφ. ϛʹ. (ρζʹ.) [Περὶ Ἀτρακτυλίδος.] Ἀτρακτυλὶς [οἱ δὲ ἄμυρον, οἱ δὲ κνίκος ἀγρία, οἱ δὲ ἀσπίδιον, προφῆται ἄφεδρος, Αἰγύπτιοι χηνὼ, Ῥωμαῖοι πρεσέπιουμ, οἱ δὲ φουσούγρεττις, οἱ δὲ κλόνουκα ῥούστικα] ἄκανθά ἐστιν ἐοικυῖα κνίκῳ, μικροτέρα[22] δὲ πολλῷ, φύλλα ἔχουσα ἐπ' ἄκρου τῶν ῥαβδίων· τὸ δὲ πλεῖον γυμνὸν, τραχὺ, ᾧ καὶ αἱ γυναῖκες χρῶνται ἀντὶ ἀτράκτου· ἔχει δὲ καὶ κεφάλια[23] ἐπ' ἄκρου ἀκανθώδη· ἄνθος ὠχρὸν, ἐν ἐνίοις δὲ τόποις πορφυροῦν[24]·

18) Primus Asulanus interposuit μακρά, quod seriores repetunt: sed nec Oribas., nec cod. C., nec Ald.

19) Cod. C. ῥίζας μακρὰς, εὐώδεις. 20) Cod. C. πελεκισκοί.

21) Sic manifesto cod. C., quod iam odoratus est Sarac. Edd. omnes μήτρας.

22) Sic Oribas.; Ald. μακρότερα δὲ πολλῷ φύλλα, ut longiora folia notet, sicut et interpretes priores.

23) Goupyl. legit κόμην.

24) Hoc ἐν ἐνίοις — πορφυροῦν codices C. N. X. et Ald. habent. Asulanus primus ad notha ablegavit: nec ratio constat.

emittit longos, in quibus folia hederae similia, radices numerosas, tenues, odoratas, florem graveolentem, fructum ceu securidacae. Nascitur in montibus. Radices in vino potae torminibus et contra venenatorum animalium morsus opitulantur. Folia vero imposita mammarum et matricis malignis vitiis conferunt.

Cap. XCVII. (CVII.) [*De Atractylide.*] Atractylis: [sunt, qui amyron, aut cnicum sylvestrem, aut aspidion vocant, Prophetae aphedron, Aegyptii cheno, Romani praesepium, aliqui fusum agrestem aut colum rusticam appellant.] Spina est cnico similis, sed multo minor, folia in summis gerit virgultis: maior autem pars nuda est et aspera, qua etiam feminae pro colu utuntur. Capitula fert in cacumine spinosa, florem pallidum, in non-

ῥίζα δὲ λεπτὴ, ἄχρηστος· ταύτης τὰ φύλλα καὶ ἡ κόμη καὶ ὁ καρπὸς λεῖα ποθέντα σὺν πεπέρει καὶ οἴνῳ, σκορπιοπλήκτους ὠφελεῖ. Ἔνιοι δ' ἱστοροῦσι, τοὺς πληγέντας[25], ἄχριπερ ἂν κρατῶσι τὴν πόαν, ἀνωδύνους εἶναι[26], ἀποθεμένους δὲ ἀλγεῖν.

Κεφ. ϛη'. (ρη'.) [Περὶ Πολυκνήμου.] Πολύκνημον [οἱ δὲ κλινοπήδιον, οἱ δὲ πολυγόνατον, οἱ δὲ Διὸς ἠλακάτη, οἱ δὲ ἐχεώνυμον, Ῥωμαῖοι πουτιαλογονθρία]· θάμνος ἐστὶ φρυγανώδης, ἔχων φύλλα ὀριγάνῳ ἐμφερῆ, τὸν δὲ καυλὸν πολυγόνατον, ὥςπερ γλήχωνος, οὐκ ἔχει μέντοι τὸ σκιάδιον, μικρὰ δ' ἐπ' ἄκρῳ κορύμβια μετ' εὐωδίας τινὸς δριμείας. Ποιεῖ δὲ, καταπλασσόμενον χλωρὸν ἢ ξηρὸν μεθ' ὕδατος, πρὸς τραύματα, κολλῶσα· δεῖ δὲ πεμπταῖον λύειν· πίνεται καὶ πρὸς στραγγουρίαν καὶ ῥήγματα σὺν οἴνῳ. [Ἐδίδαξεν ἡ πεῖρα, ὡς ἀποτριβομένων τῶν κλωναρίων αὐτοῦ οἴνῳ λευκῷ τοὺς ἐχομένους τοῖς λεγομένοις βιασμοῖς μέγα (λαγχάνειν) βοήθημα][27].

Κεφ. ϛθ'. (ρθ'.) [Περὶ Κλινοποδίου.] Κλινοπόδιον

25) Cod. C. ἀλγοῦντας. 26) Cod. C. μένειν.

27) Ultima, ἐδίδαξεν — βοήθημα, recepta in textum ab Ald. et Asulano, a Marcello suspecta existimata, a reliquis ad notha ablegantur.

nullis locis purpurascentem. Radix tenuis est et nulli usui. Huius folia, coma et semen trita potaque cum pipere et vino a scorpione percussis succurrunt. Tradunt et nonnulli, percussos, quamdiu herbam eam tenuerint, doloris expertes esse, sed illa deposita statim dolere.

Cap. XCVIII. (CVIII.) [*De Polycnemo.*] Polycnemum [quod alii clinopedion, alii polygonaton, nonnulli Iovis colum aut echeonymon, alii putei loriculum (?) vocant] frutex est surculosus, folia habens origano similia, caule geniculato, uti pulegium. Neque vero umbellum habet, sed parvos in cacumine corymbos, cum ari quadam odoris iucunditate. Seu recens, seu aridum, ex aqua impositum efficaciter vulnera glutinat; sed quinto die solvi debet. Ad stranguriam itidem et rupta ex vino bibitur. [Experientia docuit, ramulos in vino albo tritos magno esse praesidio iis, quos affectus, violentiae dicti, male habent].

Cap. XCIX. (CIX.) [*De Clinopodio.*] Clinopodium

[οἱ δὲ κλεώνικον, οἱ δὲ ὠκιμοειδὲς, οἱ δὲ ζώπυρον καλοῦσι] θαμνίον ἐστὶ καὶ τοῦτο φρυγανῶδες, δισπίθαμον, φυόμενον ἐν πέτραις, ἔχον φύλλα ἑρπύλλῳ παραπλήσια· καὶ τὰ ἄνθη ὅμοια ὡς[28] κλίνης ποσὶν, ἐκ διαστημάτων ἐμφερῆ πρασίῳ. Πίνεται δὲ ἡ πόα καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς πρὸς θηρίων δήγματα καὶ σπάσματα καὶ ῥήγματα καὶ στραγγουρίαν· ἄγει καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα, καὶ ἀκροχορδόνας ἀποβάλλει ἐφ' ἱκανὰς ἡμέρας πινόμενον· [κοιλίαν τε ἵστησιν ἐπὶ τρίτον ἑψόμενον καὶ πινόμενον, ἀπυρέτοις ἐν οἴνῳ, πυρέττουσι δὲ δι' ὕδατος][29].

Κεφ. ρ'. (ρι'.) [Περὶ Λεοντοπετάλου·] Λεοντοπέταλον [οἱ δὲ λεοντοπόδιον, οἱ δὲ λεύκηθρον[30], οἱ δὲ λεόντιον, οἱ δὲ δωρὶς, οἱ δὲ δωρικτερὶς, οἱ δὲ λυχνὶς ἀγρία, οἱ δὲ παρδάλη, οἱ δὲ θορύβηθρον, οἱ δὲ ῥαπήϊον, οἱ δὲ μήκων κερατῖτις, οἱ δὲ ἀνεμώνη, Ῥωμαῖοι κουβίλια μαρίνα[31], οἱ δὲ σῆμεν λεονίνουμ, οἱ δὲ παπαβέρκουλουμ[32]]. Καυλὸν ἀνίησι σπιθαμιαῖον ἢ

28) Sarac. auguratur, πῶς esse legendum.

29) Uncinis inclusa merito suspecta videbantur Marcello, quia in codd. bonis deerant.

30) Sic cod. C.; λευκήορον vulgo.

31) Hoc e cod. C.

32) Sic iterum cod. C., cum in Ald. et ceteris καταβέλκλουμ.

[aliis cleonicon, aliis ocimoides aut zopyron dictum] fruticulus est etiam surculosus, duum dodrantum altitudine, nascens in rupibus. Folia serpyllo similia et flores lecti pedes quodammodo referentia, ex intervallis marrubii modo disposita. Bibitur herba ipsiusque decoctum ad venenatorum animalium morsus, ad convulsa ruptaque et ad stranguriam. Pellit et menses partusque. Verrucas pensiles avellit, aliquot diebus epotum. [Alvum sistit ad tertias decoctum et potum, siquidem febris absit, in vino, a febrientibus ex aqua.]

Cap. C. (CX.) [*De Leontopetalo.*] Leontopetalon [quod et leontopodion et leucethron, et leontion, et dorida et doricterida, alii lychnidem sylvestrem, alii pardalen aut thorybethron, nonnulli rapeïon, alii papaver corniculatum vel anemonen, Romani cubilia marina, semen leoninum aut papaverculum vocant.] Caulem pro-

καὶ μείζονα· ἔχοντα μασχάλας πλείστας, ἐφ' ὧν ἄκρων λοβοὶ ὅμοιοι ἐρεβίνθοις[33]· ἐν δὲ τούτοις δύο ἢ τρία σπερμάτια· ἄνθη φοινικᾶ, ἐοικότα ἀνεμώνῃ· φύλλα δὲ ὅμοια κράμβῃ, ἐντετμημένα ὡς τὰ τῆς μήκωνος· ῥίζαι μέλαιναι[34], ὥσπερ γογγύλη, ἐξοχὰς ἔχουσαι, καθάπερ κονδύλους τινάς· φύεται δ' ἐν ἀρούραις καὶ ἐν τῷ σίτῳ. Ταύτης ἡ ῥίζα σὺν οἴνῳ πινομένη, βοηθεῖ ἑρπετοδήκτοις, ταχέως ἀπόνους ποιοῦσα· μίσγεται δὲ καὶ εἰς τοὺς ἰσχιαδικοὺς κλυσμούς.

Κεφ. ρα'. (ρια') [Περὶ Τευκρίου.] Τεύκριον, οἱ δὲ καὶ τοῦτο χαμαίδρυν καλοῦσιν, οἱ δὲ τευκρίδα[35], πόα ῥαβδοειδής, ἐοικυῖα χαμαίδρυϊ, λεπτόφυλλος, ἔχουσα ἐρεβίνθῳ πέταλον ὅμοιον. Φύεται δὲ πλεῖστον ἐν Κιλικίᾳ, τῇ κατὰ Γεντιάδα καὶ Κητίδα[36]. Δύναμιν δὲ ἔχει χλωρὰ μετ' ὀξυκράτου ποθεῖσα ἢ ξηρὰ ἀποζεσθεῖσα καὶ πινομένη, σπλῆνα τήκειν ἰσχυρῶς· καταπλάσσεται δὲ μετὰ σύκων καὶ ὄξους ἐπὶ σπληνικῶν· ἐπὶ θηριοδήκτων δὲ μετ' ὄξους μόνου χωρὶς σύκων.

33) Cod. C. N. ἐφ' ὧν ἀκροὶ λοβοὶ (omiss. ὁμ. ἐρ.)

34) Sic cod. C., Ald., Asulan., Marc., Cornar.; Goupyl. contra et Sarac. ῥίζα μέλαινα.

35) Hoc ultimum Asul. et Marc. spuriis accensent. Quo iure, latet.

36) Sic conieci e Ptolem. et collatis lectionibus Asulani et Marcelli, qui Κηπίδα legunt. Ald. et rell. Κισσάδα.

fert dodrantalem vel altiorem, plurimas habens axillas, in quarum cacuminibus siliquae sunt cicerum forma, ac in his duo vel tria minuta semina. Flores punicei, anemones similes; folia brassicae, incisa sicut papaveris. Radices nigrae, rapo similes, tuberculis, velut nodis, obsitae. Nascitur in arvis ac inter segetes. Huius radix ex vino pota commorsis a serpente auxiliatur, dolorem statim eximens. Miscetur et ischiadicorum clysmatibus.

Cap. CI. (CXI.) [*De Teucrio.*] Teucrium, sunt qui etiam chamaedryn aut teucrida appellent. Herba est, virgae speciem prae se ferens, chamaedryi similis, tenui folio ac ciceris figura. In Ciliciae regionibus, Gentiade ac Cetide dictis, copiose provenit. Recens cum posca, vel etiam aridae fervefactae ius potu potenter lienem liquandi vim habet. Sed et lienosis imponitur cum ficis et aceto, venenatorum autem animalium morsibus ex aceto solo sine ficis.

Κεφ. ρβ'. (ριβ'.) [Περὶ Χαμαίδρυος.] Χαμαίδρυς· οἱ δὲ χαμαίδρωψ, ἢ λινόδρυς, Ῥωμαῖοι τριψάγο μίνορ· διὰ δὲ τὸ σώζειν τινὰ ἐμφέρειαν τῷ τευκρίῳ, καὶ ταύτην τινὲς τεύκριον ἐκάλεσαν. Φύεται ἐν τραχέσι καὶ πετρώδεσι τόποις. Ἔστι δὲ θαμνίσκος σπιθαμιαῖος, φύλλα ἔχων μικρὰ, τῷ σχήματι καὶ τῇ σχέσει[37] δρυῒ ὅμοια, πικρά· ἄνθος ὑποπόρφυρον, μικρόν· συλλέγειν δὲ αὐτὴν δεῖ ἐγκύμονα τοῦ καρποῦ. Δύναμιν δὲ ἔχει χλωρὰ ἀφεψηθεῖσα σὺν ὕδατι καὶ ποτιζομένη, βοηθεῖν σπάσμασι, βηχὶ, σπληνὶ ἐσκιῤῥωμένῳ, δυςουροῦσιν, ὑδρωπικοῖς ἐν ἀρχαῖς· ἄγει καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα, σπλῆνα τήκει, σὺν ὄξει ποθεῖσα· πρὸς δὲ τὰ θηρία[38] σὺν οἴνῳ πινομένη καὶ καταπλασσομένη ποιεῖ· λεία δὲ δύναται καὶ εἰς καταπότια ἀναπλάσσεσθαι πρὸς τὰ εἰρημένα, καὶ ἀνακαθαίρειν ἕλκη παλαιὰ σὺν μέλιτι· αἴρει δὲ ἀχλῦς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς σὺν ἐλαίῳ λεία ἐγχριομένη· ἀλειφομένη δέ ἐστι θερμαντική[39].

37) Sic cod. C., *θέσει* cod. X., *σχίσει* Ald. et editt. omnes, *ortu* Serap.

38) Cod. C. *καὶ τ' ἄλλα θανάσιμα.*

39) Sic legendum esse coniicit Sarac. e Plinio et Serap. Vulgo *ἐγχρ. καὶ ἀλειφ. ἔστι δὲ θερμ.*

Cap. CII. (CXII.) [*De Chamaedrye.*] Chamaedrys dicitur nonnullis chamaedrops, aliis linodrys, Romanis trixago minor. Sunt et qui eam teucrium appellaverint, propter similitudinem quamdam cum hac planta. Nascitur in asperis et rupestribus locis. Est vero fruticulus dodrantalis, foliis minutis, quae figura habituque quercina referunt et amara sunt: flos est purpurascens, exilis. Carpenda est planta, dum semine praegnans est. Recens in aqua decocta et propinata, convulsis, tussi, lieni indurato, urinae difficultate laborantibus, et incipientibus hydropicis auxiliatur. Ciet etiam menses, partusque provocat, lienemque ex aceto pota liquat. Est et adversus animantia venenata cum vino pota aut illita efficax. Sed et trita in catapotia redigi potest ad supradicta et ad repurganda vetera ulcera cum melle. Trita vero cum oleo et illita caligines oculorum discutit. Perunctione autem excalefacit.

Κεφ. ργ. (ριγ΄.) [*Περὶ Λευκάδος*[40].] *Λευκὰς* ὀρεινὴ πλατυφυλλοτέρα τῆς ἡμέρου ἐστὶ, δριμύτερόν τε καὶ πικρότερον ἔχουσα τὸν καρπὸν καὶ ἀστομώτερον· δραστικωτέρα μέντοι τυγχάνει τῆς ἡμέρου· ἐπιπλασσόμεναι δὲ ἀμφότεραι καὶ πινόμεναι, ἁρμόζουσι μετ᾽ οἴνου ἐπὶ τῶν ἰοβόλων καὶ μάλιστα τῶν θαλασσίων.

Κεφ. ρδ΄. (ριδ΄.) [*Περὶ Λυχνίδος στεφανωματικῆς.*] *Λυχνὶς* στεφανωματική· [οἱ δὲ ἀθάνατος, οἱ δὲ ἀκυλώνιον, οἱ δὲ βαλλάριον, οἱ δὲ γερανοπόδιον, οἱ δὲ κορύμβιον, οἱ δὲ ταύριον, οἱ δὲ σκῆπτρον, οἱ δὲ μαλόϊον, *Αἰγύπτιοι* σεμεὸν, προφῆται αἷμα ἀποκαθημένης, Ῥωμαῖοι γενικουλάρις, οἱ δὲ βαλλάρια·] ἄνθος ἐστὶν ὅμοιον λευκοΐῳ, ἐμπόρφυρον δὲ, πλεκόμενον εἰς τὰ στεφάνια· ἧς τὸ σπέρμα βοηθεῖ σὺν οἴνῳ ποθὲν σκορπιοπλήκτοις.

Κεφ. ρε΄. (ριε΄.) [*Περὶ Λυχνίδος ἀγρίας.*] *Λυχνὶς* ἀγρία [οἱ δὲ τραγόνωτον[41], οἱ δὲ ἀτόκιον, οἱ δὲ ἱερακοπόδιον, οἱ δὲ λαμπὰς, *Αἰγύπτιοι* σεμοῦρα, προφῆται ἀποκαθημένης ταῦρος,

40) Totum hoc caput mutilum, nec e codd., qui in promptu sunt, restituendum.

41) Sic Ald.; τραγόνατον vulgo.

Cap. CIII. (CXIII.) [*De Leucade.*] Leucas montana latioribus est foliis, quam sativa, semine vero acriore, amariore atque ori etiam magis ingrato: potentior tamen est sativâ. Utraque cum vino et illitu et potu contra virulentorum animalium, maximeque marinorum, venena efficax.

Cap. CIV. (CXIV.) [*De Lychnide coronaria.*] Lychnis coronaria [nonnullis dicitur immortalis, aliis aquilonium, aut vallarium, geranopodium etiam, corymbium, taurium, sceptrum et maloïum, Aegyptiis semeon, prophetis sanguis mulieris menstrualis, Romanis genicularis seu vallaria] flos est leucoïo similis, sed purpurascens, qui in sertula nectitur. Semen in vino potum a scorpione ictis auxiliatur.

Cap. CV. (CXV.) [*De Lychnide sylvestri.*] Lychnis sylvestris [aliis tragonoton, aliis atocion, aut pes accipitris, aliis lampas, Aegyptiis semura, prophetis genitale

Ῥωμαῖοι ἰντιβουμ ἀγρέστεμ, οἱ δὲ λαπάτου [42] καφαγουΐνα, οἱ δὲ στέριδος] ὁμοία τῇ ἡμέρῳ κατὰ πάντα· τὸ δὲ σπέρμα αὐτῆς < β' πλῆθος ποθὲν ἄγει κατὰ κοιλίαν χολώδη, καὶ σκορπιοπλήκτοις ἁρμόζει· φασὶ δὲ καὶ τοὺς σκορπίους ναρκώδεις καὶ ἀπράκτους γίνεσθαι, παρατεθείσης αὐτοῖς τῆς πόας.

Κεφ. ρς'. (ρις'.) [Περὶ Κρίνου.] Κρίνον βασιλικόν· [οἱ δὲ κρινάνθεμον, οἱ δὲ καλλείριον, προφῆται αἷμα Ἄρεως, Ὀσθάνης αὖρα κροκοδείλου, Αἰγύπτιοι συμφαιφοῦ, οἱ δὲ τίαλος, Ῥωμαῖοι λίλιουμ, οἱ δὲ ῥόσα Ἰουνώνις [43], οἱ δὲ οἰνομάγριουμ [44], Σύροι σασᾶ, Ἀφροὶ ἀβίβλαβον.] Τούτου τὸ ἄνθος στεφανωματικόν ἐστι, καλούμενον ὑπ' ἐνίων λείριον· ἀφ' οὗ καὶ τὸ χρίσμα κατασκευάζεται, ὅ τινες λείρινον, οἱ δὲ σούσινον καλοῦσι· μαλακτικὸν ὂν τῶν νεύρων, καὶ ἰδίως τῶν περὶ μήτραν σκληριῶν. Τῆς δὲ πόας τὰ φύλλα καταπλασσόμενα ἑρπετοδήκτοις βοηθεῖ· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰ καύματα, ζεσθέντα [45]· ταριχευθέντα δὲ ἐν ὄξει τραυματικὰ

42) Sic Ald.; λάπατον vulgo.
43) Sic cod. C.; ἰκώνης vulgo. Λίλιουμ cod. N., λίνουμ vulgo.
44) Pariter e cod. C.
45) Cod. C. σβεσθέντα.

mulieris menstrualis, Romanis intybus agrestis, aliis lapathi cafaguina, aut steridos appellata] omni ex parte sativae similis est. Semen duabus drachmis potum biliosa per alvum ducit, ictis a scorpione idonea. Sed et aiunt, scorpiones hac herba admota torpescere prorsusque inertes fieri.

Cap. CVI. (CXVI.) [*De Lilio.*] Lilium regium [alii crinanthemon vocant, alii callirion, prophetae sanguinem Martis, Osthanes auram Crocodili, Aegyptii symphaiphu, alii tialos, Romani linum, aut rosam Iunonis, Syri sasa, Afri abiblabon.] Huius flos est coronarius; lirium nonnulli vocant. Ex eo paratur unguentum, quod aliqui lirinum, alii susinum appellant, nervos, privatimque matricis duritias molliens. Herbae folia imposita serpentium morsibus opitulantur: fervefacta quoque adustis proficiunt: aceto vero condita vulneribus prosunt. Ex

γίνεται. Ὁ δὲ χυλὸς αὐτῶν μιγεὶς ὄξει καὶ [46] μέλιτι, ἑψηθείς τε ἐν χαλκώματι ὑγρὸν [47] γίνεται φάρμακον πρὸς τὰ παλαιὰ ἕλκη καὶ πρόςφατα τραύματα. Ἡ δὲ ῥίζα ὀπτὴ λεία [48] σὺν ῥοδίνῳ πυρίκαυστα ἰᾶται, καὶ ὑστέραν μαλάσσει, καὶ ἔμμηνα ἄγει, καὶ ἕλκη ἐπουλοῖ· σὺν μέλιτι δὲ λεανθεῖσα νεύρων διακοπὰς καὶ στρέμματα ἰᾶται· ἀλφούς τε ἀποκαθαίρει καὶ λέπρας καὶ πίτυρα, καὶ ἀχῶρας σμήχει· τά τε πρόςωπα καθαίρει καὶ ἀῤῥυτίδωτα ποιεῖ· σὺν ὄξει δὲ λεία ἢ σὺν ὑοςκυάμου φύλλοις καὶ ἀλεύρῳ πυρίνῳ ὄρχεων φλεγμονὰς παραιτεῖται· τὸ δὲ σπέρμα ἑρπετῶν δήγμασιν ἀντιφάρμακον, ποθέν· ἐρυσιπελάτων δὲ κατάπλασμα, σὺν οἴνῳ λεανθέντα, τό τε σπέρμα καὶ τὰ φύλλα. Φασὶ δέ τινες καὶ πορφυρᾶ ἄνθη κρίνου γίνεσθαι· ἐνεργέστατα [49] δέ γεννᾶται ἐν τῇ Συρίᾳ καὶ Πισιδίᾳ τῆς Παμφυλίας πρὸς τὴν τοῦ χρίσματος κατασκευήν.

Κεφ. ρζ΄. (ριζ΄.) [Περὶ Βαλλωτῆς.] Βαλλωτή, ἢ μέλαν ἢ μέγα πράσιον, οἱ δὲ πράσιον ἕτερον καλοῦσιν [50] [οἱ

46) Sic Serap. et cod. C.; ἢ vulgo.
47) Sic cod. C., quod iam Sarac. vulg. ὑγρῶν substituit.
48) Sic recte Ald.; λεῖα solus habet Sarac.; Marcell. interponit ἢ.
49) Sic emendavit ex interpretibus Sarac.; vulgo ἐναργέστατα.
50) Sic ex Ald.

eorum succo, in aeneo vase decocto, adiectis aceto et melle, liquidum fit medicamentum, veteribus ulceribus recentibusque vulneribus utile. Radix inassata et cum rosaceo trita ambusta sanat, vulvam emollit, menstrua ciet, ulceraque cicatrice obducit. Cum melle autem detrita, praecisis nervis contortisque medetur, alphosque, lepras et furfures emendat. Quin et achoras exterget, faciemque simul purgat et erugat. Eadem trita cum aceto aut hyoscyami foliis et farina tritici, testium inflammationes demulcet. Semen vero potum serpentium morsibus adversatur: erysipelatis autem semen et folia trita ex vino imponuntur. Tradunt nonnulli, etiam purpureos nasci liliorum flores. Ceterum in Syria et Pisidia Pamphyliae lilia unguento conficiendo efficacissima proveniunt.

Cap. CVII. (CXVII.) [*De Ballota.*] Ballota, aut nigrum aut maius marrubium, quod et alterum marru-

δὲ νοφθὰν, οἱ δὲ νοτιανοσκέμιν, οἱ δὲ νόσπρασσον, οἱ δὲ νωθερᾶς, οἱ δὲ νωχελὶς, οἱ δὲ νωστελὶς, οἱ δὲ νῶφρυς, οἱ δὲ γνώθουρις, οἱ δὲ γνωτέρα, Ῥωμαῖοι ἄπνιουμ, οἱ δὲ μέλιταμ[51], οἱ δὲ οὐλκεράρια, οἱ δὲ μαῤῥούβιουμ, οἱ δὲ κανθηρίνουμ[52], Αἰγύπτιοι ἄσφος, οἱ δὲ ἔσκε[53], προφῆται αἷμα Ἰσίωνος·] καυλοὺς ἀνίησι τετραγώνους, μέλανας, ὑποδασέας, ἐκ μιᾶς ῥίζης πλείονας· φύλλα δὲ πρασίῳ ὅμοια, μείζονα δὲ καὶ δασέα, ὑποστρόγγυλα[54], ἐκ διαστημάτων τοῦ καυλοῦ, δυςώδη, παραπλήσια μελισσοφύλλου· ὅθεν καὶ τοῦτο μελισσόφυλλον ἐκάλεσαν· καὶ τὰ ἄνθη τε ἅμα περίκειται[55] τοῖς καυλοῖς τροχοειδῶς. Ταύτης τὰ φύλλα, καταπλασσόμενα μεθ' ἁλῶν, ποιεῖ πρὸς τὰ κυνόδηκτα· μαρανθέντα δὲ ἐν θερμοσποδιᾷ κονδυλώματα στέλλει, ῥυπαρά τε ἕλκη σὺν μέλιτι ἀποκαθαίρει.

Κεφ. ρη΄. (ριη΄.) [Περὶ Μελισσοφύλλου.] Μελισσόφυλλον, ὃ ἔνιοι μελίτταιναν καλοῦσιν, [οἱ δὲ μελίτταιον, οἱ δὲ μελίφυλ-

51) Sic cod. C.; μέδαταμ vulgo.

52) Sic cod. C.; μαρούβιουμ, οἱ δὲ κανθουρίνουμ vulgo.

53) C. αἶσκι.

54) Sic Ald. Ceterae interponunt, omisso ὑποστρόγγυλα, στρογγυλότερα καὶ μέλανα.

55) Quod vulgo adest λευκοῖς, contrarium καυλοῖς μέλασι, sicut antea; neque λευκὰ legendum, ut ad flores traducatur. Omittendum cum Oribas.

bium dicunt [alii nophthan, notianoscemin, nosprasson, notheras, nochelis, nostelis, nophrys, gnothuris, gnotera, Romani apnium aut melitam, ulcerariam, etiam cantherinum, Aegyptii asphos aut eske, prophetae sanguinem dicunt Isionis] caules edit quadrangulos, nigros, hirsutiusculos, ex una radice plures. Folia habet marrubio similia, maiora tamen et hirsuta, subrotunda, ex intervallis caulis (nascentia), graveolentia, melissae similia, unde et hoc melissam appellant. Sed et flores una cum foliis rotatim caules ipsos ambeunt. Huius folia e sale imposita adversus canis morsus efficacia sunt. Calido vero cinere flaccida reddita condylomata reprimunt, sordidaque ulcera cum melle purgant.

Cap. CVIII. (CXVIII.) [*De Melissa.*] Melissa, quam aliqui melittaenam [alii melittaeum, alii meliphyl-

λον, οἱ δὲ ἐρυθρά, οἱ δὲ τημελῆ, Ῥωμαῖοι ἀπιάστρουμ[56], οἱ δὲ κιτράγω, Γάλλοι μερισειμόριον·] Ὠνόμασται δὲ οὕτω[57] διὰ τὸ ἥδεσθαι τῇ πόᾳ τὰς μελίττας· ἔοικε δὲ αὐτῆς τὰ φύλλα καὶ τὰ καυλία τῇ προειρημένῃ βαλλωτῇ· μείζονα δὲ ταῦτα καὶ λεπτότερα, οὐχ οὕτω δασέα, ὄζοντα δὲ κιτρομήλου. Ἁρμόζει δὲ τὰ φύλλα ποτιζόμενα σὺν οἴνῳ καὶ καταπλασσόμενα πρὸς σκορπιοπλήκτους καὶ φαλαγγιοδήκτους καὶ κυνοδήκτους· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν καταντλούμενον πρὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖ· εἴς τε ἐγκαθίσματα πρὸς ἐμμήνων ἀγωγὴν εὐθετεῖ· ὀδονταλγίαις τε διάκλυσμα, ἔγκλυσμά τε δυσεντερικοῖς· βοηθεῖ καὶ τοῖς ὑπὸ μυκήτων πνιγομένοις σὺν νίτρῳ τὰ φύλλα πινόμενα καὶ στροφουμένοις· καὶ ἐκλεικτὸν ὀρθοπνοϊκοῖς· καταπλασσόμενα δὲ σὺν ἁλσὶ[58] διαφορεῖ χοιράδας καὶ ἕλκη ἀνακαθαίρει· τά τε ἐπὶ τῶν ἀρθριτικῶν ἀλγήματα παραιτεῖται καταπλασθέντα.

Κεφ. ρθ'. (ριθ'.) [Περὶ Πρασίου.] Πράσιον [οἱ δὲ

56) Vulgo ὠτιωστραῦ.

57) Ita cod. N. et ed. Ald. Alii διὰ τὸ ἥδεσθαι proxime post καλοῦσι ponunt.

58) Lacuna legit ἀλφίτῳ.

lum, alii erythran, alii temele, Romani apiastrum et citraginem, Galli merisimorion appellant.] Vocatur sic, quod apes ea herba delectantur. Foliis et cauliculis ante dictae ballotae similis: maiora tamen illa et tenuiora, neque ita hirsuta, citreum vero malum redolent. Folia autem e vino pota atque etiam imposita prosunt contra scorpionum ictus, nec non et phalangiorum canisque rabidi morsus. Eorumdem decoctum fotu ad eadem valet. Convenit etiamnum feminarum insessibus ad ciendos menses. Colluitur et in dentium doloribus, et clysma ex eo ad intestinorum difficultates paratur. Adminiculum praebent et folia cum nitro bibita iis, qui a fungis strangulantur, nec non torminosis, linctu vero erecta cervice anhelantibus. Ceterum imposita cum sale strumas discutiunt et ulcera purgant, sed et arthriticos dolores illita sedant.

Cap. CIX. (CXIX.) [*De Marrubio.*] Marrubium

εὐπατώριον, οἱ δὲ φυλλόφαρες, οἱ δὲ τριπέδιλον, οἱ δὲ καμηλοπόδιον, οἱ δὲ φιλόπολις[59], Αἰγύπτιοι ἀστεράπη, προφῆται αἷμα ταύρου, οἱ δὲ ἄφεδρος, γόνος Ὥρου, Ῥωμαῖοι μαρρούβιουμ, οἱ δὲ λαβεώνια, Ἀφροὶ ἀτιερβέρζια] θάμνος ἐστὶν ἀπὸ μιᾶς ῥίζης πολύκλαδος, ὑπόδασυς, λευκὸς, τετράγωνος τοῖς ῥάβδοις· φύλλον δὲ τῷ μεγάλῳ δακτύλῳ ἴσον, ὑποστρόγγυλον, δασὺ, ἔνρυσσον[60], πικρὸν τῇ γεύσει· ἐκ διαστημάτων δὲ ἐπὶ τῶν καυλῶν τὸ σπέρμα, καὶ ἄνθη οἱονεὶ σπόνδυλοι τραχέα· φύεται περὶ τὰ οἰκόπεδα καὶ ἐρείπια[61]. Τούτου τὰ φύλλα ξηρὰ σὺν τῷ σπέρματι ἑψόμενα σὺν ὕδατι, ἢ χυλιζόμενα χλωρὰ[62], δίδοται μετὰ μέλιτι φθισικοῖς, ἀσθματικοῖς, βήσσουσιν· ἀνάγει καὶ πάχος ἐκ θώρακος, ἴριδος ξηρᾶς μιγείσης· δίδοται καὶ ταῖς μὴ καθαιρομέναις γυναιξὶ πρὸς ἀγωγὴν ἐμμήνων καὶ δευτέρων, καὶ δυςτοκούσαις καὶ θηριοδήκτοις καὶ τοῖς θανάσιμον πεπωκόσι· κύστει μέντοι καὶ νεφροῖς ἄθετα[63]· τὰ δὲ φύλλα καταπλασ-

59) Sic cod. N.; φιλόφαρες vulgo.
60) Sic cod. C.; ἔρισσον vulgo. 61) θριγκία cod. C.
62) ὑγρὰ cod. N. et loco δίδοται habet ad finem βοηθεῖ.
63) Sic codd. C. N.; ἄθετοι vulgo.

[alii eupatorium aut phyllophares, alii tripedilon, alii camelopodion, alii philopolin, Aegyptii asteropen, prophetae sanguinem tauri, alii menstruum sanguinem aut genituram Hori, Romani marrubium et labeoniam, Afri atierberzia appellant] frutex est ab una radice ramosus, subhirsutus, albus, virgis quadrangulis. Folium pollicem aequat, subrotundum, hirsutum, subrugosum, gustu amarum. Semen est in caulibus ex intervallis: flores verticillato ambitu asperi. Nascitur circa domorum areas et rudera. Huius foliorum siccorum cum semine decoctum ex aqua, aut etiam recentium foliorum succus una cum melle tabidis, anhelantibus tussientibusque exhibetur. Crassos humores e pectore, admixta iride sicca educit. Datur et mulieribus, quae non purgantur, ad evocanda menstrua et secundas pellendas: itemque difficile parientibus atque his, qui a venenatis bestiis commorsi sunt, nec non et iis, qui venena hauserunt. Attamen vesicam ac

σόμενα σὺν μέλιτι ῥυπαρὰ ἕλκη ἀνακαθαίρει, πτερύγιά τε καὶ νομὰς ἀφίστησι, καὶ ὀδύνας πλευρῶν παραιτεῖται· καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν δὲ σκευαζόμενον χύλισμα, ἐκθλιβομένων τῶν φύλλων, καὶ συστρεφόμενον ἐν ἡλίῳ πρὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖ· ἔστι δὲ καὶ ὀξυδερκὲς, σὺν οἴνῳ καὶ μέλιτι ἐγχριόμενον· ἀποκαθαίρει δὲ καὶ ἴκτερον διὰ τῶν ῥινῶν· ὠταλγίαις τε ἁρμόζει, ἐγχυματιζόμενον καθ' ἑαυτὸ καὶ μετὰ ῥοδίνου[64].

Κεφ. ρί. (ρκ'.) [Περὶ Στάχυος.] Στάχυς, θάμνος ἐμφερὴς πρασίῳ, ὑπομηκέστερος δὲ καὶ πλεῖστα φυλλάρια ἔχων ἐκ διαστημάτων ὑποστρόγγυλα, δασέα[65], σκληρὰ, εὐώδη, λευκά· ῥαβδία δὲ πλείονα ἀπὸ τῆς αὐτῆς ῥίζης, λευκότερα τῶν τοῦ πρασίου. Φύεται ἐν ὀρεινοῖς[66] καὶ τραχέσι χωρίοις. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, δριμεῖαν· ὅθεν τὸ ἀπόζεμα τῶν φύλλων ἔμμηνα καὶ δεύτερα ἄγει πινόμενον.

Κεφ. ρια'. (ρκα'.) [Περὶ Φυλλίτιδος.] Φυλλῖτις· [οἱ

64) Cod. N. adscripta habet sequentia: *Τὰ δὲ φύλλα σὺν στέατι ὑείῳ παλαιῷ κυνόδηκτα θεραπεύει.* Plura etiam aliena a nostris codd. habet Serap.

65) Sic codd. C. N. et Anguillara. Vulgo *πλεῖστα φύλλα ἀραιὰ ἔχων*, quod contrarium *σκληροῖς* manifeste corruptum est.

66) C. *ἀρούραις*.

renes offendit. Folia cum melle illita sordida ulcera purgant, pterygia nomasque sistunt, et laterum dolores mitigant. Sed et succus foliis contusis expressus et in sole coactus ad eadem pollet. Cum vino quoque ac melle inunctus oculorum claritatem adiuvat: per nares itidem regium morbum expurgat. Denique aurium doloribus per se et cum rosaceo convenienter instillatur.

Cap. CX. (CXX.) [*De Stachy.*] Stachys frutex est marrubio similis, sed aliquanto longior, et folia proferens ex intervallis minuta, numerosa, subrotunda, hirsuta, rigida, odorata, albida, et complures virgulas ab eadem radice exeuntes, quam marrubii candidiores. Nascitur in montosis et asperis locis. Vim habet calefacientem, acrem: ideoque foliorum decoctum menstrua secundasque potu pellit.

Cap. CXI. (CXXI.) [*De Phyllitide.*] Phyllitis [aliis

δὲ φυλλὶς[67], οἱ δὲ ἄκαυλον, οἱ δὲ λάπαθον ἄγριον καλοῦσι] φύλλα ἀνίησιν ὅμοια λαπάθῳ, ἐπιμηκέστερα δὲ καὶ εὐθαλέστερα[68], ς' ἢ ζ', ὀρθὰ, λεῖα ἐκ τῶν ἔμπροσθεν[69], ἐκ τῶν ὄπισθεν δὲ καθάπερ σκώληκας ἔχοντα ἀπηρτημένους, λεπτούς. Φύεται ἐν παλισκίοις[70] καὶ παραδείσοις. Γευσαμένῳ στρυφνή. Οὔτε δὲ καυλὸν, οὔτε καρπὸν, οὔτε ἄνθος φέρει. Ταύτης τὰ φύλλα μετ' οἴνου πινόμενα πρὸς ἑρπετοδήκτους ποιεῖ· ἐπὶ τετραπόδων τε διὰ στόματος ἐγχυματισθεῖσα[71] βοηθεῖ· πίνεται καὶ πρὸς δυσεντερίαν καὶ διάῤῥοιαν.

Κεφ. ριβ'. (ρκβ'.) [Περὶ Φαλαγγίου.] Φαλάγγιον, οἱ δὲ φαλαγγίτιον, οἱ δὲ καὶ ταύτην λευκάκανθαν καλοῦσι· κλῶνές εἰσι δύο, ἢ τρεῖς, ἢ πλείονες, διεστῶτες ἀπ' ἀλλήλων· ἄνθη λευκὰ, παραπλήσια κρίνῳ, ἐντομὰς πολλὰς ἔχοντα· σπέρμα δὲ παχὺ[72], μέλαν, ὥςπερ φακοῦ ἥμισυ[73], ἰσχνότερον μέντοι πολλῷ· ῥιζίον μικρὸν, λεπτὸν, χλωρὸν ἅμα τῷ ἐλ-

67) Sic Ald., Asul. et Marc.; φύλλις Cornar., Goupyl. et Sarac.
68) C. εὐθαλῆ, στερεά.
69) C. et Oribas. ἔνδοθεν.]
70) Sic cod. C., Ald., Asul., Marc.; κατασκίοις Cornar., Goupyl., Sarac.
71) Sarac. legere malebat ἐγχυματισθέντα, ut ad folia quadraret, sed φυλλίτιδι respondet.
72) Marcell. et Sarac. praeferunt e Plin. πλατύ, sed perperam.
73) Marcell. et Lacuna legerunt ἢ μεῖζον.

phyllis, aliis acaulon, nonnullis lapathum sylvaticum dicta] folia promit lapatho similia, sed oblongiora et magis virentia, sena septenave, recta, quaeque parte anteriore laevia cernuntur, posteriore vero vermiculos quasi tenues distantes habent. Nascitur in umbrosis locis et viridariis. Gustu est acerba. Neque vero caulem, neque semen, neque florem profert. Folia in vino pota serpentium morsibus adversantur. Quadrupedibus per os infusa (herba) auxilio est. Bibitur et ad dysenteriam diarrhoeamque.

Cap. CXII. (CXXII.) [*De Phalangio.*] Phalangium, nonnulli phalangiten, alii et hoc leucacantham appellant. Ramuli ei sunt duo, aut tres pluresve, a se distantes; flores candidi, liliaceis similes, incisuras plures habentes. Semen vero crassum, nigrum, ad dimidiatae lentis figuram, sed multo gracilius. Radicula parva, tenuis, quae,

κυσθῆναι ἐκ τῆς γῆς· ὕστερον γὰρ συνέλκεται[74]. Φύεται δὲ ἐν γεωλόφοις. Ταύτης τὰ φύλλα καὶ τὸ σπέρμα καὶ τὸ ἄνθος πινόμενον μετ' οἴνου σκορπιοπλήκτοις βοηθεῖ καὶ φαλαγγιοδήκτοις· λύει δὲ καὶ στρόφους.

Κεφ. ριγ'. (ρκγ'.) [Περὶ Τριφύλλου.] Τρίφυλλον, οἱ δὲ ὀξύφυλλον, οἱ δὲ μηνυανθὲς, οἱ δὲ ἀσφάλτιον, οἱ δὲ κνίκιον, Ῥωμαῖοι τριφόλιουμ ἀκούτουμ ὀδοράτουμ καλοῦσι. Θάμνος ἐστὶ πήχεως[75] μείζων, ῥάβδους ἔχων λεπτὰς[76], μελαίνας, σχοινώδεις[77] παραφυάδας ἐχούσας, ἐφ' ὧν φύλλα ὅμοια λωτῷ τῷ δένδρῳ, τρία καθ' ἑκάστην βλάστησιν· ὀσμὴ δὲ αὐτῶν ἄρτι μὲν φυομένων, πηγάνου, αὐξηθέντων δὲ ἀσφάλτου· ἄνθος δὲ ἀνίησι πορφυροῦν, σπέρμα δὲ ὑπόπλατυ καὶ ὑπόδασυ, ἐκ τοῦ ἑτέρου πέρατος ὥσπερ κεραίαν ἔχον· ῥίζα δὲ λεπτὴ, μακρὰ, ἰσχυρά[78]. Βοηθεῖ δὲ τὸ σπέρμα καὶ τὰ φύλλα, πινόμενα ἐν ὕδατι, πλευριτικοῖς, δυσουροῦσιν, ἐπιληπτικοῖς, ἀρχομένοις ὑδρωπιᾷν, ὑστερικαῖς· ἄγει δὲ καὶ

74) Cod. C. συνέρχονται.
75) Oribas. interponit ἢ καί.
76) Cod. C. μεστάς.
77) Cod. C. et interpretes omnes sic legunt; Σχινώδεις Ald. et editt.
78) Cod. C. et Lacuna στερεά.

dum e terra eruitur, colorem habet herbaceum, dein vero semet contrahit. Nascitur in collibus. Folia, semen et flos, si ex vino bibuntur, contra scorpionum ictus phalangiorumque morsus prosunt: tormina quoque discutiunt.

Cap. CXIII. (CXXIII.) [*De Trifolio.*] Trifolium, quod nonnulli oxyphyllum, alii menyanthes, aut asphaltion et cnicion vocant, Romani autem trifolium acutum odoratum, frutex est cubito altior, virgas habens tenues, nigras, cum surculis iunceis, in quibus folia loti arboris similia, terna e quovis germine. Odor eorum, ubi recens nata sunt, rutam, adultorum vero bitumen referens. Florem edit purpureum, semen latiusculum et subhirsutum, ab altera extremitate velut corniculum gerens. Radix vero tenuis, longa ac firma. Semen et folia in aqua pota pleuriticis, urinae difficultate laborantibus, comitialibus, hydropicis incipientibus et hystericis opitulantur:

collocantur. Vis ei perfrigerans et astringens: quare folia, tum per se, tum cum polenta imposita, valent ad erysipelata, herpetas, ulcera rodentia, oculorum inflammationes, ambusta et podagras. Succus autem adversus capitis dolores cum rosaceo affunditur: morsis a phalangio potui datur, itemque profluvio alvi laborantibus et intestinorum difficultate. Sed et teretes lumbricos excutit ex vino potus, et fluorem muliebrem sistit, in vellere subditus: denique in oculorum lippitudine utiliter inungitur.

Cap. LXXXIX. (XC.) [*De Sempervivo parvo.*] Sempervivum parvum [quod alii petrophyes, alii brotion, aut theobrotion, aut crobysson, aut hyemalem, aut ceraunian, Romani vitalem aut herbam sempervivam, Aegyptii etiicelta vocant]. Nascitur in muris, rupibus, mace-

σκίοις. Καυλία ἀπὸ μιᾶς ῥίζης πολλὰ, λεπτὰ, περιπλέα[92] φυλλαρίων περιφερῶν, λιπαρῶν, μικρῶν[93], ὀξέων ἐπ' ἄκρου· ἀνίησι δὲ καὶ καυλὸν ἐν μέσῳ περὶ σπιθαμὴν τὸ μέγεθος, ἔχοντα σκιάδιον, καὶ ἄνθη λεπτὰ καὶ χλωρά[94]. Τούτου τὰ φύλλα δύναμιν ἔχει τὴν αὐτὴν τῷ προειρημένῳ.

(Κεφ. ϛα΄. Περὶ Ἀειζώου ἑτέρου)[95]. Δοκεῖ δὲ εἶναι καὶ τρίτον εἶδος ἀειζώου, ὃ ἔνιοι ἀνδράχνην ἀγρίαν ἢ τηλέφιον ἐκάλεσαν, Ῥωμαῖοι δὲ ἰλλέκεβραν[96]· ἔχει δὲ αὐτὴ πλατύτερα[97] τὰ φυλλάρια πρὸς τὰ τῆς ἀνδράχνης καὶ δασέα· φύεται ἐν πέτραις. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, δριμεῖαν, ἑλκωτικὴν, χοιράδων διαφορητικὴν, σὺν ὀξυγγίῳ καταπλασθέν.

Κεφ. ϛ΄. (ϛβ΄.) [Περὶ Κοτυληδόνος.] Κοτυληδὼν, οἱ δὲ σκυτάλιον, οἱ δὲ κυμβάλιον [οἱ δὲ κῆπος Ἀφροδίτης, οἱ δὲ γῆς ὀμφαλὸς, οἱ δὲ στιχὶς, οἱ δὲ στέργηθρον, Ῥωμαῖοι οὐμβιλίκουμ βένερις] φύλλον ἔχει ὥςπερ ὀξύβαφον, περιφερὲς,

92) C. add. ἐκ πλαγίου. 93) Cod. C. et Cantacuz. μακρῶν.
94) Serap. *flores citrinos* habet.
95) Idem est, quod lib. 2. c. 151. ἀνδράχνη ἀγρία.
96) Huc et Aldinae additamenta: Ἀείζωον τὸ λεπτόφυλλον, Ῥωμαῖοι σεμπερβίβουμ μίνους.
97) Sic Oribas. et Lacuna; παχύτερα vulgo.

riis et sepulcris umbrosis. Cauliculi surgunt ex una radice multi, tenues, pleni foliolis teretibus, nitidis, pusillis, apice acutis. Promit et e medio caulem fere dodrantalem, umbella floribusque tenuibus et ex luteo pallidis praeditum. Folia eadem, ac prioris, vi pollent.

(Cap. XCI. De Sempervivo alio.) Videtur et tertium esse sempervivi genus, quod nonnulli portulacam agrestem aut telephium vocaverunt, Romani illecebram, foliolis latioribus, quam portulacae, ac hirsutis. Nascitur in rupibus. Vim habet calefacientem, acrem et exulcerantem: strumas discutit, cum exungia cataplasmatis vice impositum.

Cap. XC. (XCII.) [*De Cotyledone.*] Cotyledon, quam alii scytalion, cymbalion alii, [alii hortum veneris, nonnulli umbilicum terrae, alii stichis aut stergethron, Romani umbilicum veneris vocant] folium habet acetabuli instar orbiculatum ac obscure concavum, brevem cau-

λεληθότως κοῖλον· καυλίον δὲ ἐν μέσῳ βραχὺ, ἐν ᾧ[98] τὸ σπέρμα· ῥίζαν, ὡς ἐλαίαν, στρογγύλην. Ταύτης καὶ τῶν φύλλων ὁ χυλὸς μετ' οἴνου περιχριόμενος ἢ ἐγκλυζόμενος φιμοὺς τοὺς ἐν αἰδοίοις χαλᾷ· φλεγμονάς τε καὶ ἐρυσιπέλατα καὶ χειμέτλας καὶ χοιράδας καταπλαττομένη ὠφελεῖ, καὶ στόμαχον καυσούμενον· ἐσθιόμενα δὲ τὰ φύλλα σὺν τῇ ῥίζῃ λίθους θρύπτει καὶ οὖρα κινεῖ· καὶ ὑδρωπικοῖς σὺν οἰνομέλιτι δίδοται, χρῶνται δὲ αὐτῇ καὶ εἰς τὰ φίλτρα.

Κεφ. ϛα'. (ϛγ'.) [Περὶ ἑτέρας Κοτυληδόνος.] Ἔστι καὶ ἕτερον εἶδος κοτυληδόνος, ὅ τινες καὶ κυμβάλιον καλοῦσι, πλατύτερα ἔχον καὶ ἁπαλώτερα[99] φύλλα, ὡς γλωττάρια[100], πυκνὰ περὶ τὴν ῥίζαν, οἱονεὶ ὀφθαλμὸν ἕνα μέσον περιγράφοντα, ὥςπερ τὸ μεῖζον ἀείζωον, τῇ γεύσει στύφοντα· καυλίον λεπτὸν, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἄνθη καὶ σπέρματα ὅμοια ὑπερικῷ, ῥίζαν δὲ μείζονα· ποιεῖ δὲ πρὸς ἃ καὶ τὸ ἀείζωον.

Κεφ. ϛβ'. (ϛδ'.) [Περὶ Ἀκαλύφης[1].] Ἀκαλύφη, οἱ δὲ κνίδη, [οἱ δὲ ἀδίκη, Ῥωμαῖοι οὐρτίκα, Αἰγύπτιοι σελέψιον,

98) C. ἐφ' οὗ. 99) Sic C.; λιπαρά vulgo.
100) C. κλωνάρια.
1) Cod. C. inscriptionem habet: περὶ κνήφης.

liculum in medio fructiferum, radicem olivae modo rotundam. Huius foliorumque succus cum vino circumlitus aut collutus in pudendis constrictionem laxat: inflammationibus, pernionibus ac strumis, itemque stomacho aestuanti utiliter imponitur. Folia cum radice comesta calculos comminuunt urinasque cient, et hydropicis cum mulso exhibentur. Est et ipsius usus ad amatoria.

Cap. XCI. (XCIII.) [*De Cotyledone altera.*] Est et alterum cotyledonis genus, quod etiam cymbalion appellant, latiora habens folia et pinguia, sicut lingulae, crebra circa radicem et velut oculum in medio constituentia, quemadmodum de sempervivo maiori dictum est, gustu astringentia. Cauliculus tenuis, in cuius summo flores sunt et fructus hyperici. Radix maiuscula. Usus eius ad eadem, quae sempervivi.

Cap. XCII. (XCIV.) [*De Urtica.*] Urticae, quam et cniden [et adicem, Aegyptii selepsion, Daci dyn vo-

Δάκοὶ δύν.] Δισσὸν εἶδος ἔστιν αὐτῶν· ἡ μὲν γάρ ἐστιν ἀγριωτέρα, τραχυτέρα καὶ πλατυτέρα καὶ μελαντέρα τοῖς φύλλοις· καρπὸν δὲ ὅμοιον λινοσπέρμῳ[2] *ἔχει, πλὴν ἐλάττονα. Ἡ δὲ ἑτέρα [Ῥωμαῖοι οὐρτίκα μόλλις] λεπτόσπερμός τε καὶ οὐχ ὁμοίως τραχεῖα. Ἀμφοτέρων δὲ τὰ φύλλα καταπλασσόμενα μεθ᾽ ἁλῶν, κυνόδηκτα ἰᾶται καὶ γαγγραινικὰ, καὶ τὰ κακοήθη καὶ καρκινώδη καὶ τὰ ῥυπαρὰ τῶν ἑλκῶν, καὶ στρέμματα, φύματα, παρωτίδας, φύγεθλα, ἀποστήματα· σπληνικοῖς δὲ μετὰ κηρωτῆς ἐπιτίθενται· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐκ μυκτήρων αἱμοῤῥαγίας τὰ φύλλα σὺν τῷ χυλῷ λεῖα ἐπιτιθέμενα· κινεῖ δὲ καὶ ἔμμηνα, λεῖα μετὰ σμύρνης ἐπιτιθέμενα, καὶ ὑστέρας προπτώσεις ἀποκαθίστησι νεαρὰ τὰ φύλλα προσαπτόμενα. Τὸ δὲ σπέρμα ἐπὶ συνουσίαν παρορμᾷ, πινόμενον μετὰ γλυκέος, καὶ ὑστέραν ἀναστομοῖ· σὺν μέλιτι δὲ ἐκλειχόμενον, ὀρθοπνοίας ὠφελεῖ καὶ πλευρίτιδας καὶ περιπνευμονίας· ἀνάγει δὲ καὶ τὰ ἐκ θώρακος· μίγνυται δὲ καὶ σηπταῖς. Συνεψηθέντα δὲ τὰ φύλλα κογχαρίοις, τὰς κοιλίας μαλάττει, λύει ἐμπνευματώσεις, οὖρα κινεῖ· σὺν πτισάνῃ*

2) Serap. *cannabis* habet.

cant] duo sunt genera. Altera nimirum agrestior est, foliis asperioribus, latioribus nigrioribusque, fructu lini, sed minori. Altera [quam mollem Romani dicunt] minuto semine est et non aeque aspera. Utriusque folia cum sale cataplasmate imposita canis morsibus medentur, itemque in gangraenam proclivia, maligna, in carcinoma vergentia sordidaque ulcera, luxata, tubercula, parotidas, panos et abscessus sanant. Lienosis eadem cum ceratis imponuntur. Faciunt et ad sanguinis e naribus profluvia folia ipsa cum succo trita et naribus indita. Menses quoque cient eadem cum myrrha trita et apposita: quin et matricis prolapsus restituunt folia recentia admota. Semen ex passo potum venerem stimulat et uterum aperit. Idem cum melle delinctum erecta cervice anhelantibus, lateris et pulmonum inflammatione laborantibus prodest: thoracem purgat, ac septicis etiam medicamentis admiscetur. Cum conchulis cocta folia cavitates corporis emolliunt, inflationes discutiunt urinasque cient. At cum pti-

δὲ ἑψηθέντα τὰ ἐκ θώρακος ἀνάγει· τὸ δὲ ἀφέψημα τῶν φύλλων σὺν ὀλίγῃ σμύρνῃ ποθὲν κινεῖ καταμήνια· ὁ δὲ χυλὸς ἀναγαργαριζόμενος στέλλει κιονίδα φλεγμαίνουσαν.

Κεφ. ϛγ΄. (ϟε΄.) [Περὶ Γαλιόψεως.] Γαλίοψις, οἱ δὲ γαλεόβδολον [οἱ δὲ γάλεφος, Αἰγύπτιοι αἴθοπι, Ῥωμαῖοι οὐρτίκα λαβωνέμ]. Ὅλον τὸ θαμνίον σὺν τῷ καυλῷ καὶ τοῖς φύλλοις ἐμφερές ἐστι κνίδῃ, λειότερα δὲ τὰ φύλλα καὶ ἱκανῶς δυςώδη ἐν τῷ διατρίψαι· ἄνθη λεπτὰ πορφυρίζοντα[3]. Φύεται ἐν φραγμοῖς καὶ παρὰ τὰς ὁδοὺς καὶ οἰκόπεδα πανταχοῦ. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα καὶ ὁ χυλὸς καὶ ὁ καυλὸς καὶ ὁ καρπὸς[4] διαχυτικὴν σκληρωμάτων καὶ καρκινωμάτων, χοιράδων, παρωτίδων, φυγέθλων. Δεῖ δὲ μετ᾽ ὄξους δὶς[5] τῆς ἡμέρας καταπλάσσειν, χλιαρὸν ποιοῦντας τὸ κατάπλασμα· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῆς καταντλεῖται ὠφελίμως· ποιεῖ καὶ πρὸς νομὰς, γαγγραίνας καὶ σηπεδόνας, μεθ᾽ ἁλῶν καταπλασσόμενα.

3) C. πορφυρᾶ.

4) Καὶ ὁ καυλὸς καὶ ὁ καρπὸς, ut antecedens πανταχοῦ, desunt in cod. C.

5) Deest in Goupyl.

sana cocta egerunt, quae intra pectus haerent. Menstruum sanguinem provocat decoctum foliorum cum myrrhae modico potum. Inflammatam denique uvulam gargarizatus succus reprimit.

Cap. XCIII. (XCV.) [*De Galiopsi.*] Galiopsis, quam alii galeobdolon, [alii galephos, Aegyptii aethopi, Romani urticam labeonem vocant] toto fruticulo cum caule et foliis urticam refert. At laeviora sunt folia et valde graveolentia, si conteruntur: flores tenues ac purpurascentes. Nascitur iuxta sepes, semitas et aedificiorum areas ubique. Folia et succus, caulis ac fructus vim habent duritias, carcinomata, strumas, parotidas et panos discutiendi. Sed eiusmodi cataplasma, addito aceto, tepidum bis de die imponi oportet. Utiliter etiam decocto herbae partes foventur. Ceterum et ad ulcera depascentia et putrescentia, ad gangraenas etiam cum sale (folia) imponuntur.

Κεφ. ϟδʹ. (ϟϛʹ.) [Περὶ Γαλίου.] Γάλιον[6], οἱ δὲ γαλλέριον, οἱ δὲ γαλάτιον· ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ γάλα πηγνύειν ἀντὶ πυτίας αὐτό[7]. Τὸ δὲ κλωνίον καὶ τὰ φύλλα[8] ἔχει ἐμφερέστατα ἀπαρίνῃ, [ἐκεῖνο] ὀρθὸν δὲ, καὶ ἐπ᾽ ἄκρου ἄνθος μήλινον, λεπτὸν, πυκνὸν, πολὺ εὔοσμον· οὗ τὸ ἄνθος πρὸς τὰ πυρίκαυστα καταπλάσσεται, καὶ αἱμοῤῥαγίας ἵστησι· μίγνυται δὲ καὶ κηρωτῇ ῥοδίνῃ, ἡλιαζόμενον, ἄχρις ἂν λευκὸν γένηται· καὶ ἔστι τὸ τοιοῦτον ἄκοπον. Ἡ δὲ ῥίζα πρὸς συνουσίαν παρορμᾷ· φύεται δὲ ἐν ἑλώδεσι τόποις.

Κεφ. ϟεʹ. (ϟζʹ.) [Περὶ Ἠριγέροντος.] Ἠριγέρων, οἱ δὲ ἐρεχθίτης [Ῥωμαῖοι ἔρβουλουμ, οἱ δὲ σενέκιουμ,] καυλίον ἐστὶ πηχυαῖον, ὑπέρυθρον, συνεχῆ ἔχον φυλλάρια, ἀκροσχιδῆ ὥςπερ εὔζωμον, παραπολὺ δὲ ἐλάττονα· ἄνθη μηλίζοντα, ταχέως σχιζόμενα καὶ ἐξανθοῦντα εἰς τοὺς λεγομένους πάππους· ὅθεν καὶ ἠριγέρων ὠνομάσθη, διὰ τὸ ἔαρος τὰ ἄνθη τριχοειδῶς πολιοῦσθαι· ῥίζα ἄχρηστος. Φύεται μάλιστα ἐπὶ

6) Vulgo scribitur *γάλλιον*, sed perperam, ut ex etymo patet. *Γάλιον* etiam Paull., *γάλαιον* cod. C.

7) Ultima *ἀντὶ πυτίας αὐτό* desunt in cod. C.

8) Sic cod. C.; *φύλλον* vulgo.

Cap. XCIV. (XCVI.) [*De Galio.*] Galium, quod alii gallerion, galation alii appellant, ita nominatur, quod coaguli vice lac cogat. Ramulum foliaque habet aparines simillima, illum quidem rectum atque in eius fastigio florem luteum, tenuem, crebrum, admodum odoratum. Is illinitur ambustis, sanguinisque profluvia sistit. Admixtus et cerato rosaceo insolatusque, donec albescat, medicamentum fit ad lassitudinem tollendam. Radix venerem concitat. Ceterum nascitur in palustribus locis.

Cap. XCV. (XCVII.) [*De Senecione.*] Senecio, quem alii erechthiten dicunt, [Romani etiam herbulam,] cauliculum sistit cubitalem, subrubentem, foliolis crebris et erucae modo profundius incisis, floribus lutescentibus, qui quidem cito finduntur ac deflorescentes in pappos abeunt. Atque inde etiam erigerontis nomen apud Graecos adeptus est, quod verno tempore flores capillorum more canescant. Radix nullius est usus. Nascitur maxime in

θριγκοῖς καὶ περὶ τὰς πόλεις. Δύναμιν δὲ ἔχει ψυκτικὴν τὰ φύλλα σὺν τοῖς ἄνθεσιν· ὅθεν καταπλασσόμενα τὰ φύλλα σὺν οἴνῳ γλυκεῖ[9], ἢ καὶ καθ' ἑαυτὰ, φλεγμονὰς ὄρχεων καὶ δακτυλίου θεραπεύει· σὺν δὲ μάννῃ τά τε ἄλλα τραύματα καὶ τὰ ἐν νεύροις ἰᾶται. Καὶ οἱ πάπποι δὲ καθ' ἑαυτοὺς καταπλασθέντες ἐν ὄξει τὸ αὐτὸ δρῶσι· ποθέντες μέντοι νεαροὶ πνιγμὸν ἐπιφέρουσιν· ὅλος δὲ ὁ καυλὸς σὺν ὕδατι ἑψηθεὶς, καὶ σὺν γλεύκει πινόμενος, στομάχου πόνους τοὺς ἀπὸ χολῆς θεραπεύει.

Κεφ. ϛϛ'. (ϛη'.) [Περὶ Θαλίκτρου.] Θάλικτρον[10] φύλλα παραπλήσια κορίῳ ἔχει, λιπαρώτερα δὲ, καὶ καυλίον πηγανίου πάχος, ἐφ' οὗ τὰ φύλλα· ἅπερ καταπλασθέντα λεῖα τὰ χρόνια τῶν ἑλκῶν ἐπουλοῖ. Φύεται δὲ μάλιστα ἐν πεδίοις.

Κεφ. ϛζ'. (ϛθ'.) [Περὶ Βρύου θαλασσίου.] Βρύον θαλάσσιον [οἱ δὲ βάλλαρις, οἱ δὲ ἰράνη, Ῥωμαῖοι γνωμουσίλλον][11]· φύεται ἐπὶ λίθων καὶ ὀστράκων παρὰ θάλασσαν·

9) Sic cod. C. Quam veram lectionem iam commendat Marcellus. Ἐν ὀλίγῳ οἴνῳ vulgo.

10) Plinii (27, 112.) codd. omnes *Thalitruum*. Galen. θαλίηκτρον. Paull. θαλίητρον.

11) Sic cod. C.; γνωμευσίλου editt.

maceriis et circa oppida. Folia cum floribus refrigerandi vim habent: proindeque illita cum vino dulci, aut etiam per se, testium et sedis inflammationes sanant. Quin et ex manna (turis) cum reliquis medentur vulneribus, tum iis, quae nervis inflicta sunt. Illiti quoque pappi per se cum aceto idem praestant: verum recentes epoti suffocationem producunt. Totus autem caulis ex aqua coctus, si cum musto potui datur, stomachi dolores a bile contractos sanat.

Cap. XCVI. (XCVIII.) [*De Thalictro.*] Thalictrum folia coriandro similia habet, sed pinguiora: cauliculum rutae crassitudine, in quo folia: quae quidem trita et illita ulcera diuturna ad cicatrices perducunt. Nascitur praecipue in campestribus.

Cap. XCVII. (XCIX.) [*De Musco marino.*] Muscus marinus [quem et vallarem et iranem, Romani gnomusillon vocant] nascitur in saxis testisque ad mare. Est

θριδακῶδες[12], ἰσχνὸν, ἄκαυλον, ἱκανῶς στυπτικὸν, ποιοῦν πρὸς φλεγμονὰς καὶ ποδάγρας τὰς στύψεως[13] δεομένας.

Κεφ. ϛή. (ρ'.) [Περὶ Φύκου θαλασσίου.] Φῦκος θαλάσσιον γίνεται τὸ μέντοι αὐτοῦ πλατὺ, τὸ δὲ ὑπόμηκες καὶ φοινίσσον, τὸ δὲ λευκὸν[14], φυόμενον δὲ ἐν Κρήτῃ πρὸς τῇ γῇ, εὐανθὲς ἄγαν καὶ ἄσηπτον. Στυπτικὴν[15] δὲ ἔχει πάντα τὴν δύναμιν, ποιοῦσαν ἐν καταπλάσμασι πρὸς ποδαγρικὰς διαθέσεις καὶ φλεγμονάς[16]. Δεῖ δὲ αὐτοῖς χρῆσθαι ἐνίκμοις πρὸ τοῦ ξηρανθῆναι. Νίκανδρος δέ φησι καὶ θηριακὸν εἶναι τὸ φοινικοῦν[17]· ὅπερ ἔδοξαν ἔνιοι εἶναι, ᾧ αἱ γυναῖκες χρῶνται, ὄντος ἐκείνου ῥιζίου, ὁμωνύμως δὲ καλουμένου φύκους[18].

Κεφ. ϛθ'. (ρα'.) [Περὶ Ποταμογείτονος.] Ποταμογείτων, [οἱ δὲ σταχυΐτην, Ῥωμαῖοι φοντίλις ἢ φλουμινάλις[19],

12) Sic codd. C., N., Lacuna et Plin. 13, 49.; τριχῶδες editt. et Oribas.
13) Ψύξεως Sarac. e Galeno suspicatur.
14) Lacuna legit οὖλον.
15) Sic Oribas. et Lacuna; ψυκτικὴν vulgo.
16) Sic legendum Sarac. suasit. Ποδαγρικαῖς καὶ ταῖς φλεγμοναῖς vulgo.
17) Nicandr. ther. v. 845.
18) Theophr. de odor. c. 31. p. 743. ed. Schneid. Salmas. Plin. exerc. p. 808.
19) Sic codd. C. N.; prius forte φοντινάλις, vulgo φατάλις.

autem lactucaeformis, gracilis, sine caule, valde astringens, efficax ad inflammationes et podagras, quae astrictionis opus habent.

Cap. XCVIII. (C.) [*De Fuco marino.*] E fuci marini generibus quoddam latum, alterum oblongum et puniceum, tertium candidum, quod in Creta nascitur iuxta terram (oram), pulcre floridum, neque corruptioni obnoxium. Omnia autem genera habent vim astringentem, quae in cataplasmatibus ad podagricos affectus et inflammationes utilis est. Oportet vero iis uti etiamnum humentibus, antequam exaruerint. Nicander puniceum asserit adversus serpentes valere. Id est, quod credidere esse (fucum), quo mulieres utantur, qui tamen radicula eiusdem nominis est.

Cap. XCIX. (CI.) [*De Potamogetone.*] Potamogeton [quem nonnulli stachyïtem, Romani fontinalem aut

Αἰγύπτιοι ἐθέγχις] φύλλον ἐστὶν ὅμοιον σεύτλῳ, δασὺ, καὶ ὀλίγον ὑπερκύπτον τοῦ ὕδατος. Ψύχει δὲ καὶ στύφει, ἁρμόζον κνησμοῖς καὶ νεμομένοις καὶ παλαιοῖς ἕλκεσιν· ὠνόμασται δὲ διὰ τὸ ἐν τέλμασι καὶ ἐνύδροις τόποις φύεσθαι.

[[20]Ἔστι καὶ ποταμογείτων ἕτερος[21], οἱ δὲ ἁλιμοκτόνον, οἱ δὲ θύρσιον[22], Ῥωμαῖοι βῆναι φόλιουμ, οἱ δὲ ἑρβάγω, οἱ δὲ γλαδιατώριαμ, Ἀφροὶ ἀστιρκὸκ, Δακοὶ κοαδάμα, Γάλλοι ταυρούκ. Τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια σεύτλῳ, λεπτότερα δὲ καὶ μακρότερα καὶ πλείω· καυλία δὲ λεπτὰ[23], γέμοντα καρποῦ ὑπερυθροῦ, στύφοντος τῇ γεύσει[24]. Δύναται δὲ ὁ καρπὸς λεῖος σὺν οἴνῳ ποθεὶς ὀξυβάφου πλῆθος δυσεντερικοὺς καὶ κοιλιακοὺς ὠφελεῖν, καὶ ἐρυθρὸν ῥοῦν γυναικεῖον ἐφιστάνειν. Φύεται ἐν λειμῶσι καὶ ἐνύδροις τόποις[25].]

Κεφ. ρ΄. (ρβ΄.) [*Περὶ Στρατιώτου.*] Στρατιώτης, ὁ ἐπὶ τῶν ὑδάτων φυόμενος, οἱ δὲ ποτάμιον στρατιώτην κα-

20) Quae sequuntur, in codd. C. et N. leguntur.

21) Jam repetuntur plura synonyma e plantaginis descriptione lib. 2. c. 153.

22) Sic cod. N.; οὔρσιον C. 23) Ὀρθά addit N.

24) Sambuc. apud Sarac. p. 469. ὃς βρωθεὶς στύφει.

25) Sambuc. ἐν ἐνύδροις καὶ ἐλώδεσι τόποις; et ante, δύναται omisso, ὠφελεῖ καὶ ῥοῦν κ. τ. λ. ἵστησι.

fluminalem, Aegyptii ethenchis vocant] folia habet betae similia, sed hirsuta et paullo super aquam eminentia. Refrigerat autem et astringit, convenit igitur pruriginibus ulceribusque depascentibus et vetustis. Nomen ei inditum est, quod in stagnis et aquosis locis nascitur.

[Est et alter potamogeton, quem et halimoctonon et thyrsion, Romani venae folium appellant, aut herbaginem ac gladiatoriam, Afri astircoc, Daci coadama, Galli tauruc. Folia is etiam habet betae, sed tenuiora, longiora et numerosiora: cauliculos tenues, refertos semine rubente, quod gustu astringit. Tritum vero cum vino ac acetabuli mensura potum dysentericos iuvat ac coeliacos: sistit et rubentem fluxum muliebrem. Nascitur in pratis et aquosis locis.]

Cap. C. (CII.) [*De Stratiote.*] Stratiotes, in aquarum superficie nascens, quem alii fluviatilem, [Aegyptii ti-

λοῦσιν, [Αἰγύπτιοι τιβούς[26], προφῆται αἷμα αἰλούρου]. Ὠνόμασται δὲ διὰ τὸ ἐπινήχεσθαι τοῖς ὕδασι καὶ χωρὶς ῥίζης ζῆν. Φύλλον δὲ ἔχει ἀειζώου ὅμοιον, μεῖζον μέντοι, καὶ ψυκτικὴν ἔχον δύναμιν· ἐφιστάνον τὰς ἐκ νεφρῶν αἱμοῤῥαγίας, πινόμενον· τραύματά τε ἀφλέγμαντα τηρεῖ, καὶ ἐρυσιπέλατα καὶ οἰδήματα σὺν ὄξει καταπλασσόμενον ἰᾶται[27].

Κεφ. ρα΄. (ργ΄.) [Περὶ Στρατιώτου χιλιοφύλλου.] Στρατιώτης ὁ χιλιόφυλλός ἐστι θαμνίσκος μικρὸς, σπιθαμιαῖος καὶ μείζων, ἔχων τὰ φύλλα ὅμοια νεοττοῦ πτερῷ[28]· εἰσὶ δὲ αἱ ἐκφύσεις τῶν φύλλων σφόδρα βραχεῖαι, ἐσχισμέναι· ἔοικε δὲ μάλιστα τὰ φύλλα τῇ βραχύτητι καὶ τῇ τραχύτητι κυμίνῳ ἀγρίῳ, καὶ ἔτι βραχύτερα· καὶ τὸ σκιάδιον δὲ πυκνότερον τούτου καὶ ἁδρότερον· ἔχει γὰρ ἐπ᾽ ἄκρου καρφία μικρὰ, ἐφ᾽ ὧν τὰ σκιάδιά ἐστιν ἀνήθου τρόπον· ἄνθη λευκὰ, μικρὰ[29]. Φύεται ἐν ἀγροῖς ὑποτραχέσι καὶ περὶ τὰς ὁδοὺς

26) Cod, N. τιβούρ.

27) Id ultimum additamentum aptissimum habet cod. C.

28) Sic Oribas. et editt.; περωνέῳ codd. C. et N., quod non intelligo.

29) Lacuna et cod. X. καὶ ὠχρὰ πολλὰ, λεπτά.

bus, prophetae sanguinem felis] appellant, nomen inde obtinuit, quod aquis supernatat et sine radice vivit. Folium habet sempervivo proximum, sed maius: ac refrigerante vi pollet. Potum coërcet sanguinem e renibus prorumpentem. Ex aceto autem illitum vulnera ab inflammatione vindicat, erysipelatis etiam et oedematibus medetur.

Cap. CI. (CIII.) [*De Stratiote millefolio.*] Stratiotes millefolius est fruticulus parvus, spithamam et quod excurrit altus. Folia habet pulli pennas imitantia. Sunt autem pinnae foliorum admodum breves et incisae: simulant maxime cuminum agreste, tum brevitate, tum scabritie: sunt tamen breviores. Umbella est magis conferta et plena: siquidem in apice habet surculos parvos, in quibus umbellae in modum anethi, flores exigui candidique. Nascitur in agris subasperis, praesertim iuxta se-

μάλιστα. Ἔστι δὲ αὕτη ἡ βοτάνη σφόδρα ἀγαθὴ πρὸς αἱμοῤῥαγίαν καὶ ἕλκη παλαιὰ καὶ πρόςφατα καὶ σύριγγας.

Κεφ. ρβ'. (ρδ'.) [Περὶ Φλόμου.] Φλόμος [οἱ δὲ φλόνον, Ῥωμαῖοι βερβάσκλουμ, οἱ δὲ φημιναλή] τὴν μὲν ἀνωτάτω διαφορὰν ἔχει διττήν. Ἡ μὲν γάρ ἐστιν αὐτῆς λευκὴ[30], ἡ δὲ μέλαινα. καὶ τῆς λευκῆς ἡ μὲν θήλεια, ἡ δὲ ἄῤῥην· τῆς μὲν οὖν θηλείας τὰ φύλλα παραπλήσιά ἐστι κράμβῃ, δασύτερα δὲ πολλῷ καὶ πλατύτερα καὶ λευκά· καυλὸς πηχυαῖος καὶ μείζων, λευκὸς, ὑπόδασυς· ἄνθη λευκὰ ἢ ὕπωχρα[31]· σπέρμα μέλαν· ῥίζα δὲ μακρὰ, στρυφνὴ, πάχος ἔχουσα δακτύλου· φύεται δὲ ἐν πεδίοις. Ἡ δὲ ἄῤῥην καλουμένη, λευκόφυλλος, ὑπομήκης δὲ, καὶ στενωτέρα τοῖς φύλλοις, καὶ τῷ καυλῷ δὲ λεπτοτέρα. Ἡ δὲ μέλαινα ὁμοία ταῖς λευκαῖς κατὰ πάντα, πλατυφυλλοτέρα μέντοι καὶ μελαντέρα[32] ὑπάρχει.

Γίνεται καὶ ἡ λεγομένη ἀγρία, ῥάβδους ὑψηλὰς φέρουσα καὶ δενδρώδεις, φύλλα ἐλελισφάκῳ ὅμοια· ἔχει δὲ δακτυλίους[33] περὶ τὰς ῥάβδους, ὥςπερ πράσιον· ἄνθος μήλινον, χρυσοειδές.

30) C. λευκοτέρα. 31) Oribas. ὑπόχλωρα.
32) C. addit καὶ τῷ καυλῷ.
33) Δακτύλους scribunt codd. C. et N., Oribas. et editt. κλῶνας. Saracen. suspicatur σπονδύλους. Lacuna legit: φύλλα δὲ ἐλελισφάκῳ ὅμοια ἔχει κύκλῳ περὶ τὰς ῥάβδους.

mitas. Herba est eximii usus ad sanguinis profluvium, ad ulcera, tum recentia, tum vetusta, atque ad fistulas.

Cap. CII. (CIV.) [*De Verbasco.*] Verbascum, quod Graeci phlomon [aut phlonon, Romani etiam feminalem appellant] genera habet summa duo: siquidem hoc album, illud est nigrum. Et in albi genere alterum mas est, alterum femina. Ac feminae quidem folia sunt brassicae, sed multo hirsutiora, latiora ac alba: caulis cubitalis aut maior, candidus, subhirsutus: flores albi aut ex luteo pallescentes: semen nigrum: radix longa, austera, crassitudine digiti. Nascitur in campestribus. Quod vero mas appellatur, foliis est albis, oblongis et angustioribus, caule etiam tenuiori. Nigrum autem albo in totum simile, nisi latiora haberet et nigriora folia.

Est et verbascum sylvestre, virgas gerens altas lignosasque, folia salviae proxima: habet autem annulos circa virgas, sicut marrubium: flos luteus, aureo nitens fulgore.

Εἰσὶ δὲ καὶ φλομίδες διπλαῖ, δασεῖαι, προςφυεῖς[34] *τῇ γῇ, στρογγύλα ἔχουσαι τὰ φύλλα. Καὶ τρίτη φλομὶς, ἡ καλουμένη λυχνῖτις, ὑπὸ δέ τινων θρυαλλὶς, φύλλα γ' ἢ δ', ἢ καὶ πλείονα ἔχουσα, παχέα, λιπαρὰ, δασέα, εἰς ἐλλύχνια χρησίμη.*

Τῶν μὲν οὖν πρώτων δύο ῥίζα στυπτική· ὅθεν διαῤῥοϊζομένοις, ὅσον ἀστράγαλος, σὺν οἴνῳ ὠφελίμως ἐν ποτῷ δίδοται· τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς ῥήγμασι καὶ σπάσμασι καὶ θλάσμασι καὶ βηξὶ παλαιαῖς ἀρήγει· ὀδονταλγίας δὲ πραΰνει διακλυζόμενον[35]*. Ἡ δὲ χρυσοειδῆς τὰ ἄνθη τρίχας βάπτει, καὶ ὅπου ἂν τεθῇ, σίλφας συνάγει· τὰ δὲ φύλλα ἑφθὰ ἐν ὕδατι πρὸς οἰδήματα καὶ ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς καταπλάσσεται, καὶ πρὸς σφακελίζοντα ἕλκη σὺν μέλιτι ἢ οἴνῳ· σὺν ὄξει δὲ τραύματα θεραπεύει, καὶ σκορπιοπλήκτοις βοηθεῖ*[36]*. Τὰ δὲ τῆς ἀγρίας φύλλα πυρικαύστων ἐστὶ καταπλάσματα· τὰ δὲ τῆς θηλείας φύλλα φασὶ μετὰ σύκων ξηρῶν συντιθέμενα ἄσηπτα αὐτὰ διαφυλάττειν.*

34) Sic cod. C. et Oribas.; *πιριφυεῖς* Ald.

35) C. *ὀδονταλγίαις δὲ ἁρμόζει, διακλυζομένη.*

36) Sequentia desunt in cod. Paris. Goupyl. Sambucus haec sic legit: *Φασὶ μετὰ σύκων ξηρῶν συντιθέμενα ἄσηπτα φυλάττειν, τὰ δὲ τῆς θηλείας φύλλα πυρικαύστων ἐστὶ κατάπλασμα.*

Sunt et phlomides duae, hirsutae, terrae adnatae, foliis rotundis. Et tertia phlomis, quae lychnitis appellatur, ab aliis thryallis, foliis ternis, quaternis, aut etiam pluribus, crassis, pinguibus, hirsutis: haec ad ellychnia utilis est.

Primorum autem duorum generum radix astringens, unde alvi profluvio laborantibus, tali ludicri mole, utiliter ex vino propinatur. Decoctum ruptis, convulsis, contusis et diuturnae tussi auxiliatur, ac dentium quoque dolores collutione mitigat. Verbascum autem, cui flos aureus, capillos tingit, et quocunque loco reponatur, blattas in se contrahit. Cocta in aqua folia oedematis et oculorum inflammationibus imponuntur, item syderatis ulceribus, ex melle aut vino. Cum aceto quoque vulneribus medentur, et a scorpione ictis opitulantur. Sylvestris folia ambustorum sunt cataplasmata: feminae vero folia tradunt caricis interposita eas a putredine immunes servare.

Κεφ. ργ'. (ρε'.) [Περὶ Αἰθιοπίδος.] Αἰθιοπὶς καὶ αὐτὴ[37] παραπλήσια φλόμῳ ἔχει τὰ φύλλα, δασέα δὲ λίαν καὶ πυκνὰ, κύκλῳ περὶ τὸν πυθμένα τῆς ῥίζης· καυλὸν τετράγωνον, τραχὺν[38], ἐοικότα μελιτταίνῃ ἢ ἀρκτίῳ, μασχάλας ἀνιέντα πολλάς· καρπὸν δὲ περὶ μέγεθος ὀρόβου, σύνδυο ἐν ἑνὶ ἀγγείῳ· ῥίζας ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πυθμένος πολλὰς, μακρὰς, παχείας, γευομένῳ κολλώδεις· γίνονται δὲ ξηραινόμεναι μέλαιναι καὶ σκληραὶ, κέρασιν ἐοικυῖαι· πλείστη δὲ γεννᾶται κατὰ τὴν Μεσσηνίαν καὶ τὴν Ἴδην. Ταύτης ἡ ῥίζα ἑψομένη καὶ πινομένη βοηθεῖ ἰσχιάδι, πλευρίτιδι, αἵματος πτύσει καὶ ἀρτηρίας τραχύτητι· λαμβάνεται δὲ μετὰ μέλιτος ἀντὶ ἐκλεικτοῦ.

Κεφ. ρδ'. (ρς'.) [Περὶ Ἀρκτίου.] Ἄρκτιον, οἱ δὲ ἀρκτοῦρον, φλόμῳ καὶ αὐτὴ ἔχει ἐοικότα τὰ φύλλα, δασύτερα δὲ καὶ στρογγυλώτερα· ῥίζαν ἁπαλὴν[39], γλυκεῖαν, λευκήν· καυλὸν δὲ μαλακὸν, μακρόν[40]· καρπὸν δὲ κυμίνῳ μικρῷ ὅμοιον. Ταύτης ἡ ῥίζα δύναται καὶ ὁ καρπὸς ἀφεψηθέντα

37) Sic Cornar. primus; αὐτό Ald., Asulan., Marcell.

38) Id solum habent Plin. et Oribas., παχὺν solum Ald., παχὺν καὶ τραχὺν Asulan. et sequ.

39) C. ἁπλήν.

40) C. μακρὸν, ἁπαλόν.

Cap. CIII. (CV.) [*De Aethiopide.*] Aethiopis folia etiam habet verbasco similia, perquam hirsuta ac densa, et circa basin in orbem posita: caulem quadrangulum, asperum, similem melissae aut arctio, multas edentem axillas: semina ervi mole bina in quovis conceptaculo: radices ab eodem caespite numerosas, longas, crassas et gustu glutinosos, quae siccae nigrescunt duranturque, ut cornua videri possint. Plurima nascitur circa Messeniam et in Ida. Huius radix decocta ac pota ischiadi, pleuritidi, sanguinis exscreationi et fistulae spiritalis asperitati opitulatur: sumitur autem cum melle, tanquam linctus.

Cap. CIV. (CVI.) [*De Arctio.*] Arctium, quod nonnulli arcturon vocant, folia habet verbasco itidem similia, hirsutiora tamen et rotundiora: radicem teneram, dulcem et albam: caulem mollem, procerum: semen cumino parvo simile. Radix cum semine in vino decocta

ἐν οἴνῳ, ὀδονταλγίας διακρατούμενα πραΰνειν, καὶ πυρικαύστων καὶ χιμέτλης ἐστὶ κατάντλημα· πίνεται δὲ καὶ πρὸς ἰσχιάδας καὶ δυςουρίαν ἐν οἴνῳ.

Κεφ. ρε'. (ρζ'.) [Περὶ Ἀρκείου.] Ἄρκειον, οἱ δὲ προςωπίδα, οἱ δὲ προςώπιον καλοῦσι, [οἱ δὲ ἀπαρίνην, Ῥωμαῖοι περσωνάκεαμ, οἱ δὲ λάππαμ] φύλλα ἔχει ὅμοια τοῖς τῆς κολοκύνθης, μείζονα μέντοι καὶ σκληρότερα καὶ μελάντερα καὶ δασέα· καυλὸν ὑπόλευκον, [ἐνίοτε δὲ καὶ ἄκαυλος ἡ πόα][41]· ῥίζα μεγάλη καὶ λευκὴ ἔνδοθεν, ἔξωθεν[42] δὲ μέλαινα. Ἥτις βοηθεῖ ποθεῖσα < α' πλῆθος μετὰ στροβίλων αἱμοπτοϊκοῖς, ἐμπυϊκοῖς· παύει δὲ τὰ ἐκ τῶν λυγισμῶν περὶ τὰ ἄρθρα ἀλγήματα, καταπλασσομένη λεία· καὶ τὰ φύλλα δὲ ὠφελίμως ἐπὶ τῶν παλαιῶν ἑλκῶν καταπλάττεται.

Κεφ. ρς'. (ρη'.) [Περὶ Πετασίτου.] Πετασίτης μόσχος ἐστὶ μείζων πήχεως, δακτύλου μεγάλου πάχος, ἐφ' οὗ φύλλον πετασῶδες μέγα, προςκείμενον ὥςπερ μύκης, ποιοῦν

41) Omnia haec in Aldina. Asulan. cum Oribas. sola habet ἄκαυλος δὲ ἡ πόα. Hoc vero plane omittit cod. C., quae vera videtur lectio.

42) C. κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν.

dentium dolores mulcet, si ore contineatur. Ambusta pernionesque eodem foventur. Bibitur et e vino contra coxendicis morbum urinaeque difficultatem.

Cap. CV. (CVII.) [*De Personata.*] Personatam Graeci arcion, prosopida, prosopion, [aparinem etiam, Romani autem et lappam] appellant: folia habet cucurbitae, maiora tamen, duriora, nigriora et hirsuta; caulem albicantem: [interdum et sine caule est herba]. Radix est grandis, intus quidem alba, foris vero nigra. Haec drachmae unius pondere pota cum pineis nucleis, sanguinem exspuentibus, et quorum in pectore pus colligitur, proficua est. Trita quoque articulorum dolores e contorsionibus ortos illitu sedat. Folia denique antiquis ulceribus utiliter imponuntur.

Cap. CVI. (CVIII.) [*De Petasite.*] Petasites petiolo est cubitum superante, pollicem crasso, cui incumbit fungi more folium amplum, petasiforme. Tritum id

πρὸς τὰ κακοήθη καὶ φαγεδαινικὰ ἕλκη[43], λεῖον καταπλασσόμενον.

Κεφ. ρζ΄. (ρθ΄.) [Περὶ Ἐπιπακτίδος.] Ἐπιπακτὶς, οἱ δὲ ἐλλεβόρινην, οἱ δὲ βόριον· θαμνίσκος μικρὸς, ἐλάχιστα φυλλάρια ἔχων· πρὸς τὰ θανάσιμα δὲ πίνεται καὶ πρὸς τὰ ἐν ἥπατι πάθη.

Κεφ. ρη΄. (ρι΄.) [Περὶ Καπνοῦ.] Καπνὸς [οἱ δὲ κορυδάλιον ἢ κόριον, οἱ δὲ κορυδάλιον ἄγριον, οἱ δὲ καπνὸς ὁ ἐν ταῖς κριθαῖς, οἱ δὲ καπνίτης, οἱ δὲ μαρμαρίτης, οἱ δὲ καπνογόργιον, οἱ δὲ χελιδώνιον μικρὸν, οἱ δὲ περιστέριον, οἱ δὲ κανθαρὶς, οἱ δὲ χαλκοκρὶ, Ῥωμαῖοι ἄπιουμ, οἱ δὲ φουμάρια, Αἰγύπτιοι κνὺξ, οἱ δὲ τοῦκιν] βοτάνιόν ἐστι θαμνοειδὲς, κορίῳ ἐοικὸς, τρυφερὸν πάνυ· τὰ δὲ φύλλα λευκότερα καὶ τεφροειδῆ, πολλὰ πανταχόθεν· ἄνθος πορφυροῦν. Τούτου ὁ χυλὸς δριμὺς[44], ὀξυδερκὴς, δακρύων ἀγωγὸς, ὅθεν καὶ τοὔνομα εἵλκυσε. Δύναται δὲ καὶ τὰς ἐκ τῶν βλεφά-

43) C. add. καὶ ἄνθρακας.

44) Cod. X. καὶ πικρός.

contra maligna et phagedaenica ulcera efficaciter illinitur.

Cap. CVII. (CIX.) [*De Epipactide.*] Epipactis, quam alii elleborinem, alii borion appellant, fruticulus est parvus, perquam exilibus foliolis obsitus. Contra letalia hepatisque vitia bibitur.

Cap. CVIII. (CX.) [*De Fumaria.*] Fumaria [quam et corydalion et corion, sylvestre etiam corydalion et capnon in hordeo, capnitem et marmaritem, alii capnogorgion, aut chelidonium minus, alii peristerion, alii cantharida, aut chalcocri vocant, Romani etiam apium, Aegyptii cnyx aut tucin] herbula est fruticulosa, coriandri similitudine, praetenera, foliis albidioribus et cinerascentibus, undique numerosis, flore purpureo. Huius succus acris est, aciem visus auget, lacrimas provocat, unde et nomen nacta est. Vim habet, dum cum gummi illinitur,

ρων τιλθείσας[45] τρίχας σὺν κόμμει καταχρισθεὶς μὴ ἐᾶν φύεσθαι. Βρωθεῖσα δὲ ἡ πόα οὖρα ἄγει χολώδη[46].

Κεφ. ρθ'. (ρια'.) [Περὶ Λωτοῦ ἡμέρου.] Λωτὸς ἥμερος, οἱ δὲ τρίφυλλον [οἱ δὲ τριπόδιον, οἱ δὲ τριβόλιον[47]] φύεται ἐν παραδείσοις· ὃς χυλισθεὶς καὶ μιγεὶς μέλιτι, ἄργεμα καὶ νεφέλια καὶ λευκώματα καὶ τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις ἀποκαθαίρει[48].

Κεφ. ρι'. (ριβ'.) [Περὶ Λωτοῦ ἀγρίου.] Λωτὸς ἄγριος, οἱ δὲ λίβυον καλοῦσι [οἱ δὲ τρίφυλλον, Ῥωμαῖοι τριφόλιουμ μίνους]. Φύεται μὲν πλεῖστος ἐν Λιβύῃ, καυλὸν φέρων δίπηχυν ἢ καὶ μείζονα, μασχάλας ἔχοντα πολλάς· φύλλα ὅμοια λωτῷ τριφύλλῳ, τῷ ἐν χορτοκοπείοις γεννωμένῳ· σπέρμα ἐοικὸς τήλιδι, μικρότερον δὲ πολλῷ, φαρμακῶδες ἐν τῇ γεύσει. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, ἠπίως στυπτικὴν, ἀποκαθαρτικὴν σπίλων τῶν ἐπὶ τοῦ προσώπου καὶ ἐφηλίδων, σὺν μέλιτι καταχριόμενος· πινόμενος δὲ καθ' ἑαυτὸν λεῖος, ἢ

45) Sic emendavit iam Marcell.; ἑλκυσθείσας legit Lacuna; διπλᾶς vulgo.

46) Cod. C. addit: Πίνεται δὲ καὶ πρὸς ἡπατικὰ, καὶ πολλὰ ἄλλα δύναται.

47) Sic codd. et Ald.; τριφόλιον Cornar., Goupyl. et Sarac.

48) Cod. N. add. ἐγχριόμενος.

pilos palpebrarum evulsos impediri, quominus renascantur. Herba in cibo sumta urinam biliosam ducit.

Cap. CIX. (CXI.) [*De Loto sativa.*] Lotus sativa, quam nonnulli trifolium, [tripodium aut tribolion] appellant, nascitur in hortis. Expressus ea succus, addito melle, argema, nubeculas, albugines ceteraque vitia caliginem oculis offundentia expurgat.

Cap. CX. (CXII.) [*De Loto sylvestri.*] Lotus sylvestris, quam et libyon [et trifolium minus] vocant, plurima nascitur in Libya; caulem gerit bicubitalem aut maiorem, axillis multis; folia similia sunt loto trifoliae, quae in pratis gignitur. Fructus proximus est foeno graeco, sed multo minor, gustu medicato. Vim habet calefacientem, leniter astringentem. Tollit e facie naevos maculasque a sole contractas, si cum melle perungatur. At

καὶ μετὰ μαλάχης σπέρματος, σὺν οἴνῳ ἢ γλυκεῖ, τοῖς περὶ κύστιν ἀλγήμασι βοηθεῖ.

Κεφ. ρια΄. (ριγ΄.) [Περὶ Κυτίσου.] Κύτισος[49] [οἱ δὲ τηλίνην, οἱ δὲ λωτὸν μέγαν, οἱ δὲ τρίφυλλον, Ῥωμαῖοι τριφόλιουμ μαίους] θάμνος ἐστὶ ὅλος λευκὸς, ὡς ῥάμνος, κλάδους[50] ἀνιεὶς πηχυαίους καὶ μείζονας, περὶ οὓς τὰ φύλλα ὅμοια τήλιδι ἢ λωτῷ τριφύλλῳ, μικρότερα δὲ καὶ ῥάχιν ἔχοντα μέσην[51], ἔν τε τῷ διατριβῆναι τοῖς δακτύλοις ὄζοντα εὐζώμου[52], ἐν δὲ τῇ γεύσει ὅμοια ἐρεβίνθοις χλωροῖς[53]. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα ψυκτικὴν[54], διαφορητικὴν τῶν ἐν ἀρχῇ οἰδημάτων, σὺν ἄρτῳ λεῖα καταπλασθέντα· κινεῖ δὲ καὶ οὖρα τὸ ἀφέψημα αὐτῶν πινόμενον. Ἔνιοι δὲ φυτεύουσιν αὐτὸν παρὰ τοῖς σμήνεσιν, ὡς ἐπακτικὸν τῶν μελισσῶν.

Κεφ. ριβ΄. (ριδ΄.) [Περὶ Λωτοῦ αἰγυπτίου.] Λωτὸς ὁ ἐν Αἰγύπτῳ γεννώμενος ἐν τῷ ὕδατι τῶν ἐπικλυσθέντων

49) In editionibus omnibus male scribitur *κύτισσος*, cuius nulla est auctoritas.

50) Cod. N. *ῥάβδους*.

51) Sic cod. N. et Ald.; *μείζονα* Asulan. et sequ.

52) Cod. N. *ζωμοῦ*.

53) *Χλωροῖς* deest in Ald.

54) Lacuna addit *καὶ στυπτικήν*.

trita, per se aut cum malvae semine, et ex vino aut passo bibita, doloribus vesicae succurrit.

Cap. CXI. (CXIII.) [*De Cytiso.*] Cytisus [quam alii telinem, alii lotum maiorem, aut trifolium, Romani trifolium maius appellant] albus in totum est, uti rhamnus, ramos spargit cubitales aut maiores, in quibus folia foeni graeci aut loti trifoliae, nisi quod minora sunt dorsoque medio (prominulo.) Ea digitis trita erucam olent, gustata cicer viride sapiunt. Vim autem habent folia refrigerantem: oedemata inter initia discutiunt, si cum pane trita illinantur. Eorum quoque decoctum urinam pota ciet. Nonnulli denique propter alvaria plantant, quod apes alliciat.

Cap. CXII. (CXIV.) [*De Loto aegyptio.*] Lotus, quae in Aegypti campis flumine inundatis provenit, cau-

πεδίων καυλός ἐστι τῷ τοῦ κυάμου ἐμφερὴς, ἔχων ἄνθος[55] λευκὸν, ἐοικὸς κρίνῳ[56], ὅ φασι κατὰ τὰς ἀνατολὰς τοῦ ἡλίου ἁπλοῦσθαι[57], δύνοντος δὲ μύειν, καὶ ὅλην τὴν κωδίαν κρύπτεσθαι, ἐν τῷ ὕδατι πάλιν τε πρὸς τὴν ἀνατολὴν τοῦ ἡλίου ὑπερκύπτειν· ἔοικε δὲ ἡ κωδία μήκωνι μεγίστῃ· ἐν ᾗ καρπὸς ὡς κέγχρος, ὃν ξηράναντες οἱ ἐν Αἰγύπτῳ βάλλουσιν εἰς ἀρτοποιΐαν· ῥίζαν δὲ ἔχει ὁμοίαν μήλῳ κυδωνίῳ, ἥτις καὶ αὐτὴ ἐσθίεται ὠμή τε καὶ ἑφθή· ἀναλογεῖ δὲ ἑψηθεῖσα τῇ ποιότητι λεκύθῳ ὠοῦ.

Κεφ. ριγ΄. (ριε΄.) [Περὶ Μυριοφύλλου.] Μυριόφυλλον [οἱ δὲ μυλλόφυλλον, οἱ δὲ στρατιωτικὴ, οἱ δὲ Ἀχίλλειος, Ῥωμαῖοι μιλλεφόλιουμ, οἱ δὲ σουπερκίλιουμ βένερις, Γάλλοι βελιουκάνδας] καυλίσκος ἐστὶ μονοφυὴς, τρυφερὸς, μονόῤῥιζος[58]· περὶ ὃν φύλλα πολλὰ, λεῖα, μαράθρῳ[59] ὅμοια· ὅθεν καὶ ὠνόμασται· ὁ δὲ καυλός ἐστιν ὑπόκοιλος, διάπυκνος, ὡς

55) Quod editiones habent *μικρόν*, expungendum. Cf. P. Alpin. plant. exot. p. 215.

56) Marcell. et Goupyl. iam e Theophr. hist. 4, 8. sic correxerunt vulgare *κριθῇ*.

57) Cod. C. *ἀναπλοῦσθαι*.

58) Ultimum deest in cod. C.

59) Asulan. et Anguillara primi in codicibus ita legerunt; *ἀμαράκῳ* cod. C. et Ald.

lem habet fabae (aegyptiae) similem, florem candidum, liliaceum, quem tradunt ad solis ortum pandi, eodem occidente comprimi, totumque caput sub aqua occultari, rursumque ad exortum solis emergere. Refert vero caput papaveris maximi (caput.) In eo grana sunt ceu milii, quae Aegyptii arefaciunt et in panes cogunt. Radicem habet mali cydonii similem, quae et ipsa manditur tum cruda, tum cocta. Cocta qualitate vitello ovi respondet.

Cap. CXIII. (CXV.) [*De Myriophyllo.*] Myriophyllum [quod alii myllophyllum, alii militarem herbam, Achilleam alii, Romani millefolium aut supercilium veneris, Galli beliucandas appellant] cauliculo est singulari, tenero et unica nixo radice: foliis circa caulem laevibus, foeniculi similibus, unde et nomen accepit. Est vero caulis quadantenus cavus, perquam dense consitus et quasi

ἐπίτηδες διεῤῥηγμένος[60]· φύεται ἐν ἑλώδεσι τόποις. Τοῦτο τηρεῖ ἀφλέγμαντα τὰ νεότρωτα τῶν ἑλκῶν, σὺν ὄξει χλωρόν τε καὶ ξηρὸν καταπλασσόμενον· ποτίζεται δὲ καὶ πρὸς πτώματα[61] σὺν ὕδατι καὶ ἁλσίν.

Κεφ. ριδ'. (ρις'.) [Περὶ Μυῤῥίδος.] Μυῤῥὶς, οἱ δὲ μύῤῥαν, οἱ δὲ κονίλην καλοῦσι, τῷ καυλῷ καὶ τοῖς φύλλοις ἔοικε κωνείῳ· ῥίζαν δὲ ἔχει ἐπιμήκη, ἁπαλὴν[62], περιφερῆ, εὐώδη, ἡδεῖαν βρωθῆναι. Ἥτις πινομένη σὺν οἴνῳ φαλαγγιοδήκτοις βοηθεῖ· καθαίρει δὲ ἔμμηνα καὶ λόχια· καθεψηθεῖσα δὲ ἐν ῥοφήμασιν ὠφελίμως φθισικοῖς δίδοται. Ἱστοροῦσι δὲ ἔνιοι, πινομένης αὐτῆς δὶς ἢ τρὶς τῆς ἡμέρας σὺν οἴνῳ ἐν λοιμικαῖς καταστάσεσι, βοηθεῖν πρὸς τὸ ἀνόσους διαμένειν[63].

Κεφ. ριε'. (ριζ'.) [Περὶ Μυάγρου.] Μύαγρος, οἱ δὲ μελάμπυρον, πόα φρυγανώδης, δίπηχυς, φύλλα ἔχουσα ἐμ-

60) Mira est lectionum varietas huius loci. Ald. ὑπόκιῤῥος, διάπυκνος, ὡς ἐπίτηδες διαῤῥερινισμένος. Asulan. mutavit διάπυκνος in διαποίκιλος. Sic et Marcell. et Cornar. et Goupyl. Sarac. ὑπόκοιλος e cod. C. et διεῤῥινημένος e cod. Par. apud Goupyl. recepit. Codd. C. et N. ὑπόκοιλος, διάπυκνος, ὡς ἐπίτηδες διεῤῥημένος. Hos sequor. Oribas. ὑπόκιῤῥος.

61) Marcell. legit πνευματιζομένους.

62) Cod. X. ὑπομήκη, ἁπλοῦν.

63) Codd. C. et N. πρὸς τὸ ἄνοσμον εἶναι. Manifesto falsum!

studio perforatum opus sistens. Nascitur in palustribus. Vulnera recentia ab inflammatione vindicat, seu viride, seu etiam siccum ex aceto oblinatur. Propinatur et ad casus ex alto cum aqua ac sale.

Cap. CXIV. (CXVI.) [*De Myrrhide.*] Myrrhis, quam alii myrrham, alii conilam vocant, similis est conio caule foliisque: radicem habet oblongam, teneram, rotundam, odoratam, cibo gratam. Haec pota in vino phalangiorum morsibus auxiliatur. Purgat a menstruis et lochiis. Eadem decocta et in sorbitione data phthisicis utilis est. Tradunt et nonnulli, eamdem bis die terve potam ex vino in pestilenti constitutione ita salutarem esse, ut arceat morbi contagia.

Cap. CXV. (CXVII.) [*De Myagro.*] Myagros, quem alii melampyrum dicunt, herba est fruticulosa, bi-

φερῆ τοῖς τοῦ ἐρυθροδάνου, (ἄνθη) ὠχρά· σπέρμα τήλει[64] ἐοικὸς, λιπαρόν· ᾧ χρῶνται κόπτοντες αὐτὸ πεφωγμένον, καὶ περιπλάττοντες ῥάβδοις καὶ ἀντὶ λύχνου χρώμενοι· δοκεῖ δὲ καὶ ἐξ αὐτοῦ[65] λίπος ὁμαλίζειν καὶ λεαίνειν τὰς τοῦ σώματος τραχύτητας.

Κεφ. ρις΄. (ριη΄.) [Περὶ Ὀνάγρας.] Ὄναγρα, οἱ δὲ ὀνοθήραν, οἱ δὲ ὄνουριν, θάμνος ἐστὶ δενδροειδὴς, εὐμεγέθης, φύλλα ἔχων ἀμυγδαλῇ παραπλήσια, πλατύτερα[66] δὲ καὶ ἐμφερῆ τοῖς τοῦ κρίνου· ἄνθη ῥοδοειδῆ, μεγάλα· ῥίζαν δὲ λευκὴν, μακρὰν[67], ἥτις ξηρανθεῖσα οἴνου ὀσμὴν ἀποδίδωσι. Φύεται ἐν ὀρεινοῖς τόποις. Δύναμιν δὲ ἔχει τὸ ἀπόβρεγμα τῆς ῥίζης, ὑπὸ τῶν ἀγρίων ζώων πινόμενον, ἡμεροῦν αὐτά· καταπλασθεῖσα δὲ πραΰνει τὰ θηριώδη ἕλκη.

Κεφ. ριζ΄. (ριθ΄.) [Περὶ Κιρσίου.] Κίρσιον[68] [οἱ δὲ βούγλωσσον μέγα καλοῦσι, Ῥωμαῖοι σπίνα μόλλις] καυλός ἐστιν ἁπαλὸς, ὡς δίπηχυς, τρίγωνος, τὰ κάτωθεν φυλλάρια

64) Sic iam Marcellus in codd.; nos pariter in cod. C. legimus. τραχήλῳ editt.
65) αὐτῶν vulgo.
66) E codd. Paris. Goup. et Oribas. Sarac. emendavit vulg. γλυκύτερα.
67) Sarac. ex Oribas. pro vulg. μικράν.
68) Primus Cornar. sic scripsit; Ald., Asul. et Marc. κρίσσιον. Codd. C. et N. κρίσιον.

cubitalis, folia gerens rubiae similia; flores e luteo pallidos, semen foeno graeco proximum, pingue; quo quidem torrefacto ac tuso virgas oblinunt iisque lucernarum vice utuntur. Pingui hoc constat, aspritudines corporis expoliri ac laevigari.

Cap. CXVI. (CXVIII.) [*De Onagra.*] Onagra, quam et onotheram et onurida vocant, frutex est arborescens, praegrandis; folia habet amygdalina, sed latiora et lilii folia referentia. Flores sunt rosacei, magni: radix vero alba, elongata, quae siccata vinum redolet. Nascitur in montosis locis. Vim habet infusum radicis, a feris animantibus potum, ea mansueta reddendi: quin et ferina ulcera mitigat eadem illita.

Cap. CXVII. (CXIX.) [*De Cirsio.*] Cirsium [nonnullis buglossum magnum, Romanis spina mollis dictum] tenero gaudet caule, fere bicubitali, triangulari: foliola

ῥοδοειδῆ[69], ἔχοντα τὰς γωνίας ἀκανθώδεις ἐκ διαστημάτων[70] μαλακάς· τὰ δὲ φύλλα βουγλώσσῳ ἐμφερῆ, δασέα μετρίως καὶ μικρότερα[71], ὑπόλευκα, ἀκανθώδη τοῖς πέρασι· τὸ δὲ ἀνωτάτω τοῦ καυλοῦ περιφερὲς, δασὺ, καὶ ἐπ' αὐτοῦ κεφάλια ἀκροπόρφυρα, ἐκπαππούμενα. Ταύτης τὴν ῥίζαν Ἀνδρέας ἀναγράφει ὑπὲρ τὸν ἀλγοῦντα τόπον ἀναδουμένην[72] παύειν κιρσῶν πόνους.

Κεφ. ριη'. (ρκ'.) [Περὶ Ἀστέρος ἀττικοῦ.] Ἀστὴρ ἀττικὸς [οἱ δὲ ἀστερίσκος, οἱ δὲ ἀστέριον, οἱ δὲ βουβώνιον, οἱ δὲ ὑόφθαλμον, Ῥωμαῖοι ἰγγυνάλις[73], Δακοὶ ῥαθίβιδα] ῥαβδίον ξυλῶδες[74], ἐπ' ἄκρου ἔχον ἄνθος πορφυροῦν καὶ μήλινον[75], ὥςπερ ἀνθεμίδος κεφάλιον περισχιδές[76]· ἔχει δὲ φυλλάρια ἀστέρι ὅμοια· τὰ δὲ περὶ τὸν καυλὸν φύλλα ὑπομήκη καὶ δασέα. [Ὠφελεῖ δὲ στόμαχον ἐκπυρούμενον, κα-

69) Consensus codd. et priscorum interpretum prohibet, cum Sarac. depravatum locum censere.

70) Cod. C. addit ἐπ' αὐτῶν.

71) Sic Plin. 27, 59. et cod. C.; μακρότερα editt.

72) Ἀναδούμενον Ald. et Asulan., χερσῶν Asulan., ἀναδέυομένην C.

73) Sic C. N.; ἐγγινάλις editt.

74) C. ῥαβδία ξυλώδη.

75) *Καὶ* loco ἢ Codd. et Matth.; πορφυροῦν Oribas. non habet. Utrumque Serap., qui cum Avic. اطراطيقوس vocat.

76) Cod. X. πολυσχιδές. C. et N. περὶ σχέσιν φυλλαρίων στενῶν, omissis sequ. ἔχει — ὅμοια, quae tamen in Oribas. et Serap. adsunt.

inferiora rosaceo modo congesta, angulis molliter et remote spinosis. Folia (superiora) buglosso similia, mediocriter tamen hirsuta et minora, albicantia, ambitu spinosa. Apex caulis teres, hirsutus, et in ipso capitula superne purpurea, quae in pappos fatiscunt. Huius radicem tradidit Andreas loco affecto adalligatam dolores varicum sedare.

Cap. CXVIII. (CXX.) [De *Astere attico.*] Aster atticus [quem alii asteriscon aut asterion, bubonion etiam et hyophthalmon, Romani inguinalem, Daci rathibida vocant] virgultum est lignosum, florem gerens in cacumine purpureum et luteum, in ambitu, sicut anthemidis capitulum, fissum, foliolis stellae modo radiatis. Folia caulina oblonga sunt et hirsuta. [Exaestuanti stomacho, ocu-

ταπλασσόμενον, καὶ ὠφθαλμῶν φλεγμονὰς καὶ βουβῶνας, καὶ τὰς προπτώσεις ἕδρας· φασὶ δὲ τὸ πορφυρίζον τοῦ ἄνθους, μεθ' ὕδατος ποθὲν συναγχικοῖς βοηθεῖν καὶ ἐπιληψίαις παίδων][77]. Ἁρμόζει δὲ καταπλασσόμενον ὑγρὸν πρὸς βουβώνων φλεγμονάς· ξηρὸν δὲ ἀναιρεθὲν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ[78] τοῦ ἀλγοῦντος, καὶ περιαφθὲν τῷ βουβῶνι ἀπαλλάσσει τῆς ὀδύνης. [Γίνεται δὲ μέσον πετρῶν καὶ τόπων τραχέων. Ταύτης οἱ ἀστέρες ἐν νυκτὶ λάμπουσιν· οἱ γὰρ μὴ εἰδότες, ὅταν αὐτὴν ἴδωσι, νομίζουσι φάντασμα εἶναι· εὑρίσκεται δὲ παρὰ βοσκοῖς προβάτων. Καὶ Κρατεύας ὁ ῥιζοτόμος ἱστορεῖ· αὕτη χλωρὰ κοπεῖσα μετὰ ὀξυγγίου παλαιοῦ, ποιεῖ πρὸς λυσσοδήκτους καὶ βρογχοκηλικούς· ὑποθυμιωμένη δὲ φυγαδεύει θηρία][79].

Κεφ. ριθ'. (ρκα'.) [Περὶ Ἰσοπύρου.] Ἰσόπυρον, οἱ δὲ φασίολον[80] καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ ἐοικέναι φασιόλῳ, τῷ

77) Uncinis inclusa, a Serapione lecta et in omnibus editt. obvia, desunt tamen in cod. C. Nec tamen legerunt Plin. aut Galen. Repetuntur autem, paucis mutatis, in capite 120 (122).

78) C. addit ὑπό.

79) Uncinis inclusa absurda et superstitionem ab auctore alienam sapiunt. Nec inveniuntur in vetustis exemplaribus aut priscis interpretibus.

80) C. φασήλιον.

lorum et inguinum inflammationibus, anique prolapsui auxiliatur. Aiunt et id, quod in flore purpurascit, ex aqua potum, angina laborantibus puerisque comitialibus opitulari.] Convenit vero, dum etiamnum humet, impositus inguinum inflammationi. Si vero aridus sinistra laborantis manu arripiatur et inguini adalligatur, dolore liberat. [Nascitur medius inter rupes locaque aspera. Stellae noctu fulgent. Quapropter, qui hoc ignorant, ubi id viderint, spectrum quoddam esse arbitrantur. Invenitur ab opilionibus. Ceterum Cratevas herbarius hanc herbam refert, si viridis cum axungia vetere tundatur, contra rabiosorum morsus gutturisque ramices prodesse, ac suffitu quoque serpentes fugare.]

Cap. CXIX. (CXXI.) [*De Isopyro.*] Isopyrum et phasiolon appellant, quia ad phasioli similitudinem ad

κατ' ἄκρον τὸ πέταλον ἕλικα φέρειν[81]· ἔπεισι δὲ κεφαλαὶ ἐπ' ἄκρου τοῦ καυλοῦ λεπταὶ, σπερματίων πλήρεις, παραπλησίων μελανθίῳ τὴν γεῦσιν· τὸ δὲ φύλλον ἀνίσῳ. Τούτου τὸ σπέρμα πινόμενον σὺν μελικράτῳ τοὺς περὶ θώρακα πόνους καὶ βῆχας ὠφελεῖ· αἱμοπτοϊκοῖς τε καὶ ἡπατικοῖς ἁρμόζει.

Κεφ. ρκ'. (ρκβ'.) [Περὶ Ἴου.] Ἴον πορφυροῦν[82] [οἱ δὲ δασυπόδιον, οἱ δὲ πριαπήϊον, οἱ δὲ ἴον ἄγριον[83], οἱ δὲ κυβέλιον, Ῥωμαῖοι σετιάλις, οἱ δὲ μουράρια, οἱ δὲ βίολα πουρπούρεα] φύλλον ἔχει μικρότερον κισσοῦ καὶ λεπτότερον, μελάντερον δὲ καὶ οὐκ ἀνόμοιον[84], καυλίον μέσον[85] ἀπὸ τῆς ῥίζης, ἐφ' οὗ ἀνθήλιον σφόδρα εὐῶδες, πορφυροῦν. Φύεται ἐν παλισκίοις καὶ τραχέσι τόποις. Δύναμιν δὲ ἔχει ψυκτικήν· οὗ τὰ φύλλα καταπλασσόμενα καθ' ἑαυτὰ καὶ μετὰ

81) Expungendum esse τῷ — φέρειν, perperam autumat Dodon. p. 580. Fab. Columna ἄκρον contrario sensu de infima petali parte (Aquilegiae vulg.) intelligit. Sarac. κατ' ἄκρον τὸν καυλὸν esse legendum suspicatur.

82) *Πορφυροῦν* recte addunt codd. Vindob. et Ald. Asulan. cum sequ. omittunt, aut inter notha ablegant.

83) Sic Ald. et Marc. In Asul. ex menda typographi ἄγριον trahitur ad πριαπήϊον, unde et mendosa scriptio ad Sarac. transiit.

84) Veram hanc lectionem esse, testantur Oribas. et Serap. Codd. C. et N. φύλλον ἔχει κισσοειδὲς, μικρότερον δὲ καὶ λεπτότερον.

85) C. N. καυλία μέσα. Serap. addit: *super eum* (cauliculum) *pilus.* Nec divino, quid legerit, nec intelligo sensum.

apicem folii cirrum gerat. Capitula sunt in summo caule tenuia, minutorum seminum plena, nigellae saporem imitantium. At folium est aniso simile. Huius semen contra tussim ceteraque pectoris vitia cum aqua mulsa bibitur. Sanguinem quoque exscreantibus ac hepaticis idoneum est.

Cap. CXX. (CXXII.) [*De Viola.*] Viola purpurea [quam et dasypodion, priapeion, violam agrestem et cybelion, Romani quoque setialem et murariam vocant] folium habet hederaceo minus, tenuius ac nigrius, cetera haud dissimile. Cauliculus a radice medius prodit, in quo flosculus perquam suaviter olens, purpureus. Locis nascitur opacis et asperis. Vim habet refrigerantem, unde folia, per se et cum polenta imposita, stomacho ardenti,

ἀλφίτων, βοηθεῖ στομάχῳ καυσουμένῳ καὶ ὀφθαλμῶν φλεγμοναῖς καὶ ταῖς τῆς ἕδρας προπτώσεσι· φασὶ δὲ τὸ πορφυρίζον τοῦ ἄνθους[86] μεθ᾽ ὕδατος ποθὲν, συναγχικοῖς βοηθεῖν καὶ ἐπιληψίαις ταῖς ἐπὶ παίδων.

Κεφ. ρκά. (ρκγ'.) [Περὶ Κακαλίας.] Κακαλία, οἱ δὲ λεοντικὴν, φύλλα φέρει λευκὰ, εὐμεγέθη· καυλὸς δὲ ἐξ αὐτῶν μέσος, ὀρθὸς, λευκὸς, ἄνθος ἔχων ἐοικὸς βρύῳ ἢ ἐλαίᾳ[87]· ἐν ὄρεσι δὲ φύεται. Ταύτης ἡ ῥίζα ἐν οἴνῳ βρεχομένη, ὡς τραγάκανθα, καὶ ἐκλειχομένη ἢ διαμασσωμένη καθ᾽ ἑαυτὴν, βῆχας καὶ τραχύτητας τῆς ἀρτηρίας θεραπεύει· οἱ δὲ μετὰ τὴν ἐξάνθησιν ἐπιφυόμενοι κόκκοι λεῖοι ἀναληφθέντες κηρωτῇ καὶ ἐπιχρισθέντες, τετανὸν καὶ ἀῤῥυτίδωτον τηροῦσι τὸ πρόσωπον.

Κεφ. ρκβ'. (ρκδ'.) [Περὶ Βουνίου.] Βούνιον, [οἱ δὲ ἄτον, οἱ δὲ ἀκτίνην[88], οἱ δὲ ἀνεμόσφορον, προφῆται παραδάκρυ, Αἰγύπτιοι ἐρξώην, Ῥωμαῖοι σκόπα ῥέγια, Ἀφροὶ

86) Cf. Theoph. hist. 1, 13. (21.) et Marcell. ad h. l.

87) Sic Marcellus legit in exempl.; δρυῒ ἢ ἐλαίᾳ Ald., Asulan., Corn. et Goupyl.; βρυωνίᾳ Lacuna et Sarac.

88) Galen. ἀρκτικὸν, Oribas. ἄκτιον, Paull. ἄρκτιον.

oculorum inflammationibus sedisque prolapsibus auxiliantur. Aiunt et id, quod in flore purpureum est, in aqua potum, angina laborantibus puerisque comitialibus opitulari.

Cap. CXXI. (CXXIII.) [*De Cacalia.*] Cacalia, quam et leonticem vocant, folia profert alba et ampla, e quorum medio caulis emicat rectus, albus, florem ferens musco aut oleae similem. In montibus nascitur. Huius radix in vino macerata, velut tragacantha, et delincta aut per se commanducata, tussi et fistulae spiritalis asperitati subvenit. Grana, quae post excussum florem enascuntur, trita et cerato excepta ac illita extendunt cutem in facie eamque erugant.

Cap. CXXII. (CXXIV.) [*De Bunio.*] Bunium, quod alii aton, alii actinen, alii anemosphoron, prophetae paradacry, Aegyptii erxoïn, Romani scopam regium, Afri

ζιγὰρ[89], οἱ δὲ θεψώ[90]], καυλὸν ἀνίησι τετράγωνον[91], καὶ ἐν αὐτῷ κλωνάρια περίπλεα φυλλαρίων λεπτῶν καὶ ἀνθῶν πολλὰ, τῷ μήκει δακτυλιαῖα· φύλλα δὲ πρὸς τῇ ῥίζῃ ὅμοια σελίνῳ, λεπτότερα δὲ πολλῷ, πρὸς τὰ τοῦ κορίου[92]· ἄνθος ἀνήθου· σπέρμα εὐῶδες, ὑοςκυάμου μικρότερον. Ἔστι δὲ οὐρητικὸν, θερμαντικὸν καὶ δευτέρων ἀγωγὸν, σπληνί τε καὶ νεφροῖς καὶ κύστει ἐπιτήδειον· χρῆσις δὲ αὐτοῦ, ὑγροῦ τε καὶ ξηροῦ, καὶ χυλισθέντος σὺν ταῖς ῥίζαις καὶ τοῖς καυλοῖς καὶ τοῖς φύλλοις μετὰ μελικράτου.

Κεφ. ρκγ'. (ρκε'.) [Περὶ Ψευδοβουνίου.] Ψευδοβούνιον θαμνίον ἐστὶ σπιθαμιαῖον ἐν Κρήτῃ, ἔχον φύλλα καὶ κλωνία[93] βουνίῳ ὅμοια, δριμέα. Δύναται δὲ καὶ τὰ ἐξ αὐτοῦ πινόμενα κλωνία ὅσον δ' σὺν ὕδατι στρόφους καὶ στραγγουρίαν καὶ πλευρᾶς πόνον[94] θεραπεύειν· διαφορεῖ δὲ καὶ χοιράδας μετὰ ἁλῶν καὶ οἴνου καταπλασσόμενα χλιαρά.

89) C. γιζάρ. 90) C. θεμψώ.

91) Quae sequuntur, verbotenus e cod. C. et Ald. transscripsi. Lectio vulgaris ad Oribas. ab Asulano formata, haec est: τετράγωνον, εὐμήκη, πάχος δακτυλιαῖον· φύλλα δὲ ὅμοια σελίνῳ.

92) C. τριβόλου. Lacuna τριβόλου ἢ κορίου. Dodon. πρὸς τῷ ἄκρῳ.

93) Καὶ κλωνία habent codd. Vindob. et Paris., Aldina etiam, sed post δριμέα positum. Asulan. cum rell. reiiciunt.

94) Cod. X. πλευρῶν ἀλγήματα.

zigar aut thepso vocant] caulem emittit tetragonum, cuius ramusculi numerosi, foliolis minutis floribusque confertim obsiti, longitudine digitales sunt: folia radicalia selinum aemulantur, multo tamen tenuiora, et ad coriandri formam accedunt. Flos est anethi, semen odoratum, hyoscyami semine minus. Ciet id urinas, excalefacit, et secundas evocat, lieni, renibus ac vesicae utile. Ceterum seminis, tam humidi quam sicci, itemque succi ex eo una cum radicibus, caulibus ac foliis expressi usus est ex aqua mulsa.

Cap. CXXIII. (CXXV.) [*De Pseudobunio.*] Pseudobunium fruticulus est dodrantalis in Creta, folia ramulosque bunii ferens, acri gustu. Quatuor eius ramuli ex aqua bibiti tormina, stranguriam laterisque dolores sanant: discutiunt et strumas, si cum sale et vino tepentes imponuntur.

Κεφ. ρκδ'. (ρκϛ'.) [Περὶ Χαμαικίσσου.] Χαμαίκισσος [οἱ δὲ χαμαιλεύκη, οἱ δὲ κισσὸς ἄκαρπος, οἱ δὲ γῆς στέφανος, οἱ δὲ σεληνῖτις, Ῥωμαῖοι ἕδερα πλουβιάτικα] φύλλα ἔχει ὅμοια κισσοῖς[95], μακρότερα[96] δὲ καὶ λεπτότερα, πολλά· κλωνία σπιθαμιαῖα, περίπλεα φύλλων ἀπὸ τῆς γῆς ε' ἢ ϛ'· ἄνθη λευκοΐοις ὅμοια, λεπτότερα δὲ[97] καὶ πικρὰ πρὸς τὴν γεῦσιν ἰσχυρῶς· ῥίζα λεπτὴ, λευκὴ, ἄχρηστος· φύεται ἐν ἐργασίμοις χωρίοις. Ἁρμόζει δὲ τὰ φύλλα ἰσχιαδικοῖς, ὅσον τριώβολος ἐν ὕδατι κυάθοις τρισὶ πινόμενα ἐπὶ ἡμέρας μ' ἢ ν'[98], καὶ ἴκτερον δὲ ἀποκαθαίρει, ὁμοίως πινόμενα πρὸς ϛ' ἢ ζ' ἡμέρας.

Κεφ. ρκε'. (ρκζ'.) [Περὶ Χαμαιπεύκης.] Χαμαιπεύκη[99] ποιεῖ πρὸς ὀσφύος ἀλγήματα, ἐν ὕδατι λεία πινομένη. [Ἐν

95) Cod. C. πυροῖς, quod cum Plin. 24, 84. (*spicata est tritici modo*) congruit.

96) Cum Fuchsio, stirp. hist. 877, reliqui commentatores fere omnes μικρότερα volunt: repugnant tamen codd. et interpretes prisci.

97) Solum λεπτότερα habent Oribas. et cod. C.; λευκότερα καὶ λεπτότερα Ald., μικρότερα solum Asulan. cum sequentibus.

98) Plin. l. c. *septem diebus.*

99) Marcell., Ruell. et Valer. Cord. in codd. sic scriptum invenerunt, quod cum Plin. 24, 86. congruit. Χαμαιλεύκη, synonymon βηχίου (lib. 3. c. 116. [126.]) eodem nomine a Plinio 24, 85. distinguitur, *farfarum* dicta. Et, quanquam Galen. et Paull. χαμαιλεύκην a βηχίῳ removeant, in iis auctoribus nostra lectio substituenda esse videtur. Cf. Alpin. exot. p. 77.

Cap. CXXIV. (CXXVI.) [*De Chamaecisso.*] Chamaecissus [aliis chamaeleuce, aliis hedera sterilis, aut terrae corona, aliis selenitis, Romanis hedera pluviatica dicitur] folia habet hederae similia, sed longiora ac tenuiora, numerosa: ramulos a radice quinos senosve, dodrantales, foliosos: flores leucoïum (colore) referentes, minores tamen et gustu admodum amaros. Radix est tenuis, alba, inutilis. Nascitur in cultis locis. Folia conveniunt ischiadicis, dum tribus obolis in aquae cyathis totidem per quadraginta aut quinquaginta dies bibuntur: regium quoque morbum expurgant, simili modo pota per sex aut septem dies.

Cap. CXXV. (CXXVII.) [*De Chamaepeuce.*] Chamaepeuce facit adversus lumborum dolores, si trita ex

ἄλλῳ][100]. *Ἔστι δὲ ἡ βοτάνη ὁλόχλωρος, ἔχουσα φυλλάρια ἐπικαμπῆ, καὶ τοὺς κλάδους ἐπικαμπεῖς, καὶ ἄνθη ὡς ῥόδα.*

Κεφ. ρϛβʹ. (ρϛεʹ.) [Περὶ Σκορπιοειδοῦς.] Σκορπιοειδὲς βοτάνιον, φύλλα ἔχον ὀλίγα, καὶ σπέρματα οὐραῖς σκορπίου ἐμφερῆ· βοηθεῖ δὲ καταπλασσόμενα σκορπιοπλήκτοις ἄκρως.

65) Lacuna legit καρδαμώμῳ.

additis nitro, hyssopo, nasturtio et aqua; valet ad latos teretesque vermes excutiendos. Quin et pensiles verrucas cum sale illita tollit.

Cap. CXCII. (CXCV.) [*De Scorpioide.*] Scorpioïdes herbula est foliis paucis et fructu scorpionis caudam referente. Illita vero expeditissimo est praesidio iis, qui a scorpione icti sunt.

ΒΙΒΛΙΟΝ Ε.

Ἀποδόντες ἐν τοῖς προγραφεῖσι τέτταρσι βιβλίοις, φίλτατε Ἄρειε, τὸν περὶ ἀρωμάτων καὶ ἐλαίων καὶ μύρων καὶ δένδρων, καὶ τῶν ἐξ αὐτῶν καρπῶν τε καὶ δακρύων, ἔτι τε ζώων καὶ μέλιτος καὶ γάλακτος καὶ στεάτων καὶ τῶν καλουμένων σιτηρῶν καὶ λαχάνων, καὶ τὸν σύμπαντα περὶ ῥιζῶν καὶ βοτανῶν καὶ χυλισμάτων καὶ σπερμάτων λόγον· ἐν τούτῳ, τελευταίῳ ὑπάρχοντι τῆς ὅλης πραγματείας[66], διαλεξόμεθα περὶ οἴνων καὶ τῶν καλουμένων μεταλλικῶν, ἀρξάμενοι ἀπὸ τῆς περὶ ἀμπέλου παραδόσεως.

Κεφ. α'. [Περὶ Ἀμπέλου οἰνοφόρου.] Ἀμπέλου οἰνοφόρου τὰ φύλλα καὶ αἱ ἕλικες λεῖαι καταπλασσόμεναι κεφαλαλγίας πραΰνουσι, φλεγμονήν τε στομάχου καὶ καῦσον σὺν ἀλφίτῳ· καὶ καθ' ἑαυτὰ ἐπιτιθέμενα τὰ φύλλα, ψυκτικὰ καὶ στυπτικὰ ὄντα· καὶ ὁ ἐξ αὐτῶν δὲ χυλὸς ποθεὶς

66) Cf. praef. p. 4. n. 16.

LIBER V.

Quoniam superioribus quatuor libris, amicissime Aree, de aromatibus, oleis, unguentis, arboribus earumque fructibus ac lacrimis, itemque de animalibus, melle, lacte, adipe, cerealibus egimus et oleribus; nec non et universum de radicibus, herbis, succis seminibusque tractationem absolvimus; in hoc, totius operis ultimo, de vinis et iis, quae metallica dicuntur, disseremus, a vitis tractatione inchoaturi.

Cap. I. [*De Vite vinifera.*] Vitis vinifera folia cum claviculis trita et imposita capitis dolores mitigant, itemque ventriculi inflammationem et ardorem cum polenta. Id ipsum etiam folia per se imposita praestant: quippe quae refrigerandi astringendique vim habeant. Po-

ὠφελεῖ δυσεντερικοὺς καὶ αἱμοπτοϊκοὺς καὶ στομαχικοὺς καὶ κισσώσας· ἀποβραχεῖσαι δὲ αἱ ἕλικες ἐν ὕδατι καὶ ποθεῖσαι, τὰ αὐτὰ ποιοῦσι· τὸ δὲ δάκρυον αὐτῆς, ὅμοιον ὂν κόμμει, περιπηγνύμενον τοῖς στελέχεσι, λίθους ἐκτινάσσει, πινόμενον σὺν οἴνῳ· ἰᾶται δὲ καὶ λειχῆνας καὶ ψώρας καὶ λέπρας καταχριόμενον· δεῖ δὲ προεκνιτροῦν τὸν τόπον· σὺν ἐλαίῳ δὲ ἐγχριόμενον συνεχῶς ψιλοῖ[67] τὰς τρίχας, καὶ μάλιστα ὁ ἀπὸ τοῦ χλωροῦ κλήματος καιομένου ἀφιδρούμενος ἰχώρ· ὃς καὶ μυρμηκίας ἐπιχριόμενος ἐκβάλλει· ἡ δὲ ἐκ τῶν κλημάτων καὶ στεμφύλων τέφρα τὰ περὶ δακτύλιον ἀφαιρεθέντα κονδυλώματα καὶ θύμια, σὺν ὄξει καταπλασθεῖσα, θεραπεύει· καὶ στρέμματα καὶ ἐχιοδήκτους ὠφελεῖ, καὶ σπληνὸς φλεγμονὰς, σὺν ῥοδίνῳ καὶ πηγάνῳ καὶ ὄξει καταπλασσομένη.

Κεφ. β΄. [Περὶ Ἀμπέλου ἀγρίας.] Ἄμπελος ἀγρία διττή· ἡ μὲν γὰρ αὐτῆς οὐ περκάζει τὴν σταφυλὴν, ἄχρι δ᾽ ἀνθήσεως ἄγει τὴν λεγομένην οἰνάνθην· ἡ δέ τις τελεσφορεῖ,

67) Serap. ψιλοῦν, *abradendi enim prius pili, oleo inungenda et nitro perfricanda loca, quibus lacrima vitis ad curandas lepras applicatur.* At temerarium videtur, uni interpreti fidem habere, quando sequens καὶ μάλιστα non apte cohaeret.

tus eorum succus iuvat dysentericos: sanguinem exscreantes, stomacho laborantes et mulieres malacia laborantes. Eadem efficiunt macerati in aqua capreoli et poti. Lacrima vitium, quae velut gummi est, quaeque circa illarum caudices concrescit, ex vino pota, calculos pellit: inuncta lichenas, psoras, leprasque, nitro affricto praeparatas, sanat. Eadem cum oleo saepius pilis illitis eosdem detrahit: maximeque liquor, quem accensa sarmenta vitium viridia exsudarunt, quo et perunctae verrucae formicantes tolluntur. Cinis autem sarmentorum et vinaceorum detractis circa sedem condylomatis et thymiis, illitus ex aceto, medetur. Prodest et contorsionibus et viperarum morsibus: quin et contra lienis inflammationes proficit, cum rosaceo, ruta et aceto impositus.

Cap. II. [*De Vite sylvestri.*] Vitis sylvestris (specie) duplex est. Altera enim, uvam non maturans, florem solum, oenanthes nomine, producit. Altera autem rite

μικρόῤῥαξ οὖσα, καὶ μέλαινα καὶ στυπτική. Δύναμιν δ᾽ ἔχει ταύτης τὰ φύλλα καὶ αἱ ἕλικες καὶ οἱ καυλοὶ ὁμοίως τῇ ἡμέρῳ.

Κεφ. γ'. [Περὶ Σταφυλῆς.] Σταφυλὴ ἡ μὲν πρόςφατος πᾶσα ἐκταράσσει κοιλίαν, καὶ ἐμπνευματοῖ στόμαχον· ἡ δὲ ἐπὶ χρόνον τινὰ κρεμασθεῖσα ὀλίγον μετέχει τούτων, διὰ τὸ πολὺ τῆς ἰκμάδος ἀνεξηράνθαι, εὐστόμαχός τέ ἐστι καὶ ὀρέξεως ἀνακλητικὴ, καὶ ἐπιτήδειος πρὸς τοὺς ἀσθενοῦντας· αἱ δὲ ἐκ τῶν στεμφύλων[68] καὶ ἐκ τῶν βικῶν εὔστομοι, εὐστόμαχοι, κοιλίας ἐφεκτικαί· κύστεως δὲ καὶ κεφαλῆς ἅπτονται· ἁρμόζουσι δὲ καὶ αἱμοπτοϊκοῖς[69]· ὅμοιαι δέ εἰσι καὶ αἱ εἰς τὸ γλεῦκος ἐμβαλλόμεναι· αἱ δὲ ἐκ τοῦ ἑψήματος καὶ γλυκέος[70] κακοστομαχώτεραι· συντίθενται δὲ καὶ μετ᾽ ὀμβρίου ὕδατος προσταφιδωθεῖσαι· γένονται δὲ αἱ τοιαῦται ἐπ᾽ ὀλίγον οἰνώδεις, διψώδεσι δὲ καὶ καυσώδεσι καὶ χρονίοις πυρετοῖς χρήσιμοι[71]· τὸ δὲ στέμφυλον αὐτῶν ἀποτεθὲν κατα-

68) Matthiol. in cod. Cantacuz. φύλλων. Cf. Galen. facult. alim. lib. 2. p. 576. 577.

69) X. ἐπὶ αἱμοπτοϊκῶν.

70) Goupyl. sic primus; γλεύκους Ald., Asul., Marcell., Cornar.

71) Quam negligenter haec interpretatus sit Plin. 23, 6., docuit iam Reines. var. lect. p. 188.

maturescit, sed parvas profert uvas, nigricantes astringentesque. Vim habent huius folia et claviculae et caules sativae similem.

Cap. III. [*De Uva.*] Quaelibet uva recens alvum turbat et stomachum inflat: quae vero aliquamdiu suspensa fuit, minorem eiusmodi noxam infert, quia humidi plurimum siccatum est: tum ventriculo confert et appetentiam ciborum restituit, et infirmis idonea est. Intra vinacea et in ollis servatae ori stomachoque gratae sunt, alvum tamen cohibent, ac vesicam et caput tentant. Sanguinem exscreantibus prosunt. Similes sunt, quae in mustum coniectae fuerunt. At quae in sapa aut passo conditae sunt, stomachum magis infestant. Servantur et in aqua pluvia, quae prius in passas conversae fuerunt: sed ea parum vinosae sunt, siticulosis tamen febribusque ardentibus utiles. Vinaceum eorum reconditum cum sale im-

πλάττεται μεθ᾽ ἄλων πρὸς φλεγμονὰς καὶ σκληρίας καὶ σπαργῶσιν μαστῶν· τὸ δὲ ἀφέψημα τῶν στεμφύλων δυςεντερικοὺς καὶ κοιλιακοὺς καὶ ῥοϊκὰς ὠφελεῖ ἐνιέμενον· καὶ εἰς ἐγκαθίσματα καὶ προςκλύσματα λαμβάνεται. Τὰ δὲ ἐξ αὐτῶν γίγαρτα στυπτικὰ, εὐστόμαχα· φρυγέντα δὲ, καὶ ἀντὶ ἀλφίτου[72] ἐπιπασσόμενα λεῖα, ἁρμόζει δυςεντερικοῖς καὶ κοιλιακοῖς καὶ τοῖς τὸν στόμαχον ἀναλελυμένοις.

Κεφ. δʹ. [Περὶ Σταφίδος.] Τῆς δὲ σταφίδος στυπτικωτέρα[73] ἐστὶν ἡ λευκή· ὠφελεῖ δὲ καὶ ἡ σὰρξ αὐτῶν ἐσθιομένη ἀρτηρίας καὶ βῆχας καὶ νεφροὺς καὶ κύστιν· καὶ δυςεντερίαν σὺν τοῖς γιγάρτοις ἐσθιομένη καθ᾽ ἑαυτήν· μιγεῖσα δὲ ἀλεύρῳ κεγχρίνῳ καὶ κριθίνῳ καὶ ὠῷ, καὶ τηγανισθεῖσα μετὰ μέλιτος καὶ λαμβανομένη· εἴς τε ἀποφλεγματισμοὺς καθ᾽ ἑαυτὴν καὶ σὺν πεπέρει μασσωμένη εὔθετεῖ· διδύμων τε φλεγμονὰς παύει, καταπλασθεῖσα μετὰ ἀλεύρου κυαμίνου καὶ κυμίνου[74]· ἐπινυκτίδας δὲ καὶ ἄνθρακας καὶ κηρία καὶ τὰς

72) Marcell. suspicatur *μετὰ ἀλφίτου.* At Plin. 23, 9.: *Inspergitur, polentae modo*; et Serap.: *Assantur* et *teruntur sicut sauich* (polenta).
73) Sic primus Cornar.; *λεπτικωτέρα* Ald., Asul., Marcell.; *λεπτυντικωτέρα* Manard. Nostram lectionem tuetur Serap.
74) Eodem modo Serap. Sed Plin. 23, 12. *farinam cymini aut coriandri* habet. Nequit autem e cymini semine farina confici.

ponitur inflammatis, praeduris ac turgentibus mammis. Decoctum vinacei infusum dysentericos iuvat, coeliacos ac mulieres fluxu laborantes. Sed et ad insessus et collutiones adhibetur. Acini vero ex ipsis astringentes sunt et ventriculo prosunt: tosti iidem, triti ac polentae modo inspersi, dysentericis praesidio sunt, coeliacis ac stomachi resolutione laborantibus.

Cap. IV. [*De Uva passa.*] Uva passa alba magis astringit. Utilis est caro earum comesta fistulae spiritali, tussi, renibus ac vesicae. Estur et cum nucleis per se contra intestinorum difficultatem: admixta et milii et hordei farina et ovo, in sartagine cum melle fricta sumitur. Sed et eadem ad extrahendam pituitam, tum per se, tum cum pipere manducata, prodest. Testium quoque inflammationes sedat, imposita cum fabarum farina et cymino. Epinyctidas vero, carbunculos, favos et putre-

περὶ ἄρθρα σηπεδόνας καὶ γαγγραίνας χωρὶς γιγάρτων ἴᾶται, λεία σὺν πηγάνῳ ἐπιτιθεμένη· πρός τε ποδάγραν ἁρμόζει μετὰ τοῦ ὀποπάνακος ἐπιπλασσομένη· καὶ ὄνυχας δὲ θᾶττον ἀφίστησι σαλευθέντας ἐπιπλασθεῖσα.

Κεφ. έ. [Περὶ Οἰνάνθης.] Οἰνάνθη καλεῖται ὁ τῆς ἀγρίας ἀμπέλου καρπὸς, ὁπότε ἀνθεῖ· ἀποτίθεσθαι δὲ δεῖ εἰς ἀκώνιστον[75] ἀγγεῖον ὀστράκινον, συλλέγοντας καὶ ξηραίνοντας ἐπὶ ὀθονίου ἐκ σκιᾶ· καλλίστη δὲ γίνεται ἐν Συρίᾳ καὶ Κιλικίᾳ καὶ Φοινίκῃ. Δύναμις δὲ αὐτῆς στυπτικὴ, ὅθεν πινομένη εὐστόμαχος καὶ οὐρητική, κοιλίαν ἐφεστῶσα καὶ αἵματος πτύσιν· ξηρὰ δὲ καταπλασθεῖσα καὶ πρὸς ἀσώδη καὶ ὀξύνοντα στόμαχον ποιεῖ· ἔστι δὲ καὶ κεφαλαλγίαις ἔμβρεγμα, σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ, χλωρά τε καὶ ξηρά· κατάπλασμά τε ἐναίμων ἀφλέγμαντον καὶ ἀρχομένων αἰγιλώπων καὶ τῶν ἐν στόματι ἑλκῶν[76] καὶ νομῶν τῶν ἐν αἰδοίοις, σὺν μέλιτι καὶ κρόκῳ καὶ ῥοδίνῳ καὶ σμύρνῃ λεανθεῖσα· εἴς τε πεσσοὺς μίγνυται πρὸς ἐπίσχεσιν αἵματος· καὶ πρὸς ῥεύματα ὀφθαλμῶν

75) Vulgo ἀκόνιτον.

76) Cod. X. Sambuc. sic habet; οὔλων vulgo. Serap. *vulnera gingivarum*, ergo τῶν ἐν οὔλοις πληγῶν legit.

scentia circa articulos ulcera atque gangraenas sine acinis trita et cum ruta illita sanat. Convenit et podagrae, cum opopanace adhibita: denique et mobiles ungues illita celerius decutit.

Cap. V. [*De Oenanthe.*] Oenanthe vocatur vitis sylvestris fructus, dum floret. Condi vero debet in vas fictile non picatum, lecta prius et substrato linteo in umbra siccata. Laudatissima provenit in Syria, Cilicia et Phoenice. Vis ei est astringens: quare pota stomacho ac ciendae urinae utilis, alvum sistit ac sanguinis exscreationes. Contra fastidia et acorem stomachi sicca et illita etiam efficax est. In capitis doloribus tam viridis quam sicca cum aceto et rosaceo perfunditur. Cruenta vulnera et incipientes aegilopas, oris ulcera et pudendorum depascentia, trita et additis melle, croco, myrrha et rosaceo adhibita pro cataplasmate, ab inflammatione vindicat. Pessis quoque admiscetur ad cohibendum sanguinem: et con-

καὶ καυσούμενον στόμαχον καταπλάσσεται σὺν παιπάλῃ ἀλφίτου καὶ οἴνῳ[77]· καυθεῖσα[78] δὲ ἐπ' ὀστράκου διαπύροις ἄνθραξι ποιεῖ πρὸς τὰ ὀφθαλμικά· παρωνυχίας τε καὶ πτερύγια καὶ οὖλα ἀφεστῶτα καὶ αἱμασσόμενα σὺν μέλιτι θεραπεύει.

Κεφ. ς'. [Περὶ Ὀμφακίου.] Ὀμφάκιόν ἐστι μὲν χυλὸς ὄμφακος θασίας σταφυλῆς μήπω περκαζούσης ἢ ἀμιναίας· δεῖ δὲ πρὸ κυνὸς ἐκθλίβοντα τὸν χυλὸν ἡλιάζειν ἐν χαλκώματι ἐρυθρῷ ἐσκεπασμένῳ ὀθονίῳ, μέχρις οὗ συστραφῇ, ὅλον ἀεὶ τὸ περιπηγνύμενον μίσγοντα τῷ ὑγρῷ, νύκτωρ δὲ αἴρειν αὐτὸ ἀπὸ τοῦ ὑπαιθρίου· κωλύουσι γὰρ αἱ δρόσοι τὴν σύστασιν αὐτῶν· ἐκλέγου δὲ τὸ ξανθὸν καὶ εὔθρυπτον, στῦφον ἱκανῶς καὶ δάκνον τὴν γλῶσσαν· ἔνιοι δὲ ἕψοντες τὸν χυλὸν συστρέφουσιν. Ἁρμόζει δὲ πρὸς παρίσθμια καὶ σταφυλὴν, ἄφθας, οὖλα πλαδαρὰ, ὦτα πυοῤῥοοῦντα σὺν μέλιτι ἢ γλυκεῖ· πρὸς δὲ σύριγγας καὶ παλαιὰ ἕλκη καὶ νομὰς σὺν ὄξει· ἐγκλύζεται δὲ ἐπὶ δυσεντερικῶν καὶ ῥοϊκῶν·

77) Vulgo οἴνου.

78) X. καεῖσα.

tra oculorum fluxiones stomachique ardores cum polline polentae ac vino illinitur. Cremata vero in testa, candentibus prunis, facit ad oculorum medicamenta: quin et paronychias, pterygia, abscedentes et cruentas gingivas cum melle sanat.

Cap. VI. [*De Omphacio.*] Omphacium est succus acerbae uvae, seu thasiae, seu aminaeae, nondum variantis. Oportet autem ante canis ortum expressum succum in aheno aereo rubro, quod linteo sit opertum, insolare, donec coëat, semper autem totum id, quod ipsi vasi concretum adhaeserit, liquido reliquo permiscere, atque noctu ipsum a locis subdialibus sub tectum referre: rores enim impediunt coagulationem. Eligendum est flavum, quod facile comminuitur, valde astringens, linguamque mordens. Sunt, qui coctione succum condensent. Prodest contra tonsillarum uvulaeque vitia, aphthas, gingivas humore flaccidas, purulentasque aures cum melle aut passo: item ad fistulas, ulcera vetera et depascentia cum

ἔστι δὲ καὶ ὀξυδερκές· τραχύτησι δὲ ὀφθαλμῶν ἁρμόζει καὶ περιβρώσεσι κανθῶν· πίνεται καὶ πρὸς αἵματος πτύσιν τὴν πρόςφατον καὶ κατὰ ῥῆξιν γενομένην· ὑδαρεῖ δὲ δεῖ χρῆσθαι λίαν καὶ ὀλίγῳ· ἐπικαίει γὰρ ἱκανῶς[79].

Κεφ. ζ. [Περὶ ποιότητος τῶν οἴνων ἐκ τῆς ἡλικίας[80].] Οἶνοι οἱ μὲν παλαιοὶ νεύρων βλαπτικοὶ καὶ τῶν λοιπῶν αἰσθητηρίων, πρὸς δὲ γεῦσιν ἡδίονες· ὅθεν ἐπὶ τῶν ἀσθενές τι μέρος ἐχόντων ἔνδον παραιτητέον· ἐπὶ μέντοι τῆς ἐν ὑγείᾳ χρήσεως ὀλίγος τε καὶ ὑδαρὴς λαμβάνεται ἀβλαβῶς· ὁ δὲ νέος ἐμπνευματικὸς, δύςπεπτος, δυςόνειρος, οὐρητικός· ὁ δὲ μέσος τῇ ἡλικίᾳ ἐκπέφευγε τὰ ἀμφότερα ἐλαττώματα· ὅθεν ἐκκριτέος ἐστὶν ἔν τε ὑγείας καὶ ἀσθενείας χρήσεσιν.

Κεφ. η΄. [Ἐκ τῆς χρόας.] Ἔστι ὁ μὲν λευκὸς λεπτός τε καὶ εὐανάδοτος, καὶ εὐστόμαχος ὑπάρχει· ὁ δὲ μέλας παχὺς καὶ δύςπεπτος, μέθης καὶ σαρκῶν γεννητικός·

79) Aldina addit ex veteri codice, quae huius loci esse non possunt, licet, ad literam confirmata a Serap., habeat etiam cod. X. Cum vero eadem verba capite 12. repetantur, Marcellus penitus expunxit. Asulan. ad notha ablegavit.

80) Sequentia capita ad finem c. 14. Ald. uno comprehendit, περὶ οἴνων inscripto.

aceto. Alvus etiam eo colluitur in urinae difficultate et fluxu muliebri. Oculorum quoque claritati confert, eorumque scabritiae et angulis arrosis convenit. Bibitur et ad recentem sanguinis exscreationem atque e ruptis vasis obortam. Sed eo admodum diluto paucoque utendum est, siquidem potenter exurit.

Cap. VII. [*De vini indole pro aetatis ratione.*] Vina vetusta nervos reliquaque sensuum instrumenta laedunt, attamen gustu sunt suaviora. Quare vitanda ab iis, qui internae alicuius partis imbecillitatem sentiunt. Nihilominus in secunda valetudine vinum eiusmodi paucum aquaque dilutum sine noxa sumitur. At novum inflationes parit, aegre coquitur, gravia facit somnia, urinasque ciet. Quod vero aetate medium est, utroque illo vitio caret, proindeque ad usum sanorum aegrorumque deligendum.

Cap. VIII. [*Pro ratione coloris.*] Insuper album est tenue stomachoque utile, facileque in membra distribuitur. Nigrum vero crassum est et ad concoquendum

ὁ δὲ κιῤῥὸς, μέσος ὢν, μέσην ἔχει καὶ τὴν πρὸς ἑκάτερα τούτων δύναμιν· αἱρετώτερος μέντοι ἔν τε ὑγείᾳ καὶ ἀσθενείᾳ ὁ λευκός· ἔτι καὶ πρὸς τὴν ποιότητα διαφέρουσιν.

Κεφ. ϑ'. [Ἐκ τῆς γεύσεως καὶ τῶν μεμιγμένων.] Ὁ μὲν γὰρ γλυκὺς οἶνος ἁδρομερής ἐστι καὶ δυςδιάπνευστος, στομάχου πνευματωτικός· κοιλίας τε καὶ ἐντέρων ταρακτικὸς, ὥςπερ καὶ τὸ γλεῦκος· ἧττον δὲ μεθύσκει· κύστει δὲ καὶ νεφροῖς εὔθετος· ὁ δὲ αὐστηρὸς οὐρητικώτερος, κεφαλαλγίας τε καὶ μέθης ποιητικός· ὁ δὲ στρυφνὸς εὐθετώτατος πρὸς ἀνάδοσιν σιτίων· κοιλίας τε σταλτικὸς καὶ τῶν ἄλλων ῥευματισμῶν· ὁ δὲ ἁπαλὸς[81] ἧττον ἅπτεται τοῦ νευρώδους, καὶ ἧττόν[82] ἐστιν οὐρητικός· ὁ δὲ τεθαλασσωμένος κακοστόμαχος, διψοποιὸς, νεύρων κακωτικὸς, εὐκοίλιος, ἀνεπιτήδειος τοῖς ἐξ ἀσθενείας[83]· ὁ δὲ ἐκ τῆς ϑειλοπεδευθείσης σταφυ-

81) Veram esse lectionem, efficitur ex Eustathio, qui τῷ σκληρῷ opponit. *Vinum leve* Serap.; ἁπλοῦς esse legendum, suspicatur Cornar.

82) Lacuna μετρίως; sed nostram lectionem tuetur Serap.

83) Lacunam habet Marcell., sed ὑγιάζουσι aut περιγινομένοις subintelligendum, ut iam Serap. interpretatus est.

difficile, temulentiam facit, et carnium generationi favet. Fulvum vero, medium nimirum, medias etiam inter utrumque vires obtinet. Album tamen tum in secunda valetudine, tum in adversa praeferendum. Sed et vina sapore distant.

Cap. IX. [*Pro saporum eorumque, quae iis miscentur, differentia.*] Dulce quidem vinum crassis constat particulis et aegre e corpore perspirat, stomachum inflat, alvum et intestina, uti et mustum, turbat; sed minus inebriat, vesicae ac renibus aptum. Austerum urinas magis expellit, sed capitis dolorem facit, et temulentiam gignit. Acerbum ad ciborum per membra digestionem accommodatissimum: alvum ceterasque fluxiones cohibet. At vinum molle et sapore languidum nervos minus tentat, minusque urinas pellit. Vinum porro aqua marina temperatum stomacho adversatur, sitim facit, nervos infestat, bonam facit alvum, sed haud idoneum ab infirmitate convalescentibus. Passum autem, quod uvis in cratibus sole

λῆς, ἢ ἐπὶ τῶν κλημάτων ὀπτηθείσης καὶ τριβομένης γενόμενος, γλυκὺς καλούμενος, κρητικὸς ἢ πρότροπος ἢ πράμνιος, καὶ ὁ καθεψομένου τοῦ γλεύκους, σείριος ἢ ἕψημα καλούμενος· ὁ μὲν μέλας, καλούμενος δὲ μελαμψίθιος[84], παχύς ἐστι καὶ πολύτροφος· ὁ δὲ λευκὸς λεπτότερος· ὁ δὲ μέσος μέσην ἔχει καὶ τὴν δύναμιν· στυπτικὸς δὲ πᾶς ἐστι, σφυγμῶν ἀνακτητικός· ποιῶν πρὸς πάντα τὰ θανάσιμα, ὅσα κατὰ ἕλκωσιν ἀναιρεῖ, πινόμενος σὺν ἐλαίῳ καὶ ἐξεμούμενος· καὶ πρὸς μηκώνειον δὲ καὶ φαρικὸν καὶ τοξικὸν καὶ κώνειον καὶ γάλα θρομβωθέν· καὶ πρὸς κύστιν καὶ νεφροὺς ὀδαξουμένους καὶ εἱλκομένους· εἰσὶ δὲ πνευματικοὶ καὶ κακοστόμαχοι· ἰδίως δὲ ἐπὶ τῶν τὴν κοιλίαν ῥευματιζομένων ἁρμόζει ὁ μελαμψίθιος[85]· ὁ δὲ λευκὸς μαλακτικὸς κοιλίας τῶν ἄλλων μᾶλλον· ὁ δὲ τὴν γύψον ἔχων, κακωτικὸς τῶν νεύρων, καρηβαρικὸς, πυρώδης, κύστει ἄθετος· πρὸς δὲ τὰ θανάσιμα τῶν ἄλλων εὐθετώτερος· οἱ δὲ πίσσαν ἢ ῥητίνην πιτυΐνην ἔχοντες θερμαντι-

84) Quanquam codd. et editt. priores *μελαψίνθιος* habeant, Goupylus tamen primus, quod *ψίθιος* cum *πραμνίῳ* a Nicandri Scholiasta et Athenaeo componitur, *μελαμψίθιος* scripsit.
85) X. *μέλας*.

siccatis aut in ipso sarmento torrefactis exprimitur, creticum dictum, aut protropum aut pramnium, itemque sapa, quae fit musto igne decocto, Graeci sirion seu hepsema appellant: nigra quidem si fuerint, melampsithia dicta, crassa sunt et corpora multum alunt; at alba tenuiora: quae vero medio inter haec colore sunt, medias quoque vires obtinent. Omnia tamen astringunt, pulsus excitant, et faciunt adversus venena, quae exulcerando necant, ex oleo pota et vomitu reddita: itemque contra meconium, pharicum, toxicum, conium et lactis coagula: nec non et contra renum ac vesicae rosiones et exulcerationes. Nihilominus inflationes pariunt, et stomacho adversantur. Speciatim melampsithium confert iis, qui alvi fluxione laborant. Album magis ceteris alvum emollit. Gypso conditum nervos offendit, capitis gravitatem infert, viscera calore accendit et vesicae infestum est: sed contra venena ceteris aptius. Picata aut resinata excalfaciunt, concoctionem adiuvant, sanguinem tamen

κοὶ καὶ πεπτικοί· ἄθετοι δὲ τοῖς αἱμοπτοϊκοῖς[86]· οἱ δὲ καλούμενοι ἀπαράχυτοι, ἔχοντες δὲ ἕψημα μεμιγμένον, κεφαλῆς εἰσι πληρωτικοὶ, μέθης γεννητικοὶ, δυςδιάπνευστοι, κακοστόμαχοι[87].

Κεφ. ί. [Περὶ διαφορᾶς ἐκ τῶν τόπων.] Ὁ μὲν οὖν δοκῶν πρωτεύειν τῶν ἐν Ἰταλίᾳ οἴνων, φάλερνος δὲ καλούμενος, παλαιωθεὶς ἄγαν εὔπεπτος[88], σφυγμῶν ἀνακλητικὸς, κοιλίας στεγνωτικὸς καὶ εὐστόμαχος· κύστει ἄθετος καὶ ἀμβλυωποῦσι, καὶ πρὸς πολυποσίαν ἀνάρμοστος· ὁ δὲ ἀλβανὸς ἁδρομερέστερος[89] τοῦ φαλέρνου, ἔγγλυκος, ἐμπνευματῶν στόμαχον, κοιλίαν τε μαλάττων, πέψει τε οὐχ ὁμοίως συνεργῶν, τοῦ δὲ νευρώδους ἧττον κακωτικός· παλαιωθεὶς δὲ καὶ οὗτος αὐστηρὸς γίνεται· ὁ δὲ καίκουβος, γλυκὺς ὢν, ἁδρομερέστερός ἐστι τοῦ ἀλβανοῦ, σαρκῶν δὲ καὶ εὐχροίας γεννητικὸς, πέψει δὲ ἄθετος· ὁ δὲ συρεντῖνος αὐστηρὸς ἱκα-

86) Lacuna et X. ἐμετικοῖς.

87) Lacuna legit addita: πληκτικοὶ, πυρωτικοὶ καὶ φυσώδεις.

88) Hermol. Barbar. et Marcell. legerunt εὔποτος. Marcell. e Plin. 23, 20. suspicatur ἄπεπτος. Φάλερνος scribit Strabo lib. 5. p. 163.; φαλέρνος Ald., Asulan., Marc.; φάλερνος Cornar., Goupyl. et Sarac.; φαλερῖνος Galen. meth. med. lib. 12. p. 832.

89) Cod. X. ὑδρομερέστερος, sed Plin. 23, 21. nostrae scripturae favet.

exscreantibus inimica. Quae vero maris expertia dicuntur et sapam admixtam habent, caput implent, temulentiam gignunt, de corpore difficulter exspirant, et stomachum male habent. 1

Cap. X. [*Pro locorum differentia.*] Inter italica vina falernum principem obtinere locum videtur: quod inveteratum perquam facile concoquitur, pulsus suscitat, alvum astringit, stomacho confert: sed vesicae nocet ac iis, qui hebetudinem visus sentiunt, liberaliori potioni minime idoneum. Albanum crassioribus, quam falernum, constat partibus, subdulce est, ventriculum inflat et alvum emollit: sed concoctionem non aeque adiuvat, nervosum vero genus minus infestat. Et hoc ipsum vetustate austerum concipit saporem. Caecubum, cum sit dulce, est albano crassius, corpus auget et colorem cutis meliorem facit, at iuvandae concoctioni minime idoneum. Sur-

νῶς ἐστιν· ὅθεν ἐντέρων καὶ στομάχου ῥεῦμα ἵστησι, κεφαλῆς δὲ ἧττον [90] ἅπτεται, λεπτομερὴς ὤν· παλαιωθεὶς δὲ εὐστόμαχος [91] καὶ ἡδίων γίνεται· ὁ δὲ ἀδριανὸς, καὶ ὁ μαμερτῖνος, γεννόμενος ἐν Σικελίᾳ, κατ' ἴσον εἰσὶν ἁδρομερεῖς, μετρίως στύφοντες, καὶ τάχιον παλαιοῦνται, ἧττόν τε τοῦ νευρώδους ἅπτονται, διὰ τὸ ἐν αὐτοῖς λεῖον [92]· ὁ δὲ πραιτουτιανὸς [93] καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν κατ' Ἀδρίαν κομιζόμενος τόπων, εὐώδης καὶ λειότερός [94] ἐστιν· οὐ δὲ λανθάνει πολὺς πινόμενος, φυλάττει τε ἐφ' ἱκανὸν τὴν μέθην καὶ καροῖ· ὁ δὲ ἰστρικὸς λεγόμενος ἔοικε τῷ πραιτουτιανῷ, οὐρητικώτερος ὑπάρχων· ὁ μέντοι χῖος ἁπαλώτερος τῶν προειρημένων, εὔτροφος, πότιμος, ἧττον μεθύσκων, ῥεύματος σταλτικὸς, χρήσιμος εἰς τὰ ὀφθαλμικά· ὁ δὲ λέσβιος εὐανάδοτος, κουφότερος τοῦ χίου, καὶ εὐκοίλιος· τὴν αὐτὴν δὲ τούτῳ κέκτηται δύναμιν ὁ κατὰ Ἔφεσον γεννώμενος, καλούμενος δὲ φυγελίτης· ὁ δὲ ἐκ

90) Cod. X. et Lacuna ἥκιστα.

91) Cod. X. εὐστομαχώτερος.

92) Marcell. in cod. legit id, quod magis consentit cum reliquis, quam vulgare λεπτόν.

93) Sic Marcell. iam e Plin. 3, 18. correxit vulg. πραιπιανός, pro quo X. παραιτυπιανός.

94) Cod. X. λεπτότερος.

rentinum valde austerum est, quare intestinorum ventriculique fluxiones cohibet, et, cum tenuibus constet partibus, caput minime tentat: vetustate autem fit et stomacho utile, et suavius. Adrianum et mamertinum, in Sicilia generatum, ex aequo crassarum sunt partium, modice astringunt, et celerius inveterantur, minusque ob suam laevitatem nervos tentant. Praetutianum, quod et ipsum e locis circum Adriam devehitur, est odoratum et laevius: haustum copiosius eo se prodit indicio, quod et ebrietatem diu servat, et soporem conciliat. Istricum praetutiano simile est, sed urinam vehementius pellit. Chium antedictis mollius est, probe nutrit, potui aptum est, ac minus inebriat: fluxiones cohibet, oculorum medicamentis utile. Lesbium distributu per corpus facile est, chio laevius, et alvo idoneum. Quod circa Ephesum nascitur, phygelites dictum, eamdem vim habet. Verum asianum,

τῆς Ἀσίας μεσσωγίτης[95], ἐκ τοῦ Τμώλου, κεφαλαλγὴς καὶ νεύρων βλαπτικός· ὁ δὲ κῶος καὶ κλαζομένιος, διὰ τὸ θαλάττης πολλῆς μετέχειν, εὔφθαρτος καὶ ἐμπνευματώδης, κοιλίας τε ταρακτικὸς, νεύρων ἐστὶ βλαπτικός.

Κεφ. ιά. [Περὶ δυνάμεως τῶν οἴνων.] Κοινῶς δὲ πᾶς ἀμιγὴς οἶνος καὶ ἀκέραιος, αὐστηρὸς δὲ τὴν φύσιν, θερμαντικὸς, εὐανάδοτος, εὐστόμαχος, ὀρεκτικὸς, θρεπτικὸς, ὑπνοποιὸς, ῥωστικὸς, εὐχροίας παρασκευαστικός· ἱκανῶς δὲ ποθεὶς βοηθεῖ τοῖς κώνειον, ἢ κόριον, ἢ φαρικὸν, ἢ ἰξίαν, ἢ μηκώνειον, ἢ λιθάργυρον, ἢ σμίλακα, ἢ ἀκόνιτον, ἢ μύκητας εἰληφόσι· πρός τε ἑρπετῶν δηγμοὺς ἢ πληγὰς πάντων, ὅσα πλήξαντα ἢ δακόντα κατὰ ψύξιν ἀναιρεῖ ἢ ἀνατρέπει στόμαχον· ποιεῖ καὶ πρὸς ἐμπνευμάτωσιν καὶ δῆξιν ὑποχονδρίου[96], καὶ πλατυσμὸν καὶ λύσιν[97] στομάχου, ἐντέρων τε καὶ κοιλίας ῥευματισμόν· καὶ ἐφιδροῦσι καὶ διαφο-

95) *Μεσσωγίτης* Stephan. Byzant. Mons *Μεσσωγὶς* Strabo lib. 14. p. 523. 575. Vulgo *μεσογείτης*.

96) Cod. X. *σκορπίου*.

97) Marcell. e Serap., qui *debilitatem* habet, pro vulg. *λύγγα* posuit.

e Tmolo monte, messogites dictum, capitis dolorem affert, nervosque laedit. Coum vero et clazomenium, quoniam copiosam maris aquam admistam habent, facile corrumpuntur, inflationes excitant, alvum turbant, ac nervos offendunt.

Cap. XI. [*De efficacia vinorum.*] In universum vinum omne merum ac sincerum suaque natura austerum excalfacit, facile in membra distribuitur, stomacho convenit, appetentiam ciborum incitat, corpus alit, somnum conciliat, robur auget, et colorem commendat. Potum liberalius, auxilio est contra assumta conium, coriandrum, pharicum, ixiam, meconium, lithargyrum, taxum, aconitum fungosque; nec minus contra serpentium morsus et omnium ictus, quae refrigerando necant, aut stomachum subvertunt. Facit et ad diuturnam hypochondriorum inflationem rosionemque, et ad dilatationem resolutionemque ventriculi, intestinorum etiam et ventris fluxiones. Conveniunt iis, qui partialibus locorum quo-

ρουμένοις ἁρμόζουσι, μάλιστα δὲ οἱ λευκοὶ καὶ παλαιοὶ καὶ εὐώδεις· οἱ μέντοι παλαιοὶ καὶ γλυκεῖς, καὶ πρὸς τὰ περὶ κύστιν καὶ νεφροὺς ἐπιτηδειότεροι· πρός τε τραύματα καὶ φλεγμονὰς σὺν ἐρίοις οἰσυπηροῖς ἐπιτιθέμενοι· καταντλοῦνται δὲ ὠφελίμως πρὸς τὰ θηριώδη καὶ φαγεδαινικὰ καὶ ῥευματιζόμενα ἕλκη· πρὸς δὲ τὴν ἐν ὑγείᾳ χρῆσιν εὔθετοι οἱ ἀθάλασσοι, αὐστηροὶ καὶ λευκοί· διαφέρουσι δὲ τούτων οἱ ἰταλικοί· ὡς ὁ φάλερνος[98], συρεντῖνος καὶ καίκουβος, ὅ τε σιγνηνὸς[99] καὶ ἄλλοι πολλοὶ οἱ ἀπὸ τῆς Καμπανίας, καὶ ὁ πραιτουτιανὸς[100] ἀπὸ τοῦ ἀδριανοῦ, καὶ σικελιωτικὸς, ὁ μαμερτῖνος[1] καλούμενος· ἑλληνικῶν δὲ χῖος, λέσβιος, φυγελίτης, ὁ ἐν Ἐφέσῳ γεννώμενος. Οἱ δὲ παχεῖς καὶ μέλανες κακοστόμαχοι, φυσώδεις, σαρκὸς μέντοι γεννητικοί[2]. Οἱ μέντοι λεπτοὶ καὶ αὐστηροὶ εὐστόμαχοι, ἧττον δὲ σαρκοποιοί· οὐρητικώτεροι δὲ καὶ κεφαλαλγεῖς οἱ σφόδρα παλαιοὶ

98) Ald. φαλερῖνος; Marcell. φαλέρνος; Sarac. φαλέρινος.

99) Σιγνηνός editiones omnes habent. Σιγνῖνος Galen. meth. med. lib. 12. p. 831. De signino vino cf. Plin. 23, 21. Est tamen et alia lectio in cod. X. σητανός, quod dixeris σητινόν Strab. lib. 5. p. 163. Plin. I. c.

100) Vulgo πραιτιανός.

1) Scribo cum Strabone lib. 5. p. 258. μαμερτῖνος, non μαμερτιανός, ut editt. Cum Adriaticus in Sicilia generari nequeat, supra et iam separavi, γεννώμενοι in γεννώμενος mutando.

2) Cod. X. addit: καὶ χρόνῳ εὐανάδοτοι.

rumdam sudoribus vexantur, aut universalibus infirmantur, maxime vina alba, vetera et odorata. At quae sunt vetusta simul et dulcia, renum ac vesicae vitiis magis sunt accommodata: vulneribus itidem et inflammationibus cum lana succida imponuntur. Quin et iisdem utiliter foventur fera, phagedaenica et fluxionibus infestata ulcera. Sanorum victui idonea sunt, quibus aquae marinae nihil additum est, austera et alba. In his praestant italica, uti falernum, surrentinum, caecubum, signinum et alia multa e Campania: itemque praetutianum ex adriatica regione et siculum, quod mamertinum appellatur. Ex graecis: chium, lesbium et phygelites, quod in Epheso gignitur. Crassa vero et nigra stomacho sunt inimica, flatus pariunt, carnes tamen generant. Tenuia autem et austera stomacho quidem prosunt, sed carnes minus alunt. At

[καὶ λεπτοὶ][3] καὶ λευκοί· ἅπτονται δὲ τοῦ νευρώδους πλεονασθέντες· οἱ μέσοι δὲ τὴν ἡλικίαν ἄριστοι πρὸς πόσιν, ὡς οἱ ἀπὸ ζ' ἐτῶν. Ἡ δὲ ποσότης παρὰ τὴν ἡλικίαν, καὶ τὴν τοῦ ἔτους ὥραν, καὶ ἔθη καὶ ποιότητα τοῦ οἴνου ὁριζέσθω[4]· καὶ τὸ μὴ διψῆν[5] δὲ ἄριστόν ἐστι παράγγελμα[6], καὶ τὸ μετρίως βραχῆναι τὴν τροφήν. Μέθη δὲ πᾶσα, καὶ μάλιστα ἡ συνεχὴς, ἐπιβλαβής· τά τε γὰρ νεῦρα πολιορκούμενα καθ' ἑκάστην ἐνδίδωσι, καὶ παθῶν ὀξέων ἀρχὰς ἐμποιεῖ καθημέραν ἡ πολυποσία· μετρίως δὲ οἰνοῦσθαι ἐπί τινων ἡμερῶν, καὶ μάλιστα ἐπὶ ὑδροποσίας, ὠφέλιμον· μετασυγκρίνει γάρ πως, τάς τε αἰσθητὰς ἀνακαθαῖρον ἐκκρίσεις, καὶ ἀδήλως ποροποιοῦν· δεῖ μέντοι μετὰ τὴν οἴνωσιν ὕδωρ πίνειν· ἀπὸ θεραπείας γάρ τινος, τῆς συγκειμένης οἰνώσεως[7], τρόπον ἐπάγει βοηθείας.

3) Uncinis inclusa vox, mihi suspecta, deest et in cod. X.

4) Goupyl. et Sarac. ὁριζέσθω. Ald. πιότητα, quod quodammodo defendi posset, cum et a Theophrasto πίων et πιότης de plantis earumque succis usurpetur. Sed volo insistere huic lectioni, quandoquidem in Ald. diphthongi saepius ad sonum scribuntur.

5) Lucian. de luctu, p. 214. ed. Reiz., Οὐκ ἐννοεῖς δὲ, ὅτι τὸ μὴ διψῆν πολὺ κάλλιον τοῦ πιεῖν; Ionica haec forma usitatior, quam διψᾶν. 6) Cod. X. παράπηγμα.

7) Ald., Asul., Marcell. et Cornar. in hac lectione consentiunt.

quae sunt valde vetera, [tenuia] et candida, fortius urinas cient, dolores capitis inferunt, nervosumque genus, largius pota, tentant. Quae media sunt aetate, ut a septimo anno, potui saluberrima sunt. Modus autem pro aetate, anni tempestate, consuetudine et qualitate vini decernatur. Optime vero praecipitur, non (duntaxat) sitiendum esse et modice irriganda alimenta. Siquidem ebrietas omnis, praesertim continua, admodum noxia est. Nervos enim obsessos indies magis infirmat, morborumque acutorum initia quotidie producit. Attamen moderate aliquot diebus vino indulgere, maximeque post aquae potum, utile est. Recorporat enim quodammodo, excretiones, quae sub sensus cadunt, purgans, ac occulte pororum rationem restituens. Sed illi potationi aquam superbibere par est. Namque e medicatione quadam, potatione nimirum consulto instituta, modum auxilii inducit.

Κεφ. ιβ'. [Περὶ ὀμφακίτου οἴνου.] Ὁ δὲ καλούμενος ὀμφακίτης σκευάζεται ἰδίως ἐν Λέσβῳ, θειλοπεδευομένης μήπω κατὰ πάντα πεπείρου τῆς σταφυλῆς οὔσης, ἔτι δὲ ὀξιζούσης, ἐπὶ ἡμέρας γ' ἢ δ', ἕως ἂν ῥυσσωθῶσιν οἱ βότρυες, καὶ μετὰ τὸ ἐκθλιβῆναι ἡλιάζεται οἶνος ἐν κεραμίοις. Στυπτικὴν δὲ ἔχει τὴν δύναμιν, καὶ εὐστόμαχον, καὶ κισσώδεσι καὶ εἰλεώδεσι καὶ τοῖς δυςπέπτοις καὶ ἐκλελυμένοις τὸν στόμαχον ἁρμόζουσαν· δοκεῖ δὲ καὶ λοιμικαῖς διαθέσεσι βοηθεῖν καταῤῥοφούμενος· χρήζουσι δὲ οἱ τοιοῦτοι οἶνοι ἐτῶν πλειόνων· ἄλλως γὰρ οὐκ εἰσι πότιμοι.

Κεφ. ιγ'. [Περὶ δευτερίου καὶ ἀδυνάμου.] Ὁ δὲ καλούμενος δευτερίας, ὃν ἔνιοι πότιμον καλοῦσι, σκευάζεται τοῦτον τὸν τρόπον· εἰς τὰ στέμφυλα, ὧν ἐξέθλιψας οἴνου μετρητὰς λ', βάλε ὕδατος μετρητὰς γ', καὶ μίξας καὶ πατήσας ἔκθλιψον, καὶ ἀφέψησον εἰς τὸ τρίτον· χοεῖ δὲ ἑκάστῳ τῶν ὑπολειφθέντων μετρητῶν μῖξον ἁλὸς ξέστας β', καὶ μετὰ τὸν χειμῶνα

Primus Goupyl. ἀπὸ θεραπείας γάρ τινος χάριν τῆς συγκειμένης οἰνώσεως τρόπον ἐπάγει βοηθείας. Sarac. ἀποθεραπείας γάρ τινος χάριν τῆς συγκειμένης οἰνώσεως τρόπον ἐπάγει βοηθείας. Cod. X. ἀποθεραπείας γάρ τινα τῆς συγκινήσεως τρόπον ἐπάγει.

Cap. XII. [*De vino omphacite.*] Vinum, quod omphacites appellatur, peculiariter fit in Lesbo, uva nondum plane matura, sed adhuc acerba, ad tres quatuorve dies in cratibus siccata sole, donec racemi in rugas contrahantur. Ex iis postquam expressum est vinum, in fictilibus insolatur. Vim habet astringendi, stomacho amicam, et malacia laborantibus, ileosis, aegre concoquentibus et stomachi dissolutione vexatis utilem. Creditur et sorptum pestilentibus affectibus praesidio esse. Ceterum huiusmodi vina nonnisi post annos complures potui apta sunt.

Cap. XIII. [*De vino secundario et imbecillo.*] Vinum secundarium, quod nonnulli potimon appellant, sic paratur. In vinacea, e quibus vini triginta amphorae expressae fuerint, tres aquae amphoras adiicito, ac, ubi vinacea ipsa versaveris calcaverisque, exprimito: expressum decoque ad tertias partes, et in singulos residui congios salis binos sextarios addito, ac post hyemem in ca-

μετάγει εἰς κεράμια· χρῶ δ' αὐτῷ πρὸς ἐνιαυτόν[8]· ταχέως γὰρ ἐξίτηλος γίνεται· ἁρμόζει δὲ ἐφ' ὧν διστάζομεν οἶνον διδόναι, ἀναγκαζόμενοι δι' ἐπιθυμίαν τοῦ νοσοῦντος, καὶ ἐπὶ τῶν ἐκ νόσου[9] ἀναλαμβανόντων χρονίως. Γίνεται δὲ καὶ ἀδύναμος λεγόμενος, τὴν αὐτὴν ἔχων τῷ δευτερίᾳ[10] δύναμιν· δεῖ δὲ ἴσον μέτρον ὕδατος τῷ τοῦ γλεύκους μίξαντας ἑψῆσαι πραέως πυρὶ μαλακῷ, ἄχρις ἂν ἐξαναλωθῇ τὸ ὕδωρ· καὶ μετὰ τοῦτο ψύξαντας καταγγίζειν εἰς ἀγγεῖον πεπισσωμένον· ἔνιοι δὲ θαλάττης πελαγίας καὶ ὕδατος ὀμβρίου καὶ μέλιτος καὶ γλεύκους ἴσα μίξαντες καὶ καταγγίσαντες, ἡλιάζουσιν ἐπὶ ἡμέρας μ'. χρῶνται δὲ αὐτῷ πρὸς τὰ αὐτὰ μετ' ἐνιαυτόν.

Κεφ. ιδ'. [Περὶ οἴνου ἐκ τῆς ἀγρίας σταφυλῆς.] Ὁ δὲ ἐκ τῆς ἀγρίας σταφυλῆς μέλας, στυπτικὸς ὑπάρχων, ἁρμόζει κοιλίᾳ ῥευματιζομένῃ καὶ στομάχῳ· καὶ πρὸς τὰ ἄλλα, ὅσα στύψεως καὶ συστολῆς χρῄζει.

Κεφ. ιε'. [Περὶ μελιτίτου οἴνου.] Οἶνος μελιτίτης δί-

8) Sic Marcell. et Sambuc. legerunt; μετ' ἐνιαυτόν vulgo.
9) Sic Sambuc. Vulgo καὶ ἐπὶ τῶν νόσων ἀναλαμβανόντων.
10) Sic optime Ald.; δευτερίῳ Asul. et rell.

dos defundito. Eo per annum utitor: celeriter enim exolescit. Convenit aegris, quibus vinum propinare dubitamus, et cogimur tamen ipsorum desideriis obtemperare, itemque a longa valetudine semet recolligentibus. Fit et vinum, quod imbecillum vocatur, viribus iisdem, quibus illud, praeditum. Pares aquae et musti mensurae leviter ac lento igne fervefiunt, donec excoquatur aqua: reliquum ubi refrixerit, in vas picatum transfunditur. Alii aquae marinae et pluviae, mellis ac musti pares miscent portiones, et in aliud vas transfusum soli per quadraginta dies exponunt. Huiusmodi potu ad eadem illa post annum utuntur.

Cap. XIV. [*De vino e vite sylvestri.*] Vinum ex uva sylvestri nigrum astringit, proindeque prodest alvi stomachique fluxionibus, et ad cetera valet, quae astrictionem contractionemque desiderant.

Cap. XV. [*De vino melitite.*] Vinum melitites datur in longis febribus iis, qui stomacho sunt imbecilli: leviter enim alvum emollit, urinas ciet, ac stomachum

δοται μὲν ἐν χρονίοις πυρετοῖς, ἀσθενῆ στόμαχον ἔχουσιν· ὑπομαλάττει γὰρ τὴν κοιλίαν, οὖρα κινεῖ, στόμαχον ἀποκαθαίρει· ἁρμόζει καὶ ἀρθριτικοῖς καὶ νεφριτικοῖς καὶ τοῖς ἀσθενῆ τὴν κεφαλὴν ἔχουσι· χρήσιμος δὲ καὶ γυναιξὶν ὑδροποτούσαις· εὐώδης γάρ ἐστι καὶ θρεπτικός· διαφέρει δὲ τοῦ οἰνομέλιτος, ὅτι ἐκεῖνο μὲν ἐξ αὐστηροῦ οἴνου καὶ παλαιοῦ καὶ ὀλίγου μέλιτος σκευάζεται· ὁ δὲ μελιτίτης πρὸς έ χόας αὐστηροῦ γλεύκους, μέλιτος χοῦν ἕνα καὶ ἁλὸς κύαθον ἕνα· σκευάζειν δὲ δεῖ ἐν μεγάλῳ ἀγγείῳ, ἵνα τόπον ἔχῃ πρὸς τὸ ὑπερζεῖν παραπάσσοντας τοῦ προειρημένου ἁλὸς κατ' ὀλίγον, ἄχρις ἂν ἐκζέσῃ· παυσαμένου δὲ καταγγίζειν εἰς ἕτερα κεράμια.

Κεφ. ιϛ'. [Περὶ οἰνομέλιτος.] Οἰνόμελι δὲ διαφέρει τὸ ἐκ τοῦ παλαιοῦ οἴνου καὶ αὐστηροῦ καὶ μέλιτος καλοῦ γινόμενον· ἧττον γὰρ πνευματοῖ καὶ ταχέως παρίσταται τὸ τοιοῦτον· ἔστι δὲ τὸ μὲν παλαιὸν θρεπτικόν· τὸ δὲ μέσον εὐκοίλιον, οὐρητικόν· βλάπτει δὲ, ἐπὶ τροφῇ ληφθέν· πινόμενον δὲ ἐν ἀρχῇ πληροῖ· ὄρεξιν δὲ μετὰ ταῦτα κινεῖ· σκευάζεται δὲ πρὸς δύο μετρητὰς ὡς ἐπιτοπολὺ οἴνου, ἑνὸς μετρη-

expurgat. Prodest et arthriticis, nephriticis et capitis infirmitate laborantibus: utile quoque mulieribus aquam potantibus, siquidem odoratum est, et corpora alit. Distat a mulso eo, quod illud fit e vino austero vetereque ac melle exiguo: melitites autem, adiecto ad quinque congios austeri musti congio uno mellis salisque cyatho. In magno autem vase confici illud oportet, quo locum habeat ad vehementer effervescendum, sensim antedicto sale asperso, quamdiu efferbuerit: ubi vero desierit, in cados alios transfundito.

Cap. XVI. [*De mulso.*] Mulsum praefertur, quod ex vetere vino austeroque et bono melle factum est. Nam tale minus inflat, ac celeriter in usum venit. Ac vetus quidem corpus alit: mediae aetatis alvo est utile urinamque ducit. Nocet autem, post pastum sumtum: inter initia vero (prandii) potum, implet, postea autem appetentiam revocat. Fit mulsum ut plurimum duabus vini am-

τοῦ μέλιτος μιγνυμένου· οἱ δὲ, ἵνα τάχιον αὐτὸ παραστήσωσι, συνεψοῦσι τὸ μέλι τῷ οἴνῳ, καὶ οὕτω καταγγίζουσιν· ἔνιοι δὲ διὰ λυσιτέλειαν γλεύκους ζέοντος ξέστας ς΄ πρὸς ξέστον α΄ μέλιτος μιγνύντες, μετὰ τὸ ἀποζέσαι καταγγίζουσι· μένει δὲ γλυκύ.

Κεφ. ιζ΄. [Περὶ μελικράτου.] Μελίκρατον δὲ τὴν αὐτὴν τῷ οἰνομέλιτι δύναμιν κέκτηται· χρώμεθα δὲ τῷ μὴ[11] ἀφεψημένῳ, ἐφ᾽ ὧν κοιλίαν μαλάξαι βουλόμεθα ἢ ἔμετον κινῆσαι, ὡς ἐπὶ τῶν θανάσιμον πεπωκότων, διδόντες αὐτὸ μετ᾽ ἐλαίου· τῷ δὲ ἀφεψημένῳ ἐπὶ τῶν μικροσφύκτων καὶ ἀσθενῶν καὶ βησσόντων καὶ περιπνευμονικῶν καὶ διαφορουμένων. Τὸ δὲ σκευαστὸν καὶ ἀπόθετον, ὃ ἰδίως ἔνιοι ὑδρόμελι καλοῦσι, μέσον μὲν τῇ ἡλικίᾳ ὑπάρχον, ἀναλογεῖ τῷ δευτερίᾳ καὶ ἀδυνάμῳ οἴνῳ, ὅσον ἐπὶ τῷ τὰς δυνάμεις ἀνακτᾶσθαι· ὅθεν ἐπὶ τῶν φλεγμαινόντων τι μέρος ἐστὶν εὔθετον μᾶλλον τοῦ δευτερίου· τὸ δὲ παλαιότερον ἀδόκιμον ἐπὶ

11) Lacunae cod. optime μὴ habet. Vulgo id omittitur, sed perperam. Namque Galen. meth. med. lib. 12. p. 824., τὸ ὠμὸν (μελίκρατον) ἧττον μὲν τρέφει, μᾶλλον δὲ ὑπάγει. Manard. voluit ἀναφεψημένῳ.

phoris, admixta una mellis. Nonnulli, quo promtius exhiberi possit, mel cum vino coquunt, atque ita transfundunt. Alii, impensae parcentes, ad musti ferventis sextarios sex unum mellis adiiciunt, postquam ferbuerit, transfundunt. Dulce autem permanet.

Cap. XVII. [*De aqua mulsa.*] Aqua mulsa eamdem habet, quam mulsum, efficaciam. Non decocta utimur, cum ventrem mollire cupimus, aut etiam vomitus ciere: quemadmodum facimus iis, qui venena hauserunt, ipsum addito oleo propinantes. Decoctum vero exhibemus exilis pulsus hominibus infirmisque, tussientibus, peripneumonicis, iis denique, qui nimio sudore diffluunt. Parata et condita, quam aliqui proprie hydromel vocant, dum mediae est aetatis, vino secundario et imbecillo in recreandis viribus respondet: quare iis, qui membri alicuius inflammatione laborant, magis, quam secundarium ipsum, accommodata est. Quae vero vetustior est, in inflamma-

τῶν φλεγμαινόντων καὶ στεγνῶν· ἐπὶ δὲ τῶν στόμαχον πεπονθότων ἢ ἀνορέκτων[12] ἢ διαφορουμένων ἐπιτήδειον· σκευάζεται δὲ, πρὸς ἓν μέλιτος μέρος δυοῖν ὕδατος ὀμβρίου παλαιοῦ μιγνυμένων καὶ ἡλιαζομένων[13]· οἱ δὲ, πηγαῖον μίξαντες, ἀφεψοῦσιν εἰς τὸ τρίτον καὶ ἀποτίθενται· καλοῦσι δέ τινες καὶ ἀπόμελι[14] τὸ ἐκπλυνομένων τῶν κηρίων ὕδατι σκευαζόμενον ὑδρόμελι καὶ ἀποτιθέμενον· δεῖ δὲ αὐτὸ καὶ ἀκρατέστερον ποιεῖν[15]· οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἕψουσιν· ἔστι δὲ ἄθετον ἐπὶ νοσούντων, διὰ τὸ πλεῖστον ἔχειν κηρανθέμου.

Κεφ. ιη΄. [Περὶ ὕδατος.] Ὕδωρ τὴν μὲν ἐν τῷ καθόλου ἐπίκρισιν δυσχερῆ ἔχει, διὰ τὰς τῶν τόπων ἰδιότητας καὶ ἰδιοσυγκρισίας, καὶ τοὺς ἀέρας, καὶ ἄλλα οὐκ ὀλίγα· ὡς δὲ ἐπιτοπολὺ ἄριστόν ἐστι τὸ καθαρὸν καὶ γλυκὺ, ἀμέτοχον δὲ οἵας δηποτοῦν ποιότητος, καὶ τοῖς ὑποχονδρίοις

12) Sambuc. ἀνορεκτούντων; X. ἢ ῥευματιζομένων.

13) Sic suasit Sarac. loco vulg. δύο ὕδατος ὀμβρίου παλαιοῦ μιγνυμένου καὶ ἡλιαζομένου.

14) Cornaro primo monente sic legendum loco vulg. καὶ τὸ ἀπὸ μέλιτος ἐκπλυνομένων. Namque ἀπόμελι, Galen. meth. med. lib. 8. p. 567., Oribasio 5, 15. teste, sic conficiebatur. Eam confectionem paullo uberius Paullus docet lib. 7. p. 280.

15) Lacuna legit πίνειν.

tis strictisque damnatur: at laborantibus ex stomacho et appetentia carentibus, ut et sudore diffluentibus, convenit. Conficitur autem, duabus aquae pluviae veteris partibus ad unam mellis adiectis et insolatis; alii fontanam aquam miscent, et ad tertias partes docoquunt, atque ita recondunt. Nonnulli et apomeli vocant eam hydromelitos speciem, quae elotis aqua favis conficitur atque servatur. Id vero etiam meracius confici oportet: nonnulli et ipsum coquunt. Aegrotantibus minime aptum est, quippe ceraginis plurimum habet.

Cap. XVIII. [*De Aqua.*] De aquis in universum decernere, propter locorum proprietates et peculiares naturas, itemque aëris qualitates aliaque non pauca, difficile est. Magna tamen ex parte optima est, quae pura, dulcis ac cuiuscunque qualitatis expers est, quaeque ne minimum quidem tempus hypochondriis immoratur, in-

μηδ' ἐλάχιστον χρόνον ἐπιμένον· ἔτι δὲ ἀλύπως εὐοδοῦν, καὶ μὴ πνευματοῦν[16], μηδὲ διαφθειρόμενον.

Κεφ. ιθ'. [Περὶ θαλασσίου ὕδατος.] Θαλάττιον ὕδωρ θερμὸν, δριμὺ, κακοστόμαχον, κοιλίας γὰρ ταρακτικὸν, ἄγον φλέγμα καὶ χολήν[17]· θερμὸν δὲ καταντλούμενον ἐπισπᾶται καὶ διαφορεῖ· ἁρμόζον τοῖς περὶ νεῦρα πάθεσι καὶ χιμέτλοις πρὸ τοῦ ἑλκωθῆναι· ὠμηλύσεσί τε ἐπιτηδείως μίγνυται, καὶ ἐμπλάστροις καὶ μαλάγμασι διαφορητικοῖς εὔθετον· καὶ πρὸς τὰ κενώματα ἐνιέμενον χλιαρὸν, καὶ πρὸς στρόφους θερμόν· ψώρας τε καὶ κνησμῶν καὶ λειχήνων καὶ κονίδων καὶ μαστῶν σπαργώντων κατάντλημα· διαφορεῖ καὶ πελιώματα πυριώμενον· καὶ πρὸς τὰ τῶν θηρίων δήγματα, ὅσα τρόμους καὶ ψυγμοὺς φέρει, μάλιστα δὲ σκορπίων καὶ φαλαγγίων καὶ ἀσπίδων· καὶ εἰ προςεμβαίνῃ τις εἰς θερμὸν αὐτὸ, ὠφελεῖ: καὶ ταῖς χρονίαις καχεξίαις τοῦ σώματος καὶ τῶν νεύρων ὠφέλιμον τὸ δι' αὐτοῦ λουτρόν· ὑπατμιζόμενον[18] δὲ θερ-

16) Sic cod. X.; ἐμπνευματοῦν Ald. — Goupyl.
17) Ultimum e codd. suis melioribus addit Marcell.
18) Marcell. legit in quibusdam exempl. ὑπαντλιζόμενον.

super etiam sine molestia vias feliciter permeat, nequaquam flatus gignitur, neque corrumpitur.

Cap. XIX. [*De aqua marina.*] Aqua marina calida est et acris, stomacho adversatur, alvum enim conturbat, pituitam bilemque expellit. Calida ad fotus adhibita attrahit pariter ac discutit. Apta est nervorum vitiis et pernionibus, priusquam exulcerantur. Commode admiscetur cataplasmatibus e cruda farina, idonea etiam emplastris et malagmatis discutientibus. Ad movendas deiectiones tepefacta clysmatibus infunditur: ad tormina vero calens. Eadem psorae, pruritus, lichenes, lendes et mammae turgentes foventur. Sed et liventia fotu discutit. Salutaris quoque est ad venenatorum morsus, quibus tremores ac frigora inferuntur, maxime vero scorpionum, phalangiorum aspidumque: si quis etiam in ipsius calidae balneum descenderit, auxiliatur. Quin et balneum ex ea utile diuturnis cachexiis corporis nervorumque. Eiusdem fer-

μὸν ὑδρωπικοὺς, κεφαλαλγίας καὶ δυσηκοΐας παρηγορεῖ· ἀποτεθεῖσα δὲ ἡ ἀκέραιος θάλασσα καὶ ἀμιγὴς ποτίμου ὕδατος, ἄβρωμος γίνεται· οἱ δὲ προέψουσιν αὐτὴν, καὶ οὕτως ἀποτίθενται· δίδοται δὲ καὶ πρὸς κάθαρσιν καθ' ἑαυτὴν, ἢ μετ' ὀξυκράτου, ἢ οἴνου, ἢ μέλιτος[19]· καὶ μετὰ τὸ καθαρθῆναι ἐπιδιδόασι ζωμὸν ὄρνιθος ἢ ἰχθύων πρὸς τὸ κατακεράσαι τὴν τῆς δήξεως δριμύτητα.

Κεφ. κ'. [Περὶ θαλασσομέλιτος] Θαλασσόμελι δοκεῖ καθαίρειν ἀνδρικῶς· σκευάζεται δὲ ἐκ μέλιτος καὶ ὕδατος ὀμβρίου καὶ θαλάσσης, ἴσων διϋλισθέντων καὶ ἡλιασθέντων ἐν ἀγγείῳ πεπισσωμένῳ ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα καύμασιν· οἱ δὲ δύο μέρη θαλάσσης ἀφεψημένης καὶ ἓν μέλιτος καταμίξαντες καταγγίζουσι· μετριώτερον[20] δὲ γίνεται καὶ ἐπιεικέστερον τὸ τοιοῦτον τῆς θαλάσσης.

Κεφ. κα'. [Περὶ ὄξους.] Ὄξος ψύχει καὶ στύφει, εὐστόμαχόν τέ ἐστι καὶ εὐόρεκτον, σταλτικόν τε αἱμοῤῥαγίας πάσης, πινόμενόν τε καὶ ἐγκαθιζόμενον, καὶ ἐπὶ ῥευμάτων

19) Cod. X. et Lacuna ὀξυμέλιτος.
20) Cod. X. σμηκτικώτερον.

ventis vapor hydropicos, capitis dolores difficilemque auditum levat. Sincera et citra potabilis aquae mixturam asservata, odorem ingratum amittit. Alii eam praecoquunt, atque ita recondunt. Ceterum datur ad purganda corpora per se, aut e posca, vino, vel melle: sed post deiectionem insuper exhibetur gallinae pisciumve iusculum ad temperandam rosionis acrimoniam.

Cap. XX. [*De Thalassomelite.*] Thalassomeli dictum egregie purgare creditur. Temperatur autem aequis portionibus aquae marinae et pluviae, itemque mellis, percolatis et picato vase per caniculae ardores insolatis. Sunt, qui ad duas aquae marinae coctae partes mellis unam adiiciant et vase condant. Huiusmodi confectura moderatior est ac mitior ipsa aqua marina.

Cap. XXI. [*De Aceto.*] Acetum refrigerat et astringit, stomacho est utile, et appetentiam excitat: omnes haemorrhagias sistit, sive potu, sive insessu: prodest et alvi

κοιλίας συνεψόμενον ταῖς τροφαῖς ἁρμόζει· ἔναιμόν τέ ἐστι καὶ ἀφλέγμαντον, σὺν ἐρίοις οἰσυπηροῖς ἢ σπόγγοις ἐπιτιθέμενον· στέλλει καὶ ὑστέραν καὶ ἕδραν προπεπτωκυῖαν, καὶ οὖλα ἀφεστῶτα καὶ αἱμοῤῥαγοῦντα· ποιεῖ καὶ πρὸς νομὰς καὶ ἐρυσιπέλατα, ἕρπητας, λέπρας, λειχῆνας, πτερύγια, σύν τινι τῶν ἐπιτηδείων μιγνύμενον· φαγεδαινικά τε ἕλκη, συνεχῶς ἀπαντλούμενον, καὶ νομὰς ἵστησιν· ὠφελεῖ καὶ ποδαγρικοὺς, καταντλούμενον θερμὸν μετὰ θείου· ὑπώπιά τε αἴρει, σὺν μέλιτι καταχριόμενον· πρός τε τὰς ἐγκαύσεις τῆς κεφαλῆς σὺν ῥοδίνῳ καὶ οἰσυπηροῖς ἐρίοις ἢ σπόγγῳ· ὑδρωπικούς τε καὶ δυςηκόους ὑπατμισθὲν θερμὸν ὠφελεῖ, καὶ ἤχους καὶ συριγμούς· ἐνσταχθὲν δὲ κτείνει τοὺς ἐν ὠσὶ σκώληκας· στέλλει καὶ φύγεθλα, χλιαρὸν καταντλούμενον, ἢ διὰ σπόγγων ἐπιτιθέμενον, καὶ κνησμοὺς παρηγορεῖ· πρός τε θηρίων δήγματα, ὅσα ψύχει, κατάντλημα θερμόν· ψυχρὸν δὲ τοῖς πυροῦσι τῶν ἰοβόλων· ποιεῖ καὶ πρὸς θανάσιμα πάντα, πινόμενον θερμὸν καὶ ἐξεμούμενον, μάλιστα πρὸς μηκωνείου καὶ κωνείου[21] πόσιν, καὶ αἵματος καὶ γάλακτος θρόμβωσιν

21) Cod. X. add. καὶ ἀκονίτου, quod et Serap. habet.

fluxionibus, in cibariis coctum. Cruentis vulneribus idoneum est, ac inflammationes arcet, cum succidis lanis aut spongiis impositum. Reprimit et procidentias vulvae sedisque, item gingivas abscedentes et sanguinem fundentes. Est etiam efficax ad ulcera pascentia, erysipelata, herpetas, lepras, lichenas et pterygia, si cum aliquo conveniente misceatur: ulcera phagedaenica et alia vastantia fotu continuo cohibet: podagricis calido fotu cum sulfure auxiliatur: sugillata tollit, cum melle inunctum. Contra capitis ardores cum rosaceo in succidis velleribus et spongia imponitur. Ad hydropem, auditum difficilem auriumque sonitus et susurros ferventis vapor proficit: instillatum quoque vermes in auribus necat. Panos coërcet tepidi fotus, aut si imbuta eo spongia imponatur: pruritus etiam permulcet. Contra venenatorum morsus, qui frigoris sensum afferunt, calidi fotus prodest: uti frigidi contra eorum ictus, quae exurens virus eiaculantur. Calidum potum ac vomitu redditum adversus omnia venena

ἐν κοιλίᾳ, πρός τε μύκητας καὶ ἰξίαν καὶ σμίλακα σὺν ἁλσί· βδέλλας τε ποθείσας καταῤῥοφούμενον ἀποβάλλει· καὶ βῆχα χρονίαν πραΰνει, τὴν δὲ πρόσφατον ἐρεθίζει· ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς ὀρθόπνοιαν, θερμὸν καταῤῥοφούμενον· στέλλει δὲ ἀναγαργαριζόμενον καὶ τὰ ἐν βρόγχῳ ῥεύματα, συναγχικοῖς τε ἁρμόζει, καὶ πρὸς κιονίδα κεχαλασμένην, καὶ πρὸς ὀδόντων πόνον, θερμὸν διακλυζόμενον.

Κεφ. κβ΄. *[Περὶ ὀξυμέλιτος.] Ὀξύμελι σκευάζεται οὕτω· λαβὼν ὄξους κοτύλας έ, καὶ ἁλὸς θαλασσίου μνᾶν μίαν*[22]*, μέλιτος μνᾶς ί, ὕδατος κοτύλας ί, μίξας ἕψησον, ἄχρις οὗ δεκάκις ἀναβράσῃ, καὶ ψύξας κατάγγισον. Δοκεῖ δὲ λαμβανόμενον πάχος ἄγειν, ὠφελεῖν ἰσχιαδικοὺς καὶ ἀρθριτικοὺς καὶ ἐπιληπτικούς· ἀρήγει δὲ καὶ τοῖς ὑπὸ ἐχίδνης καὶ*[23] *τῆς καλουμένης σηπὸς δηχθεῖσι, καὶ τοῖς μηκώνειον ἢ ἰξίαν πιοῦσιν· ἀναγαργάρισμά τε συναγχικῶν ὠφέλιμον.*

22) Cf. Plin. 14, 21. et 23, 29.; ubi *salis marini pondo libram et quadrantem* posuit pro *thymbrae quadrantem* Pintianus, seu Ferdin. Nannez de Gusman.

23) Cornar. *καὶ* interponendum esse suasit.

efficax est: ac praesertim contra hausta meconium, conium, sanguinis lactisque in ventre coagula, fungos, ixiam et taxum, cum sale. Voratas hirudines sorbitione eiicit: tussim veterem mitigat, ac recentem lacessit. In orthopnoea calidum commode sorbetur. Quin et gutturis fluxiones gargarizatu inhibet; anginis et laxatae uvulae convenit: nec non et calidum contra dentium dolorem colluitur.

Cap. XXII. [*De Oxymelite.*] Oxymel hoc modo paratur: Aceti heminas quinque, salis marini minam unam, mellis minas decem et aquae sextarios quinque pariter coquito, donec decies efferbuerint, mox, ubi refrixerint, elutriato. Creditur sumtum crassos humores extrahere, atque ischiadicis, arthriticis atque comitialibus opitulari. Est et auxilium contra viperae morsum eiusque lacertae, quam sepa vocant, itemque contra haustum meconium ixiamve. Utilis denique anginosis gargarizatus.

Κεφ. κγ'. [Περὶ Ὀξάλμης.] Ὀξάλμη ὠφελεῖ καταντλουμένη πρὸς νομὰς, σηπεδόνας, κυνόδηκτα καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ἰοβόλων δήγματα· στέλλει δὲ καὶ τὰς ἐπὶ τῶν λιθοτομηθέντων αἱμοῤῥαγίας, εὐθέως μετὰ τὴν χειρουργίαν θερμὴ ἐγκλυζομένη[24], καὶ ἕδραν προπεπτωκυῖαν· ἐγκλύζεται δὲ ἐπὶ τῶν μετὰ νομῆς δυσεντερικῶν· δεῖ δὲ ἐπεγχυματίζειν γάλακτι· καταῤῥοφουμένη δὲ καὶ ἀναγαργαριζομένη βδέλλας κτείνει· σμήχει δὲ καὶ πίτυρα καὶ ἀχῶρας.

Κεφ. κδ'. [Περὶ Θυμοξάλμης.] Θυμοξάλμη, ᾗ ἐχρῶντο οἱ ἀρχαῖοι ἐπὶ τῶν ἀσθενῆ τὸν στόμαχον ἐχόντων, κατὰ τρεῖς ἢ τέσσαρας κυάθους πρὸς ὕδωρ θερμὸν κεραννύντες, καὶ διδόντες ἐπὶ ἀρθριτικῶν καὶ πνευματουμένων· ἄγει δὲ τὰ παχέα καὶ μέλανα· σκευάζεται δὲ οὕτω· θύμου λείου ὀξύβαφον, ἁλῶν ἴσον, ἀλφίτων, πηγάνου[25], γλήχωνος, ἑκάστου ὀλίγον, βαλὼν εἰς ἄγγος, ἐπίχει ὕδατος κοτύλας ς', ὄξους ἡμικοτύλιον, περιθείς τε ὀθόνιον ἐξαιθρίαζε.

24) Lacuna legit καὶ ἐγκαθιζομένη.

25) Haec duo, ἀλφίτων et πηγάνου, adsunt in Ald.; Asulan. videtur neglexisse in textu, in nothis vero habet.

Cap. XXIII. [*De Aceto salso.*] Acetum salsum fotu contra ulcera depascentia, putrida, canum morsus et venenatos ictus auxiliatur. Sistit et sanguinis eruptiones, quae post exsectum calculum obveniunt, dum protinus post operationem calidum infunditur: prociduam quoque sedem reprimit. Alvus eorum eo colluitur, qui intestinorum difficultate cum ulceribus vastantibus vexantur: sed illico post superinfundendum lac est. Hirudines sorbitione interimit et gargarizatu: furfures denique et achores exterget.

Cap. XXIV. [*De Thymoxalme.*] Thymoxalme veteres utebantur, dabantque laborantibus imbecillitate stomachi, itemque arthriticis et inflatione oppressis ternos quaternosve cyathos, aqua calida dilutos: humores crassos atrosque ducit. Hoc vero modo factitatur: Thymi triti acetabulum, salis idem modus, polentae, rutae, pulegii, singulorum exiguae portiones in vas coniiciuntur, et aquae sex heminae acetique dimidia hemina affunduntur, atque circumposito linteo sub diu exponuntur.

Κεφ. ριζ΄. (ριη΄.) [Περὶ μελαντηρίας.] Τῆς δὲ μελαντηρίας ἡ μέν τις τοῖς ὀρυγμάτων στομίοις, ἀφ' ὧν ἂν μεταλλευθῇ ὁ χαλκὸς, ἐπιπήσσεται ἁλμυρίδος τρόπον· ἡ δὲ ἐκ τῆς ἄνωθεν ἐπιφανείας τῶν προειρημένων τόπων, ἥ τις καὶ γεώδης ἐστίν· εὑρίσκεται δέ τις καὶ ὀρυκτὴ ἐν Κιλικίᾳ καὶ ἐν ἄλλοις τισὶ τόποις· διαφέρει δ' αὐτῆς ἡ θειόχρους, λεία, ὁμαλὴ, καθαρὰ, καὶ ἐν τῷ θίγειν ὕδατος μελαινομένη ταχέως. Δύναμιν δὲ ἔχει καυστικὴν τὴν αὐτὴν τῷ μίσυϊ.

Κεφ. ριη΄. (ριθ΄.) [Περὶ σώρεως.] Τὸ δὲ σῶρυ ἔνιοι ὑπέλαβον μελαντηρίαν, πλανώμενοι· ἴδιον γάρ ἐστι γένος, οὐκ ἀφόμοιον· βρωμωδέστερον δὲ τὸ σῶρυ καὶ ναυτίας ποιητικόν· εὑρίσκεται δὲ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν ἄλλοις δὲ τόποις, ὡς ἐν Λιβύῃ καὶ Ἰσπανίᾳ καὶ Κύπρῳ· προκριτέον δὲ τὸ αἰγύπτιον, καὶ ἐν τῷ θραυσθῆναι μελάντερον φαινόμενον· κατατρήσεις τε πολλὰς ἔχον, καὶ ὑπολίπαρον· ἔτι δὲ στῦφον, καὶ πρὸς τὴν κατάποσιν ἢ ὄσφρησιν βρωμῶδες, καὶ

tera praefertur tanquam efficacius: sed ad ocularia medicamenta praedicto longe inferius est.

Cap. CXVII. (CXVIII.) [*De Melanteria.*] Melanteria quaedam in faucibus fodinarum, quibus aes erutum fuerit, salsuginis modo concrescit: altera vero in summa facie supra dictorum locorum coït, quae quidem etiam terrena est. Sed et invenitur fossilis quaedam in Cilicia et aliis quibusdam regionibus. Praestat in hoc genere, quae sulfurei est coloris, laevis, aequabilis, pura, et quae contactu aquae confestim nigrescit. Ceterum vim causticam eamdem obtinet, quam et misy.

Cap. CXVIII. (CXIX.) [*De Sory.*] Sory nonnulli autumavere esse melanteriam, sed lapsi sunt: siquidem peculiare est genus, quanquam illi haud absimile. Sed sory magis virosum est, et nauseam excitat. Invenitur in Aegypto et aliis quibusdam regionibus, ut et in Africa, Hispania et Cypro. Praeferendum autem aegyptium, quodque comminutum nigrius apparet, crebris foraminibus pervium ac subpingue, insuper astringens et haustu olfactu-

ἀνατρεπτικὸν στομάχου· τὸ δὲ μὴ λαμπυρίζον ἐν τῷ θραυσθῆναι ἐμφερῶς μίσυϊ, ἑτερογενές τε καὶ ἀσθενὲς οἰητέον εἶναι. Δύναμιν δὲ ἔχει καὶ καῦσιν τὴν αὐτὴν τοῖς προειρημένοις· ἰᾶται δὲ καὶ ὀδονταλγίας, ἐντιθέμενον εἰς τὰ βρώματα, καὶ τοὺς ὑποσάλους δὲ ὀδόντας κρατύνει· καὶ ἰσχιαδικοῖς βοηθεῖ μετ᾽ οἴνου ἐγκλυζόμενον· ἰόνθους τε σβέννυσι, μεθ᾽ ὕδατος καταχρισθέν· μίγνυται καὶ εἰς τριχῶν μελάσματα· κοινῷ δὲ τρόπῳ ἐπὶ τούτων σχεδὸν καὶ τῶν ἄλλων πάντων δυναμικώτερα τὰ ἄκαυστα τῶν κεκαυμένων ἡγητέον· πλὴν ἁλῶν καὶ τρυγὸς καὶ νίτρου καὶ τιτάνου καὶ τῶν ὁμοίων, ὅσα ὠμὰ ὄντα ἀνίεται· καιόμενα γὰρ τὴν δύναμιν ἐμπρακτότερα γίνεται.

Κεφ. ριθ΄. (ρκ΄.) [Περὶ διφρυγοῦς.] Τοῦ δὲ διφρυγοῦς τρία ἡγητέον εἴδη· τὸ μὲν γὰρ μεταλλικόν ἐστιν, ὃ δὴ ἐν Κύπρῳ μόνῃ γίνεται· πηλῶδες γὰρ ὄν, ἀναφέρεται ἐκ βυθοῦ[98b] τινος τῶν ἐκεῖ τόπων. εἶτα ἀνενεχθὲν ξηραίνεται ἐν ἡλίῳ, καὶ μετὰ ταῦτα φρυγάνοις κύκλῳ περιτεθειμένοις καίεται· ὅθεν καὶ διφρυγὲς ἐκλήθη, διὰ τὸ ὑπὸ ἡλίου καὶ φρυ-

98b) Ald male πηλοῦ.

que virosum, subvertendi stomachum etiam vim habens. Quod vero, dum comminuitur, misyos modo non scintillat, et alius generis esse et invalidum censendum est. Vim et ustionem supra dictis similem habet: dolori dentium, cavis iis inditum, medetur: eosdem labantes firmat: ischiadicis ex vino infusum auxiliatur: illitum cum aqua varos exstinguit. Miscetur et medicamentis, quae pilos denigrant. Haec vero in communi et alia fere omnia, quae ustionem non experta sunt, ustis potentiora censeri debent: salem excipio, viri faecem, nitrum, calcem et similia, quae quidem cruda remissiora sunt, cremata vero efficaciora redduntur.

Cap. CXIX. (CXX.) [*De diphryge.*] Diphrygis tria genera esse censendum: primum enim metallicum est, quod in Cypro sola nascitur. Ita enim, ut lutosum est, e gurgite quodam ibi eruitur, erutum deinde in sole siccatur, post cremiis uritur circumpositis. Diphryges ideo vocatum est, quod et eo sole et a cremiis uratur, arefiat

γάνων καίεσθαι καὶ ξηροποιεῖσθαι καὶ οἱονεὶ φρύγεσθαι· τὸ δὲ ἕτερον τοῦ κατεργαζομένου χαλκοῦ ὥςπερ ὑποστάθμη τις καὶ τρὺξ ὑπάρχει· μετὰ γὰρ τὴν τοῦ ψυχροῦ ὕδατος περίχυσιν, ὡς ἀνωτέρω ἔφαμεν, περὶ ἄνθους χαλκοῦ διαλεγόμενοι, μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ χαλκοῦ εὑρίσκεται ἐν τῇ χώνῃ ἐγκείμενον τῷ πυθμένι αὐτῆς τὸ τοιοῦτον εἶδος, τήν τε στύψιν καὶ τὴν γεῦσιν χαλκοῦ ἔχον· τὸ δὲ τρίτον σκευάζεται οὕτω· λίθον τὸν λεγόμενον πυρίτην συνθέντες εἰς κάμινον, οἱ πρὸς τούτοις ὄντες, καίουσιν ἐπὶ ἡμέρας ἱκανὰς ὡς τίτανον· ὅταν δὲ ἡ χρόα μιλτώδης γένηται, ἀνελόμενοι ἀποτίθενται· τινὲς δέ φασιν, ἐκ μόνης τῆς τὸν χαλκοῦν λίθον ἀποτελούσης ὕλης γεννᾶσθαι τὸ προειρημένον· ὅταν ὀπτηθεῖσα ἐν ταῖς λεγομέναις ἅλωσιν ἀνενεχθῇ[99] εἰς τοὺς βόθρους, καὶ ἐνταῦθα καίηται· τόν τε γὰρ κύκλῳ τόπον τῶν βόθρων ἐπιλαμβάνει, καὶ μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τῶν λίθων οὐδὲν ἧττον[100] εὑρίσκεται· προκριτέον δ᾽ αὐτοῦ τὸ τῇ γεύσει ἔγχαλκον, ἰῶζον, στῦφόν τε καὶ ἀναξηραῖνον ἱκανῶς τὴν γλῶσσαν· ὅπερ ἡ κεκαυμένη ὤχρα οὐ κέκτηται, ἣν δὴ καίοντες ἀντὶ διφρυγοῦς πιπρά-

99) Ald. ἄνω μετενεχθῇ.

100) Ald. ἴσον.

et quasi torreatur. Alterum, dum conficitur aes, illius quasi faex quaedam subsidet; siquidem post frigidae affusionem, uti supra praecepimus, de aeris flore disserentes, sublato aere, fundo fornacis inhaerens id genus invenitur, aeris tum astrictione, tum etiam sapore praeditum. Tertium sic fit: lapidem pyritem dictum, qui ista tractant, dies multos uti calcem cremant in camino: ac, ubi colorem rubricae contraxerit, exemtum recondunt. Quidam vero asserunt, hoc e sola materia fieri, e qua lapis aerosus perficitur, quando in dictis areis assata indeque in scrobes translata peruritur. Nam et locum foveas ambeuntem occupat, et exemtis lapidibus nihilominus invenitur. Praefertur, quod saporem aeris reddit, aeruginis colore, astringens linguamque vehementer exsiccans: quod quidem in ochra usta locum non obtinet, quae tamen cremata diphrygis loco ponitur veno. Vim habet astringentem, valide perpurgantem, extergentem, siccantem, carnes

σκουσι. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικήν τε καὶ ξηραντικὴν καὶ σταλτικὴν ὑπερσαρκώσεως, ἀπουλωτικὴν κακοήθων καὶ ἑρπυστικῶν· διαφορεῖ καὶ ἀποστήματα ἀναληφθὲν τερεβινθίνῃ ἢ κηρωτῇ.

Κεφ. ρκ'. (ρκα'.) [Περὶ ἀρσενικοῦ.] Ἀρσενικὸν κατὰ τὰ αὐτὰ γεννᾶται μέταλλα τῇ σανδαράχῃ· ἄριστον δὲ ἡγητέον τὸ πλακῶδες καὶ χρυσίζον τῇ χρόᾳ, τάς τε πλάκας λεπιζομένας ἔχον, ὡς ἀεὶ ἐπικειμένας ἀλλήλαις· ἔτι[1] δὲ ἀμιγὲς ἑτέρας φύσεως· τοιοῦτον δέ ἐστι τὸ γεννώμενον ἐν Μυσίᾳ τῇ ἐν Ἑλλησπόντῳ[2]· ἔστι δὲ αὐτοῦ δύο εἴδη· τὸ μὲν ἕν, οἷον προείρηται· τὸ δὲ ἄλλο βαλανοειδὲς καὶ ὠχροειδές, καὶ σανδαραχίζον τῇ χρόᾳ καὶ βωλοειδὲς[3], ἐκ Πόντου καὶ Καππαδοκίας φερόμενον· δευτερεύει δὲ τὸ τοιοῦτον· ὀπτᾶται δὲ οὕτως· ἐπ' ὀστράκου καινοῦ ἐπερεισάμενος[4] αὐτό, θὲς ἐπὶ διαπύρου ἄνθρακος, καὶ στρέφε συνεχῶς, ὡς δ' ἂν πυρωθῇ καὶ μεταβάλλῃ, ψύξας καὶ λεάνας ἀποτίθεσο. Δύναμιν δὲ

1) Sarac. suadet pro vulg. ἔστι.

2) Ἐν, *iuxta*, *prope*, ut saepius, e. g. Xenoph. hellen. 7, 5. Lucian, dialog. mort. p. 128. Hemsterh. ad h. l. Cf. et cap. 180. ἐν Σελευκείᾳ.

3) Sic Ald. et cod. Par.; βωλ. καὶ σανδαρ. sola Asulan. et sequ.

4) Cod. Paris. Goup. ὄστρακον καινὸν ἀπερεισάμενος.

excrescentes cohibentem, ulcera maligna et quae late serpunt ad cicatrices perducentem. Abscessus quoque terebinthina aut cerato exceptum discutit.

Cap. CXX. (CXXI.) [*De Arsenico.*] Arsenicum in iisdem metallis, quibus sandaracha, gignitur. Optimum existimatur glebosum, auri colore micans, quodque glebas eas squamatim habet sibi incumbentes, insuper alius omnis materiae expers. Tale est, quod in Mysia iuxta Hellespontum generatur. Sunt autem illius duo genera: unum quidem, quale ante commemoratum est: alterum glandibus simile et ochraceum, sandaracham colore imitans et glebosum, e Ponto et Cappadocia delatum. Sed secundum hoc locum tenet. Torretur autem hoc modo: Testae novae inditum carbonibus ignitis imponito assidueque versato, donec igne flagret coloremque mutet: dein refrigeratum tritumque recondito. Vim habet exedentem,

ἔχει σηπτικήν τε καὶ στυπτικὴν καὶ ἐσχαρωτικὴν μετὰ πυρώσεως καὶ βιαίου δήξεως· ἔστι δὲ καὶ τῶν στελλόντων· ψιλοῖ δὲ τρίχας.

Κεφ. ρκα΄. (ρκβ΄.) [Περὶ σανδαράχης.] Σανδαράχην δὲ προκριτέον τὴν κατακορῆ πυῤῥὰν, [ἄθραυστον[5],] εὐανθῆ[6] τε καὶ καθαρὰν, κινναβαρίζουσαν τὴν χρόαν, ἔτι δὲ θειώδη ἀποφορὰν ἔχουσαν. Δύναμιν δὲ ἔχει καὶ ὄπτησιν τὴν αὐτὴν τῷ ἀρσενικῷ· θεραπεύει δὲ καὶ ἀλωπεκίας, αναληφθεῖσα ῥητίνῃ, καὶ λεπροὺς ὄνυχας σὺν πίσσῃ ἀφίστησι· καὶ πρὸς φθειριάσεις σὺν ἐλαίῳ ποιεῖ· φύματά τε σὺν στέατι διαφορεῖ· ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς τὰ ἐν ῥισὶ καὶ στόμασιν ἕλκη, καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ ἐξανθήματα σὺν ῥοδίνῳ, καὶ πρὸς κονδυλώματα· δίδοται καὶ ἐμπυϊκοῖς σὺν οἰνομέλιτι· καὶ ὑποθυμιᾶται σὺν ῥητίνῃ καὶ πρὸς παλαιὰν βῆχα, διὰ σίφωνος ἑλκομένου τοῦ ἀτμοῦ τῷ στόματι· φωνήν τε ἀποκαθαίρει ἐκλειχομένη σὺν μέλιτι, καὶ ἀσθματικοῖς σὺν ῥητίνῃ καταπότιον ἄριστόν ἐστιν[7].

5) Sic Ald.; εὔθραυστον Asul. et seriores. Neutrum Oribas.

6) Sic Oribas.; εὐλέαντον editt., quod naturae aeque repugnat ac εὔθραυστον.

7) Sic Ald.; καταπ. δίδοται Asulan. et sequ.

astringentem et crustas inducentem cum fervore ac violento morsu. Reprimit et quicquid excrescit ac pilos detrahit.

Cap. CXXI. (CXXII.) [*De Sandaracha.*] Sandaracha praefertur ad satietatem rufa, fractu contumax, florida, pura, et quae cinnabaris colorem imitatur, insuperque sulfureos halitus edit. Vis et ustio eadem, quae arsenici. Sed et calvities explet, resina excepta, et scabros ungues cum pice abscedere iubet. Contra pedicularem morbum cum oleo efficax est; tubercula cum adipe discutit. Prodest etiam ad narium orisque ulcera ceterasque papularum eruptiones, cum rosaceo: itemque ad condylomata. Datur et in purulenta thoracis colluvie cum mulso. Quin et adversus veterem tussim cum resina suffitur, vapore per tubulum in os attracto. Vocem denique purgat, cum melle delincta, et anhelantibus cum resina catapotium est optimum.

Κεφ. ρκβʹ. (ρκγʹ.) [Περὶ στυπτηρίας.] Στυπτηρίας δὲ σχεδὸν πᾶν εἶδος ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ μετάλλων εὑρίσκεται[8]· γεννᾶται δὲ καὶ ἐν ἄλλοις τισὶ τόποις, ἐν Μήλῳ, ἐν Μακεδονίᾳ, ἐν Λιπάραις, καὶ Σαρδονίᾳ, καὶ Ἱεραπόλει τῆς Φρυγίας, Λιβύῃ, Ἀρμενίᾳ, καὶ ἐν ἄλλοις δὲ τόποις πλείοσιν, ὥσπερ ἡ μίλτος· ἔστι δὲ αὐτῆς εἴδη πλεῖστα· πρὸς δὲ ἰατρικὴν χρῆσιν λαμβάνεται ἡ σχιστή τε καὶ ἡ στρογγύλη καὶ ἡ ὑγρά· ἀρίστη δὲ ὑπάρχει ἡ σχιστὴ, καὶ ταύτης ἡ πρόσφατος καὶ λευκὴ ἄγαν καὶ ἄλιθος καὶ βαρύοζος, στύφουσά τε εὐτόνως· ἔτι τε οὐ πεπιεσμένη βωληδὸν ἢ σχιδακηδὸν, ἀλλ' ἐξασμένη[9] κατὰ μονάδας, πολιαῖς θριξὶν ἐμφερῶς, οἷα ἐστὶν ἡ λεγομένη τριχῖτις, γεννωμένη δὲ ἐν Αἰγύπτῳ· εὑρίσκεται δὲ καὶ λίθος ἐμφερὴς αὐτῇ ἄγαν, ὃν διακριτέον τῷ τῆς γεύσεως κριτηρίῳ, μὴ στύφοντα· τῆς δὲ στρογγύλης ἡ χειροποίητος ἀδόκιμος ὑπάρχει· γνωρίζεται δὲ ἐκ τοῦ σχήματος· παραληπτέα δ' ἂν εἴη ἡ φυσικῶς στρογγύλη καὶ πομφολυ-

8) Quae hic vulgo interseruntur: ἔστι γὰρ σχιστὴ, οἱονεὶ τῆς βολίτιδος (βωλίτιδος aut potius χαλκίτιδος Marcell.) ἄνθος, margini a librario quodam adscripta, huius loci prorsus non esse, testantur Oribas. et Serap., qui ea ignorant. Cf. Beckmann. Gesch. der Erf. II. p. 100.

9) Vox obscura, quam interpretes videntur ab ἐξάττω derivasse. Tum vero ἐξαττομένη vel ἐξασσομένη scribendum.

Cap. CXXII. (CXXIII.) [*De alumine.*] Aluminis omne prope genus in iisdem Aegypti metallis invenitur. Gignitur et in aliis quibusdam locis, in Melo, Macedonia, Liparis, Sardinia, Hierapoli Phrygiae, Africa, Armenia et compluribus aliis regionibus, sicut et rubrica. Sunt autem eius species plurimae. Sed ad medicinae usum scissile, teres et humidum expetuntur. Optimum vero scissile, et in eo laudatissimum, quod recens est, valde candidum, calculorum expers, graveolens, perquam astringens, insuperque neque glebis neque assulis compactum, sed singulatim quasi in capillamenta canescentia dehiscens (dissiliens?), quale est quod trichitis appellatur, in Aegypto proveniens. Reperitur quoque lapis huic perquam similis, qui tamen gustus indicio dignoscitur: haud enim astringit. Damnatur in teretis genere, quod manu fabrefactum sit, sed ex figura deprehenditur. Assumen-

γώδης, ὑπόλευκός τε καὶ στύφουσα ἐῤῥωμένως, ἔτι δὲ ποσὸν ὠχρότητος ἅμα καὶ λιπαρίας ἔχουσα· πρὸς δέ τούτοις ἄλιθός τε καὶ εὔθρυβής, καὶ γένει μηλία ἢ αἰγυπτία· τῆς δὲ ὑγρᾶς τὴν μάλιστα διαφανῆ προκριτέον καὶ γαλακτώδη, ὁμαλήν τε καὶ διόλου χυλώδη, ἔτι δὲ ἄλιθον καὶ πυρῶδες[10] *ἀποπνέουσαν*[11]. *Δύναμιν δὲ ἔχουσι θερμαντικὴν, στυπτικὴν [ἀποθεραπευτικὴν]*[12], *ἀποκαθαρτικὴν τῶν ἐπισκοτούντων ταῖς κόραις, τήκουσαν δὲ καὶ τὰς ἐπὶ τῶν βλεφάρων σάρκας καὶ τὰ ἄλλα ὑπερσαρκώματα· ἐνεργεστέραν δὲ τῆς στρογγύλης τὴν σχιστὴν ἡγητέον· καίονται δὲ καὶ ὀπτῶνται, ὡς χαλκῖτις· ἴσχουσι δὲ καὶ σηπεδόνας, αἱμοῤῥαγίας· οὖλα πλαδῶντα στέλλουσι, καὶ ὀδόντας σειομένους κρατύνουσι σὺν ὄξει ἢ μέλιτι· ἄφθας δὲ ὠφελεῖ σὺν μέλιτι, καὶ ἐξανθήματα καὶ ῥεύματα ἐν ὠσὶ σὺν πολυγόνου χυλῷ· λέπραις δὲ ἁρμόζουσι, σὺν κράμβης φύλλοις ἢ σὺν μέλιτι ἑψηθεῖσαι· καὶ κνησμοῖς,*

10) Vulgaris *τυρῶδες* loco optime Marcell. hoc posuit, confirmantibus Plin. et Serap. .. Oribas. vero *τυρῶδες* legisse videtur.

11) His addit Lacun. cod.: *Ὑγρὰ στυπτηρία ἐστὶν ἡ πλακῖτις* (quam et Galen. fac. simpl. lib. 9. p. 237. habet) *ἡ ἀπὸ Φιλαδελφίας φερομένη, ᾗ οἱ βαφεῖς χρῶνται.*

12) Hoc habet Ald., sed ad notha relegavit Asul.

dum autem est, quod natura teres est, bullis turgens, subcandidum et valenter astringens, praetereaque nonnihil palloris cum quadam pinguetudine prae se ferens: ad haec calculorum expers ac friabile, et natione melium aut aegyptium. Humidum praefertur, maxime pellucens, lacteum, aequabile ac omni ex parte succosum, insuper minime lapidosum et ignei aliquid spirans. Vim habet calefacientem, astringentem, [curationes perficientem] et expurgantem, quae pupillis caliginem offundunt, palpebrarum quoque carnes aliasque excrescentias absumentem. Scissile porro efficacius tereti censendum est. Uruntur vero torrenturque chalcitidis modo. Ulcerum putrescentia compescunt et sanguinis cursus: gingivas humoribus flaccidas comprimunt, vacillantes quoque dentes cum aceto aut melle firmant. Aphthis admixto melle prosunt, itemque papulis auriumque fluxionibus cum polygoni succo. Lepris conveniunt cum brassicae foliis aut melle cocta,

ὄνυξί τε λεπροῖς καὶ πτερυγίοις καὶ χιμέτλοις, σὺν ὕδατι καταιονούμεναι· σὺν τρυγὶ δὲ ὄξους καταχριόμεναι μετὰ κηκίδος ἴσης κεκαυμένης πρὸς φαγεδαινικά· πρὸς δὲ νομὰς σὺν ἁλσὶ διπλοῖς· πιτυριάσεις δὲ σὺν ὀρόβῳ καὶ πίσσῃ ὑγρᾷ[13] σμήχουσι καταχριόμεναι· κονίδων τε καὶ φθειρῶν καὶ πυρικαύστων, σὺν ὕδατι καταχριόμεναι, βοήθημα· οἰδήμασί τε[14] καὶ μασχαλῶν καὶ βουβώνων δυςωδίαις κατάχριστοι· ἡ δὲ μηλία καὶ πρὸς ἀσυλληψίαν συνεργεῖ, πρὸ τῆς συνόδου παρατεθεῖσα[15] τῷ στόματι τῆς ὑστέρας· καὶ ἔμβρυα ἐκτινάσσει· ἐπουλίσι τε καὶ σταφυλαῖς καὶ παρισθμίοις ἐπιτήδειοι· καὶ στόμασι καὶ πρὸς ὦτα καὶ αἰδοῖα σὺν μέλιτι[16] ἐπίχριστοι.

Κεφ. ρκγ΄. (ρκδ΄.) [Περὶ θείου.] Θεῖον δὲ ἄριστον ἡγητέον τὸ ἄπυρον καὶ λαμπυρίζον τῇ χρόᾳ, διαφανές τε καὶ ἄλιθον· τοῦ δὲ πεπυρωμένου τὸ χλωρόν τε καὶ εὐλιπές· γεννᾶται δὲ πλεῖστον ἐν Μήλῳ καὶ Λιπάρᾳ[17]· θερμαίνει δὲ

13) Hoc legit Lacuna in cod. Neque alienus Serap., qui aquam picis, neque Plin., qui serum et picem reddit. Uterque ergo *πίσσης ὀῤῥόν* legisse videtur.

14) Marc. credit, loco *οἰδήμασί τε* melius esse *εἰσὶ δέ*, sed Serap. legit, ut nos.

15) Lacun. e cod. add. *σὺν ἐρίῳ.*

16) Goupyl. legit in cod. add. *καὶ σμύρνῃ.*

17) Maxima ex insulis Aeoliis, quae et *τῶν Λιπαραίων νῆσοι* dicuntur, Lipara et a Strabone vocatur lib. 6. p. 277.

nec non et prurigini, unguium scabritiei, pterygiis et pernionibus cum aqua perfusa. Valent cum aceti faece et gallae crematae pari pondere ad phagedaenas et ad depascentia ulcera cum salis duplo. Furfures cum ervo et liquida pice illita exterunt. Ad lendes, pediculos et ambusta cum aqua inuncta auxilio sunt. Contra oedemata et axillarum inguinumque foetores illinuntur. Melium autem mulieribus etiam praestat, ne concipiant, ante coïtum ori matricis inditum: fetus quoque excutit. (Aluminis genera) gingivis excrescentibus, uvulae ac tonsillis accommodata, itemque ori, auribus ac verendis cum melle illinuntur.

Cap. CXXIII. (CXXIV.) [*De sulfure.*] Sulfur optimum habendum est, quod ignem non expertum est, et splendido colore nitet, translucet, nec calculos habet. In eo, quod ignem expertum est, probatur virens ac

τὸ προειρημένον καὶ διαφορεῖ καὶ πεπαίνει ταχέως· βῆχάς τε καὶ ἐμπύους καὶ ἀσθματικοὺς ὠφελεῖ, ἐν ὠῷ λαμβανόμενον καὶ ὑποθυμιώμενον· πρὸς δὲ τούτοις ἔμβρυα κατασπᾷ ὑποθυμιασθέν· καὶ λέπρας, ἔτι δὲ λειχῆνας καὶ ὄνυχας λεπροὺς αἴρει, τερεβινθίνῃ μιχθὲν ῥητίνῃ· σὺν ὄξει δὲ καταχριόμενον ποιεῖ μὲν καὶ πρὸς λέπρας, αἴρει δὲ καὶ ἀλφούς· ἰᾶται καὶ σκορπίων πληγὰς, μιγὲν ῥητίνῃ· σὺν ὄξει δὲ καὶ δρακοντίου θαλασσίου καὶ σκορπίων πληγὴν ἰᾶται· παύει καὶ τοὺς καθ' ὅλον τὸ σῶμα κνησμοὺς, σὺν νίτρῳ σμηχόμενον· ἀποκαθαίρει δὲ καὶ ἴκτερον, κοχλιαρίου πλῆθος σὺν ὕδατι ποθὲν[18], ἢ μετὰ ὠοῦ ῥοφητοῦ λαμβανόμενον[19]· καὶ πρὸς κόρυζαν δὲ καὶ κατάῤῥουν ποιεῖ· καὶ ἱδρῶτας στέλλει καταπασσόμενον· καὶ ποδαγρικοῖς σὺν νίτρῳ καὶ ὕδατι καταχρισθὲν συμβάλλεται· καὶ δυσηκοΐαν ὑποθυμιώμενον διὰ σίφωνος θεραπεύει, καὶ ληθαργικοὺς ὑποθυμιώμενον· αἱμοῤῥαγίαν τε ἴσχει. Θλάσεις τε ὤτων σὺν οἴνῳ[20] καὶ μέλιτι καταχριόμενον ἰᾶται.

18) Sic legit Serap.; ἐπιπασσόμενον τῷ μετώπῳ vulgo.

19) Cf. Paull. lib. 3. p. 109.

20) Cod. Cantacuz. apud Matthiol. καὶ σμύρνῃ, quod et Marcell. loco μέλιτι; neutrum Serap.

praepingue. Plurimum in Melo et Lipara gignitur. Priore loco commemoratum sulfur calefacit, discutit et maturat celeriter. Tussientibus, empyïcis et asthmaticis prodest, tum in ovo sumtum, tum etiam suffitum: suffitu quoque fetus extrahit. Lepras aufert, itemque lichenas scabrosque ungues cum terebinthinae resina. Ex aceto illitum efficax est ad lepras, tollit et vitiligines. Scorpionum ictibus addita resina medetur. Cum aceto vero draconis marini et scorpionum ictus sanat. Pruritus totius corporis sedat, nitro mixtum et affrictum. Regium quoque morbum emendat, cochlearis mensura ex aqua potum, aut in sorbili ovo sumtum. Facit et ad gravedinem ac destillationes: sudores quoque conspersum inhibet: podagricis cum nitro et aqua illitum conducit: gravitatem auditus fumus eius, tubuli ope immissus, sanat. Lethargicos suffitu excitat. Sanguinis eruptionem sistit: contusis denique auribus cum vino et melle illitum medetur.

Κεφ. ρκδ΄. (ρκε΄.) [Περὶ κισσήρεως.] Κίσσηριν δὲ προκριτέον τὴν ἄγαν κούφην καὶ πολύκενον, σχιστήν τε καὶ ἄλιθον, ἔτι δὲ ψαθυράν τε καὶ λευκήν· καυστέον δὲ οὕτω· λαβὼν αὐτῆς ὁπόσον ἂν θέλῃς, διαπύροις ἔγκρυψον ἄνθραξιν· ὡς δ᾽ ἂν ἐκπυρωθῇ, ἀνελόμενος σβέσον οἴνῳ εὐώδει· καὶ πάλιν πυρώσας σβέσον· τὸ δὲ τρίτον ἀνελόμενος αὐτήν, καθ᾽ ἑαυτὴν ἔα ψυγῆναι, καὶ ἀποθέμενος χρῶ. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, καὶ σμηκτικὴν οὔλων[21], ἀποκαθαρτικὴν τῶν ἐπισκοτούντων ταῖς κόραις μετὰ τοῦ θερμαίνειν· ἑλκῶν τε πληρωτικὴν καὶ κατουλωτικὴν, ἔτι δὲ καὶ κατασταλτικὴν ὑπεροχῶν καὶ σμηκτικὴν ὀδόντων λεία, καὶ ἐσχαρωτικὴν σώματος, καὶ εἰς ψίλωσιν τριχῶν ἐπιτήδειον. Θεόφραστος δὲ ἱστορεῖ[22], ἐὰν εἰς ζέοντά τις οἴνου πίθον καθῇ κίσσηριν, παύεσθαι παραχρῆμα τὴν ζέσιν τοῦ οἴνου.

Κεφ. ρκε΄. (ρκς΄.) [Περὶ ἁλῶν.] Τῶν δὲ ἁλῶν ἐνεργέστερον μέν ἐστι τὸ ὀρυκτόν· τούτου δὲ κοινῶς μὲν τὸ ἄλιθον καὶ λευκὸν καὶ διαφανὲς, πυκνόν τε καὶ ὁμαλὸν τῇ

21) Solum hoc Serap. Lacuna e cod. addit *καὶ ὀδόντων.*
22) Theophr. hist. 9, 17. Quamquam Marcell. hoc alienum habet, est tamen in Oribas. et Serap.

Cap. CXXIV. (CXXV.) [*De pumice.*] Pumicis probatio est, ut sit quam maxime levis, multicavus (multiforus), scissilis ac minime lapidosus, insuper friabilis ac candidus. Cremari autem oportet in hunc modum: Sumito eius quantum libuerit et candentibus prunis obruito: ac ubi igne flagraverit, extractum vino odorato restinguito, iterumque incensum pariter exstinguito: tertia ustione exemtum sinito per se refrigescere, tandemque ad usus condito. Vis eius astringens gingivasque abstergens: purgat cum calefactione, quae pupillis caliginem offundunt: explet ulcera et ad cicatricem perducit, insuperque excrescentia cohibet: tritus etiam dentes fricando deterget. Corpori crustam obducit; est denique pilis abolendis aptus. Theophrastus tradit, si quis in ferventis vini dolium pumicem immiserit, illico fervorem vini desinere.

Cap. CXXV. (CXXVI.) [*De salibus.*] Salium efficacissimus est fossilis. In hoc quidem genere communi-

συγκρίσει· ἰδίως δὲ τὸ ἀμμωνιακὸν τῷ γένει, εὔσχιστόν τε[23] καὶ εὐθείας τὰς διαφύσεις ἔχον· τοῦ δὲ θαλασσίου τὸ πυκνὸν παραληπτέον καὶ λευκὸν καὶ ὁμαλόν· κάλλιστον δὲ ἐν Κύπρῳ καὶ Κύπρου τῇ Σαλαμῖνι[24] γίνεται καὶ Μεγάροις, καὶ ἐν Σικελίᾳ καὶ Λιβύῃ· ἐν τοῖς λεγομένοις δὲ καὶ τὰ λιμναῖα προκριτέον· εὐτονώτατον δὲ αὐτοῦ ἐστι τὸ φρύγιον, καλούμενον δὲ ταττάῖον[25]. Δύναμιν δὲ ἔχουσι οἱ προειρημένοι ἅλες κοινῶς πολύχρηστον, στυπτικήν τε καὶ σμηκτικὴν, καὶ ἀποκαθαρτικὴν καὶ διαχυτικὴν, ἔτι δὲ κατασταλτικὴν καὶ ἰσχνωτικὴν καὶ ἐσχαρωτικὴν, τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον διαφέροντες· εἰσὶ δὲ καὶ σηπεδόνων ἐφεκτικοί· καὶ σμήξεσι ψωρικαῖς μίγνυνται· στέλλουσι καὶ τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς ὑπεροχὰς, καὶ πτερύγια τήκουσι, καὶ τὰς ἄλλας δὲ ὑπερσαρκώσεις αἴρουσι· καὶ κλυσμοῖς εὔθετοι· καὶ κόπου λυτήριοι, σὺν ἐλαίῳ χριόμενοι· καὶ πρὸς τὰ οἰδήματα τῶν ὑδρωπικῶν, πυρία τε ἡ δι' αὐτῶν ἐν σακκίοις πραϋντικὴ ἀλγημάτων· καὶ κνησμοὺς

23) Plin. 31, 39. *Colore similis est alumini, quod schiston vocant.* Cf. Beckmann. Gesch. der Erf. V. p. 260.

24) Strabo lib. 14. p. 740. 741.

25) E Plin. 31, 41. primus Marcell. emendavit lectionem Ald. *τάπεον ἢ τριταῖον ἢ γανταῖον:* primus nostram in textum recepit Cornar. De Tatta lacu insigni Galatiae Phrygiaeque et de salis proventu Strabo lib. 12. p. 183. 184.

ter laudatur, quod calculis vacat, pellucidum est, densum et aequabili compage: peculiariter vero natione ammoniacum, quod findi facile potest, et rectis est scissuris. In marino sale eligendus est densus, candidus et aequabilis. Probatissimus in Cypro fit et Salamine Cypri et Megaris, itemque in Sicilia et Africa. Sed inter haec ipsa salis genera lacustris praefertur, censeturque validissimus phrygius, qui tattaeus dicitur. Antedictorum salium communis vis est ad multa perquam utilis: astringens nimirum, abstergens, repurgans, dissipans, ac insuper reprimens, extenuans et crustas inducens: differunt intensiore actione et remissiore. Quin et putredinem arcent, et medicamentis psoras abstergentibus admiscentur. Excrescentia in oculis reprimunt, pterygia consumunt, ceterasque carnis extuberationes tollunt: clysteribus utiliter

δὲ παύουσι μετ᾽ ἐλαίου καὶ ὄξους συγχριόμενοι παρὰ πυρὶ, ἄχρις ἂν ἱδρώσωσιν· ὁμοίως καὶ λειχῆνας καὶ ψώρας καὶ λέπρας, συναγχικούς τε κουφίζουσι, σὺν μέλιτι καὶ ὄξει καὶ ἐλαίῳ διαχριόμενοι· πρὸς δὲ παρίσθμια καὶ κιονίδας, σὺν μέλιτι ὀπτοί· καὶ ἄφθας καὶ οὔλων πλάδον καὶ πρὸς φαγεδαίνας σὺν ἀλφίτῳ κεκαυμένοι καταπάσσονται[26]· πρὸς δὲ σκορπίων πληγὰς, σὺν λινοσπέρμῳ· πρὸς δὲ ἔχεων δήγματα, σὺν ὀριγάνῳ καὶ μέλιτι καὶ ὑσσώπῳ· πρὸς δὲ κεράστου, μετὰ πίσσας ἢ κεδρίας ἢ μέλιτος· πρὸς δὲ σκολοπένδρας δῆγμα, σὺν μέλιτι καὶ ὄξει· πρὸς δὲ σφηκῶν πληγὰς καὶ τενθρηδόνας[27], καὶ πρὸς ψυδράκια τὰ ἐν κεφαλῇ, θύμους τε καὶ φύματα, σὺν στέατι μοσχείῳ ἀναληφθέντες· σὺν σταφίδι δὲ ἢ στέατι ὑείῳ ἢ μέλιτι δοθιῆνας διαφοροῦσι· καὶ ὄρχεων οἰδήματα σὺν ὀριγάνῳ καὶ ζύμῃ θᾶττον πεπαίνουσι· καὶ κροκοδειλοδήκτοις βοηθοῦσιν, ἐνδεθέντες εἰς ὀθόνιον λεῖοι, καὶ βαπτόμενοι εἰς ὄξος, στυφομένων[28] τῶν μερῶν τοῖς ἐν-

26) Cornar. loco vulg. *καταπλάσσονται.*

27) Sic legendum esse coniicit Sarac.; *ἀνθρηνῶν* Marcell.; *τερθηδόνας* Ald. et Asul.; *τερηδόνας* Cornar., Goup. et Sarac.

28) *Τυπτομένων* forte legit Plin., cum batuenda esse ulcera dicat.

infunduntur: lassitudines etiam tollunt, ex oleo illiti. Contra hydropicorum oedemata auxiliantur, doloresque sacculis inditi fotu mitigant, et pruritus sedant, ex oleo et aceto infricati ad ignem, donec sudor provocetur: similiter et lichenas, psoras ac lepras. Anginas ex melle, aceto et oleo inunctione levant. Tosti tonsillis uvulaeque cum melle adhibentur. Cremati vero aphthis, gingivis flaccidis et phagedaenis cum polenta insperguntnr. Adversus scorpionum ictus cum lini semine: contra viperarum morsus cum origano, melle et hyssopo: adversus cerasten cum pice aut cedria aut melle opitulantur. Contra scolopendrae morsum ex melle et aceto, adversus vesparum ictus et tenthredinum, itemque ad capitis psydracia, thymos ac tubercula, sebo excepti vitulino. Furunculos cum uva passa aut suillo adipe aut melle discutiunt. Testium tumores cum origano et fermento citius maturant. Crocodilorum morsibus auxiliantur triti, in linteolo invo-

δέσμοις. Θηριοδήκτοις τε βοηθοῦσι καὶ πρὸς ὑπώπια προσώπου σὺν μέλιτι· καὶ πρὸς ὀποῦ μήκωνος πόσιν, καὶ πρὸς μύκητας, σὺν ὀξυμέλιτι πινόμενοι· πρὸς δὲ στρέμματα, σὺν ἀλεύρῳ καὶ μέλιτι, πρὸς πυρίκαυστα δὲ σὺν ἐλαίῳ ἐπιτεθέντες, οὐκ ἐῶσι φλυκταινοῦσθαι· ποδαγρικοῖς τε ὁμοίως ἐπιτίθενται· πρὸς ὠταλγίαν τε σὺν ὄξει· ἐρυσιπέλατά τε καὶ ἕρπητας ἴσχουσι, μετ' ὄξους καταχρισθέντες ἢ καταπλασθέντες σὺν ὑσσώπῳ[29]. Καυστέον δὲ αὐτοὺς, εἰς ὀστράκινον ἀγγεῖον ἐμβαλόντας, καὶ ἐπιμελῶς πωμάσαντας, ἵνα μὴ ἐξάλλωνται, ἀνθρακιᾷ τε ἐγκρύψαντας ἄχρις ἐκπυρώσεως· τινὲς δὲ τοὺς ὀρυκτοὺς σταιτὶ περιπλάσαντες, εἰς ἄνθρακας ὑποτιθέντες, ἐῶσιν, ἄχρις ἂν τὸ σταῖς κατακαῇ· ἔνεστι δὲ καὶ τοὺς κοινοὺς ἅλας τοῦτον τὸν τρόπον καίειν· ἀποκλύσας αὐτοὺς ἅπαξ ὕδατι, καὶ ἐάσας ξηρανθῆναι, ἔμβαλε εἰς χύτραν, καὶ πωμάσας ὑπόκαιε, κινῶν, ἕως ἂν μηκέτι ἐξάλλωνται.

Κεφ. ρκϛ'. (ρκζ') [Περὶ ἄχνης ἁλός.] Ἁλὸς ἄχνη ἐπί-

29) Mavult Sarac. οἰσύπῳ. Sed pro nostra stant codd. et Serap.

luti, fasciis insuper additis, quibus partes affectae constringantur. Prosunt et ad virulentarum bestiarum morsus et sugillata faciei, cum melle. Contra haustum opium et fungos cum aceto mulso bibuntur. Luxatis cum farina et melle imponuntur. Ambustis cum oleo impositi, pustulas erumpere vetant. Podagricis itidem adhibentur, et aurium doloribus cum aceto. Erysipelata et herpetas cohibent, cum aceto illiti, aut cum hyssopo impositi. Uri porro salem oportet, fictili diligenter operculato, ne exsiliat, conditoque prunis: donec candefiat. Nonnulli fossilem subacta farinae massa oblitum carbonibus subiiciunt, ibique tamdiu sinunt, donec farina crusta fuerit. Sed et sal communis hoc uri modo potest: aqua semel ablutum ac dein siccatum in ollam mittito, obditoque operculo ignem succendito, tandemque salem moveto, donec haud amplius exsiliat.

Cap. CXXVI. (CXXVII.) [*De lanugine salis.*] La-

ψηγμά[30] ἐστιν ἁλὸς ἀφρῶδες[31], εὑρισκόμενον ἐπὶ τῶν πετρι-δίων. Δύναμιν δὲ ἔχει τὴν αὐτὴν τοῖς ἁλσίν.

Κεφ. ρκζ'. (ρκη'.) [Περὶ ἅλμης.] Ἅλμη τὴν αὐτὴν τοῖς ἁλσὶν ἔχει ἐνέργειαν, σμηκτικήν· δυςεντερικοῖς τέ ἐστι τοῖς κατὰ νομὴν ἔγκλυσμα, καὶ ἰσχιαδικοῖς χρονίοις· πρός τε καταντλήσεις ἁρμόζει, ἐφ' ὧν θάλαττά ἐστι χρησίμη.

Κεφ. ρκη'. (ρκθ'.) [Περὶ ἄνθους ἁλός.] Ἁλὸς δὲ ἄν-θος καταῤῥεῖ μὲν τῷ Νείλῳ ποταμῷ· ἐφίσταται δὲ λίμναις τισί· παραληπτέον δὲ τὸ κροκίζον τῇ χρόᾳ, ὑποδυςωδέστε-ρον, ὥςπερ γάρος, ἐνίοτε δὲ καὶ δυςωδέστερον[32] μᾶλλον, καὶ τῇ γεύσει δηκτικώτερον καὶ ὑπολίπαρον· τὸ δὲ ἔμμιλτον[33] ἢ θρόμβους ἔχον φαῦλον ἡγητέον· ἔτι τὸ ἀκέραιον ἐλαίῳ συν-ανίεται μόνον· τὸ δεδολωμένον δὲ ἐκ μέρους καὶ ὕδατι[34]. Ποιεῖ δὲ πρὸς τὰ κακοήθη καὶ φαγεδαινικὰ ἕλκη, καὶ νομὰς τὰς ἐν αἰδοίοις, καὶ ὦτα πυοῤῥοοῦντα, καὶ ἀμβλυωπίας, καὶ τὰς οὐλὰς αἴρει καὶ λευκώματα· μίγνυται καὶ ἐμπλάστροις

30) C. Gesnerus suasit, ἀπόψηγμα aut ἐπίπηγμα legendum esse, neutrum aptum. 31) Sarac. loco ἀφρῶδους vulg.

32) Sic interpretes prisci, Oribas. et Serap.; εὐωδέστερον Hermol. Barbar. et cod. Paris. apud. Goup.

33) Sic Cornar. primus. ἔμμιλτρον Ald., Asulan. et Marcell.

34) Vulgo ὕδατος.

nugo salis est ramentum spumosum maris, quod in exili-bus rupibus reperitur. Vim habet eamdem cum salibus.

Cap. CXXVII. (CXXVIII.) [*De salsugine s. muria.*] Muria salis effectus praebet abstergitque: dysentericis, quo-rum intestina ulceribus depascentibus occupantur, infun-ditur, ac iis, qui diuturno coxendicis dolore vexantur. Ad perfusiones apta est, ubi aqua marina usum praestat.

Cap. CXXVIII. (CXXIX.) [*De flore salis.*] Flos salis e Nilo quidem flumine defluit, sed et stagnis qui-busdam innatat. Assumendus croceus et subingratus odore, velut garum, nonnunquam et magis graveolens, gustu mordacior atque subpinguis. Rubricosus autem aut gru-mosus improbatur. Praeterea sincerus oleo solo solvitur, adulteratus nonnulla ex parte etiam aqua. Efficax est ad ulcera maligna et phagedaenica, et depascentia genitalium et purulentas aures. Oculorum hebetudines, cicatrices et albugines tollit. Emplastris unguentisque coloris gratia

καὶ μύροις εἰς χρῶσιν, ὡς καὶ τῷ ῥοδίνῳ. Ἔστι δὲ καὶ ἱδρώτων κινητικὸν, κοιλίας ταρακτικὸν, σὺν οἴνῳ καὶ ὕδατι ληφθὲν, κακοστόμαχον· μίγνυται καὶ ἀκόποις καὶ σμήγμασι πρὸς τριχῶν λεπτυσμόν[35]· καὶ καθόλου ἐστὶ δριμὺ, πυρωτικὸν, ὥςπερ οἱ ἅλες.

Κεφ. ρκθʹ. (ρλʹ.) [Περὶ νίτρου.] Νίτρον προκριτέον τὸ κοῦφον, καὶ ῥοδωπὸν ἢ λευκὸν τὴν χρόαν, κατατετρημένον, οἱονεὶ σπογγῶδές τι· τοιοῦτον δέ ἐστι ἐκ τῶν βουνῶν[36]. Δύναμιν δὲ ἔχει μετασυγκριτικήν.

Κεφ. ρλʹ. (ρλαʹ.) [Περὶ ἀφροῦ νίτρου.] Ἀφρὸς δὲ νίτρου ἄριστος μὲν εἶναι δοκεῖ ὁ κουφότατος καὶ πλακώδης, εὔθρυπτός τε καὶ ἐμπόρφυρος καὶ[37] ἀφρώδης, ἔτι δὲ δηκτικός· οἷός ἐστι ὁ ἐκ Φιλαδελφίας κομιζόμενος τῆς ἐν Λυδίᾳ· δευτερεύει δὲ ὁ αἰγύπτιος· γεννᾶται δὲ καὶ ἐν Μαγνησίᾳ τῆς Καρίας. Δύναμιν δὲ ἔχει καὶ καῦσιν οὗτός τε καὶ τὸ νίτρον

35) Consentiunt veteres interpretes et Serap. cum cod. Par. apud Goupyl. in hac lectione, quam C. Gesnerus primus suasit. *Λευκασμόν* vulgo.

36) Dubia vox, quam Marcell. iam in ambiguo posuit. Forte gentilitium nomen, *Bunorum*, gentis illyricae (Plin. 3, 25.) *Βοῦνος, πόλις Ἰλλυρίας*, Steph. Byz. Oribas. habet *νήσων*.

37) Ex Oribas. et Serap. iam Sarac. loco vulg. *ἤ*.

additur, uti et rosaceo. Sudorem quoque ciet: alvum turbat, in vino et aqua sumtus: stomacho adversatur. Additur et acopis et smegmatis, quibus (palpebrarum) pili extenuantur: generatim vero acris est et fervens, sicut salis.

Cap. CXXIX. (CXXX.) [*De soda s. nitro veterum.*] Nitrum praefertur leve, et roseo colore aut candido, multiforum, velut spongiosum quiddam. Tale est, quod e tumulis (Bunis Illyriae?) affertur. Vim habet metasyncriticam.

Cap. CXXX. (CXXXI.) [*De spuma nitri.*] Spuma nitri optima censetur levissima, crustosa, friabilis, colore purpureo et spumosa, insuperque mordens, qualis e Philadelphia Lydiae defertur. Secundas tenet aegyptia. Quin et ad Magnesiam Cariae gignitur. Sali parem vim et ustionem habet, aeque ac nitrum ipsum. Sed utrumque

ἁλσὶν ἐμφερῆ· ἐκ περισσοῦ δὲ καὶ τὸ νίτρον στρόφους παύει, λεανθὲν μετὰ κυμίνου[38] καὶ ποθὲν μετὰ ὑδρομέλιτος, ἢ μετὰ ἑψήματος, ἤ τινος τῶν διαφορεῖν δυναμένων πνεύματα, οἷον πηγάνου ἢ ἀνήθου· ἔστι δὲ καὶ περιοδικῶν σύγχρισμα πρὸ τῆς ὑπόπτου προσβολῆς· μίγνυται καὶ διαφορητικαῖς καὶ ἐπισπαστικαῖς καὶ λεπρικαῖς ἐμπλάστροις καὶ λεπτυντικαῖς· σὺν ὕδατι δὲ θερμῷ ἢ οἴνῳ ἐγχεόμενον, ἐμπνευματώσεις τε καὶ ἤχους ὤτων ἰᾶται καὶ πυοῤῥοίας· καθαίρει δὲ καὶ ῥύπον, σὺν ὄξει ἐγχεόμενον· κυνοδήκτους τε ἰᾶται σὺν στέατι ὀνείῳ[39] ἢ ὑείῳ· ἀναστομοῖ δὲ καὶ δοθιῆνας, ἀναληφθὲν τερμινθίνῃ ῥητίνῃ· μετὰ σύκων δὲ ὑδρωπικῶν ἐστι κατάπλασμα· σὺν μέλιτι δὲ ἐγχριόμενον, ὀξυδερκές· καὶ πρὸς μύκητας σὺν ὀξυκράτῳ ποθὲν ἁρμόζει· πρὸς δὲ βουπρήστεις σὺν ὕδατι· πρὸς ταύρειον δὲ αἷμα σὺν σιλφίῳ· ἀτροφοῦσί[40] τε χρήσιμον κατάπλασμα· παρακμάζουσί τε ὀπισθοτονικοῖς πάθεσι σὺν κηρωτῇ καὶ στρέμμασι· μίγνυται καὶ ἄρτῳ ὠφελί-

38) Integer locus habendus, cum Serap. et interpretes prisci cum codd. consentiant. Sarac. putat, transponenda esse verba, quin et ἕψημα ἀντὶ τοῦ ἀποζέματος sumendum, quod minime probari potest.
39) Matthiol. legit *αἰγείῳ*.
40) Lacuna *τρέμουσί τε καὶ στροφουμένους*.

(sale) maiorem vim habet tormina sedandi, si cum cumino tritum bibatur in hydromelite, aut cum sapa, aut cum eorum aliquo, quae flatus discutere valent, velut ruta et anetho. In periodicis morbis illinitur ante suspectam accessionem. Miscetur et emplastris discutientibus, epispasticis, extenuantibus leprasque exterentibus. Cum aqua vero calida aut vino infusum aurium inflationes sonitusque et earum purulentos fluxus sanat. Quin sordes (aurium) expurgat, cum aceto instillatum. Canum morsibus ex asinino adipe aut suillo medetur. Resina exceptum terebinthinae furunculos aperit. Cum ficubus cataplasmatis vice hydropicis imponitur: cum melle inunctum claritatem visus adiuvat. Succurrit venenis fungorum, ex posca potum, buprestium vero ex aqua: iis, qui tauri sanguinem biberint, e silphio datur: macrescentibus etiam impositum prodest: opisthotonis iam remissioribus cum cerato, itemque luxatis: in paralysi linguae utiliter pani

μως ἐπὶ τῶν τὴν γλῶτταν παραλελυμένων· ἔνιοι δὲ καίουσι τὰ προειρημένα, ἐπ' ἄνθρακας πεπυρωμένους ἀπερεισάμενοι, προϋποκειμένου καινοῦ ὀστράκου, ἕως ἂν ἐκπυρωθῇ.

Κεφ. ρλα'. (ρλβ'.) [Περὶ τρυγός.] Τρύγα δὲ παραληπτέον μάλιστα μὲν τὴν ἀπὸ οἴνου παλαιοῦ ἰταλικοῦ· εἰ δὲ μὴ[41], ἀπὸ ἄλλου ὁμοίου· ἡ γὰρ ἀπὸ ὄξους ἐπιτέταται τῇ δυνάμει· καυστέον δὲ ὡς ἁλκυόνιον προεξηραμένην ἐπιμελῶς· τινὲς δὲ ἐπ' ὀστράκων καινῶν θέντες καίουσι πυρὶ δαψιλεῖ, ἕως ἂν ἐμπυρωθῇ κατὰ βάθος· ἄλλοι δὲ εἰς ἄνθρακας πεπυρωμένους ἐγκρύψαντες βῶλον, τὸ ὅμοιον ποιοῦσι· σημεῖον δὲ τῆς δεούσης καύσεως ἡγητέον τὸ λευκὸν ἢ ἀερόχρουν τοῦ χρώματος· καὶ τὸ προσενεχθεῖσαν τῇ γλώσσῃ, οἱονεὶ φλέγειν αὐτήν· ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ ἀπὸ ὄξους καίεται. Δύναμιν δὲ ἔχει καυστικὴν σφόδρα, καὶ σμηκτικὴν, κατουλωτικὴν, στυπτικὴν, καὶ σηπτικὴν ἄγαν, καὶ ξηραντικήν. Χρηστέον δὲ τῇ τρυγὶ προσφάτῳ οὔσῃ· ταχὺ γὰρ διαπνεῖται· ὅθεν οὐδὲ ἀσκέπαστον, οὐδὲ χωρὶς ἄγγους αὐτὴν ἀποθετέον. Πλύνεται δὲ αὕτη, ὡς πομφόλυξ· ἡ δὲ ἄκαυστος στέλλει

41) Ald. habet interpositum κἄν.

permiscetur. (De utroque semper, de nitro et spuma eius, sermo est.) Nonnulli supra dicta ignitis indita carbonibus urunt, subiecta prius testa nova, donec incanduerint.

Cap. CXXXI. (CXXXII.) [*De faece.*] Eligenda faex maxime a vino vetere italico, sin minus, ab alio consimili. Nam aceti faex intensioribus est praedita viribus. Crematur, ut alcyonium, ante diligenter exsiccata. Sunt, qui testae novae inditam igni largo urant, usque altius tota incanduerit. Alii ignitis carbonibus faecis glebam obruunt, et similiter faciunt. Signum est legitimae ustionis, ut candido aut aëreo colore conspiciatur, et linguam tactu urere videatur. Eadem est ratio urendae faecis, quae ex aceto fit. Vim autem habet valde urentem, detergentem, cicatrices inducentem, astringentem, vehementer exedentem et siccantem. Sed recenti utendum est: quoniam celeriter exspirat: proinde nonnisi operculata et vase aliquo condita reponenda est. Lavatur eadem, uti pompholyx. Quae ustionem experta non est, oe-

οἰδήματα καὶ καθ' ἑαυτὴν, καὶ μετὰ μυρσίνης· κοιλίαν τε καὶ στόμαχον ῥευματιζόμενον καταπλασθεῖσα στέλλει· καὶ ῥοῦν γυναικεῖον κατὰ ἦτρου καὶ αἰδοίου καταπλαττομένη πραΰνει· καὶ φύγεθλα ἀνέλκωτα διαφορεῖ καὶ φύματα· μαστοὺς δὲ σπαργῶντας ῥέοντας γάλα σβέννυσι, σὺν ὄξει καταχρισθεῖσα· ἡ δὲ κεκαυμένη λεπροὺς ἀφίστησιν ὄνυχας σὺν ῥητίνῃ· καὶ μετὰ σχινίνου ἐλαίου συγχρισθεῖσα νύκτα ὅλην, ξανθὰς ποιεῖ τὰς τρίχας· πλυθεῖσα δὲ μίγνυται εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ, ὡς σποδός· σμήχει τε οὐλὰς καὶ ἀχλῦς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς ἡ τοιαύτη.

Κεφ. ρλβ'. (ρλγ'.) [Περὶ ἀσβέστου.] Ἄσβεστος γίνεται οὕτω· τῶν θαλαττίων κηρύκων τὰ ὄστρακα λαβὼν, πυρὶ ἔγκρυψον, ἢ εἰς κλίβανον διάπυρον καθεὶς, ἄφες ἐννυκτερεῦσαι· τῇ δὲ ἐχομένῃ, ἐὰν μὲν λευκότατα[42] γένηται, ἀνελοῦ· εἰ δὲ μὴ, πάλιν καὶ ἄχρις ἂν ἱκανῶς λευκανθῇ· εἶτα ἀποβάψας αὐτὰ εἰς ψυχρὸν ὕδωρ, ἔμβαλε εἰς χύτραν καινὴν, καὶ σκεπάσας αὐτὰ ῥάκεσιν ἐπιμελῶς, ἔασον ἐνταῦθα νύκτα μίαν· πρωῒ δὲ ἀνελόμενος ἀπειληφυῖαν τὸ παντελὲς τῆς κατ-

42) Pluralem habent Oribas. et Serap., quod et nexus docet; λευκοτάτη vulgo.

demata per se et cum myrto cohibet: ventris stomachique fluxiones cataplasmatis vice adhibita sistit: muliebre profluvium iliis et verendis imposita mitigat: panos nondum exulceratos atque tubercula discutit. Turgentes mammas et lac profundentes cum aceto peruncta coërcet. Cremata vero scabros ungues cum resina aufert: addito oleo lentiscino illita per totam noctem, flavos reddit capillos. Lota oculorum medicamentis, uti cinis metallicus, miscetur: et talis etiam eorum cicatrices atque caligines abstergit.

Cap. CXXXII. (CXXXIII.) [*De calce viva.*] Calx viva hoc modo paratur: Buccinorum marinorum testas igne condito aut ardenti clibano per noctem immittito. Postero die, si candidissimae fuerint, eximito: sin minus, iterum urito, usquedum satis inalbuerint. Dein ubi in frigidam eas immerseris, ollae novae indito, et pannis exacte operiens, noctem unam conquiescere sinito. Mane calcem, perfecto omni opere, elaboratam extrahito atque

εργασίας, ἀποτίθεσο· σκευάζεται δὲ καὶ ἐκ λίθων κοχλάκων καιομένων, καὶ ἐκ τῆς χυδαίας μαρμάρου, ἥτις καὶ προκρίνεται τῶν ἄλλων. Δύναμιν δὲ ἔχει πᾶσα κοινῶς ἄσβεστος πυρωτικὴν, δηκτικὴν, καυστικὴν, ἐσχαρωτικήν· μιγνυμένη δέ τισιν ἑτέροις, ὡς στέατι ἢ ἐλαίῳ, γίνεται πεπτικὴ, μαλακτικὴ, διασκεδαστικὴ, κατουλωτική· ἐνεργεστέραν δὲ αὐτῆς ἡγητέον τὴν πρόσφατον καὶ ἄβροχον.

Κεφ. ρλγ΄. (ρλδ΄.) [Περὶ γύψου.] Γύψος δύναμιν ἔχει στυπτικὴν, ἐμπλαστικήν· αἱμοῤῥαγίας τε καὶ ἱδρώτων ἐφεκτικήν· ποθεῖσα δὲ κτείνει[43] τῷ κατὰ πνιγμὸν τρόπῳ.

Κεφ. ρλδ΄. (ρλε΄.) [Περὶ τέφρας κληματίνης.] Τέφρα κληματίνη δύναμιν ἔχει καυστικήν· σὺν ὀξυγγίῳ δὲ ἢ ἐλαίῳ καταπλασθεῖσα, θλάσματα νεύρων καὶ ἄρθρων λυγίσματα καὶ συστροφὰς νεύρων ὠφελεῖ· σὺν νίτρῳ δὲ καὶ ὄξει σαρκώσεις ὀσχέου στέλλει· καταπλασθεῖσα δὲ σὺν ὄξει ἑρπετόδηκτα καὶ κυνόδηκτα ἰᾶται· ἐσχαρωτικαῖς τε μίγνυται· καὶ γίνεται ἡ ἐξ αὐ-

43) Nullus dubito, loco vulg. πνίγει hoc esse ponendum, cum et Serap. sic legerit.

recondito. Conficitur et e calculis litoreis igne crematis, nec non et e vulgari marmore: et haec quidem ceteris antefertur. Vis omni generatim calci ignea, mordens, adurens et crustas inducens. Mixta tamen aliis quibusdam, ut adipi oleoque, redditur coctioni favens, molliens, dissipans, cicatrices inducens. Efficacior habetur, quae recens est, nec aquis madida.

Cap. CXXXIII. (CXXXIV.) [*De gypso.*] Gypsum vim habet astringentem cutimque obducentem. Sanguinis eruptiones sudoresque cohibet, sed potum strangulando necat.

Cap. CXXXIV. (CXXXV.) [*De cinere sarmentorum.*] Sarmentorum cinis urendi vim habet. Cum axungia autem oleove illitus nervorum (tendinum) contusionibus tumoribusque et contorsionibus articulorum prodest. Cum nitro et aceto carnosos tumores in scroto reprimit. Idem serpentium canumque morsibus illitus ex aceto medetur: atque etiam crustas obducentibus medicamentis ad-

τῆς κονία πρὸς πτώματα καὶ μύκητας, σὺν ὄξει καὶ ἁλσὶ καὶ μέλιτι.

Κεφ. ρλέ. (ρλς'.) [Περὶ ἀλκυονίου.] Τοῦ δὲ ἀλκυονίου πέντε γνωστέον εἴδη ὑπάρχειν· τὸ μὲν γὰρ πυκνόν ἐστι [καὶ στρυφνὸν][44], καὶ τῷ ἰδεῖν[45] σπογγῶδες, ἔτι δὲ βρωμῶδες καὶ βαρὺ καὶ ἰχθύος ὄζον, ὃ δὴ πλεῖστον ἐπὶ τῶν ἠϊόνων εὑρίσκεται· τὸ δὲ ἑξῆς[46] κατὰ μὲν τὸ σχῆμα πτερυγίῳ ὀφθαλμικῷ ἢ σπόγγῳ ἔοικε[47], κοῦφόν τέ ἐστι καὶ πολύκενον, καὶ φυκώδη ἀποφορὰν ἔχον· τὸ δὲ τρίτον σκωληκοειδὲς[48] ὑπάρχει τῷ τύπῳ, καὶ τῇ χρόᾳ πορφυρώτερον[49], ὅ τινες μιλήσιον καλοῦσι· τὸ τέταρτον δὲ ἐρίοις οἰσυπηροῖς ὅμοιον, πολύκενον, κοῦφον· τὸ δὲ πέμπτον ἔοικε μὲν κατὰ σχῆμα[50] μύκητι, ἄνοσμόν τέ ἐστι, καὶ τραχὺ μὲν ἔνδοθεν, κισσήρει κατά τι ἐοικὸς, ἔξωθεν δὲ λεῖον, δριμύ· ὃ πλεῖστον ἐν τῇ Προποντίδι κατὰ τὴν καλουμένην Βέσβικον[51] νῆσον

44) Uncinis inclusum nec huius est loci, nec agnoscitur ab Oribas., Serap., vel priscis interpretibus.

45) Oribas. *τῷ ῥυθμῷ*, ut cap. 88.

46) Serap. legit, sicut Galen. fac. simpl. lib. 11. p. 370., *προμηκέστερον*.

47) Hoc ad sequens pertinere, e Serap. patet, qui ita forte legit: *κοῦφόν τέ ἐστι καὶ πολύκενον, ὡς σπόγγος.*

48) Serap. legit *ῥοδοειδές*.

49) Oribas. add. *ὀνυχοειδές*.

50) Haec longe alio modo tum in Oribas., tum in Serap.

51) Strabo lib. 12. p. 225. Plin. 5, 44.

miscetur. Fit et ex eo lixivium contra lapsus ex alto et fungorum venena, cum aceto, sale et melle.

Cap. CXXXV. (CXXXVI.) [*De alcyonio.*] Alcyonii quinque esse species cito. Primum enim (alcyonium) densum est [et austerum], aspectu spongiosum, graveolens et ponderosum et piscem olens, quod plurimum in litoribus invenitur. Alterum pterygio oculorum simile, leve est et multicavum, sicut spongia, odore algarum. Tertium vermiculi forma et colore paene purpureum, quod milesium quidem vocant. Quartum succidis velleribus non dissimile, multicavum et leve. Quintum figura fungi, inodorum, intus quidem asperum, pumici quodammodo simile, foris vero laeve, acre, quod plurimum in Propontide circa insulam Besbicum gignitur, pa-

γεννᾶται, ὃ ἐπιχωρίως ἁλὸς ἄχνην καλοῦσι· τούτων τὸ μὲν πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον εἰς σμήγματα παραλαμβάνεται γυναικῶν, καὶ πρὸς φακοὺς, λειχῆνάς τε καὶ λέπρας, ἀλφούς τε καὶ μελανίας καὶ σπίλους τοὺς ἐπὶ προσώπου καὶ τοῦ λοιποῦ σώματος· τὸ δὲ τρίτον εὐθετεῖ πρὸς δυσουροῦντας καὶ ἀμμώδη συλλέγοντας ἐν τῇ κύστει· καὶ πρὸς νεφρικοὺς, πρὸς ὕδρωπα, σπλῆνα· καὲν δὲ καὶ καταπλασθὲν σὺν οἴνῳ ἀλωπεκίας δασύνει· τὸ δὲ ὕστατον ὀδόντας λευκαίνειν δύναται· παραλαμβάνεται δὲ καὶ πρὸς ἄλλα σμήγματα καὶ ψίλωθρα, μιγνύμενον σὺν ἁλσί· καῦσαι δέ τι τούτων βουλόμενος, μεθ' ἁλῶν εἰς ὠμὴν χύτραν ἔμβαλε, καὶ περιαλείψας τὸ στόμα αὐτῆς πηλῷ, δὸς εἰς κάμινον· ὅταν δὲ ὀπτηθῇ ὁ κέραμος αὐτῆς, ἀνελόμενος ἀπόθου καὶ χρῶ· πλύνεται δὲ, ὡς ἡ καδμεία.

Κεφ. ρλς' (ρλζ'.) [Περὶ ἀδάρκου.] Ὁ δὲ προςαγορευόμενος ἀδάρκης[52] γίνεται μὲν ἐν Γαλατίᾳ[53], ἔστι δὲ ὥςπερ ἐπίπαγος ὑφαλμυρίζων, καθ' ὑγρῶν καὶ τελματωδῶν

52) Galen. fac. simpl. lib. 11. p. 370. Ἀδάρκιον, ἔνιοι δὲ ἀῤῥενικῶς ἄδαρκον, ἄλλοι δὲ θηλυκῶς ἀδάρκην καλοῦσι.
53) Sic Oribas. et Asulan.; Καππαδοκίᾳ Ald.

trio nomine maris lanugo appellatum. Primum quidem et secundum in smegmata feminarum assumuntur, contra lentigines, lichenas, lepras, vitiligines, nigredines et maculas in facie reliquoque corpore. Tertium vero iis, qui difficili urina vexantur, aut arenulas in vesica colligunt, idoneum est, itemque nephriticis, et ad hydropem lienisque vitia. Ustum autem et ex vino illitum calvitiem hirsutam reddit. Postremum dealbandis dentibus aptum est: assumitur et in alia smegmata ac psilothra, cum sale mixtum. Si quis ex his aliquid cremare voluerit, addito sale in crudam ollam coniiciat, lutoque oblito eius spiraculo, fornaci mandet: et cum figlinum assatum fuerit, extrahat et ad usus recondat. Ceterum lavatur, uti cadmia.

Cap. CXXXVI. (CXXXVII.) [*De adarce.*] Gignitur in Galatia, quod adarces appellatur. Est autem concrementum, salsuginis aliquid habens, quod humidis et

τόπων ἐν ξηρασίᾳ ἐπιγινόμενος, καὶ περιπηγνύμενος καλάμοις καὶ χορταρίοις· ἔοικε δὲ τὴν χρόαν ἄνθει ἀσσίας λίθου, τῷ δὲ ὅλῳ τύπῳ ἁλκυονίῳ τῷ μαλακῷ καὶ πολυκένῳ[54], καί ἐστιν οἷον λιμναῖον ἁλκυόνιον· εὐθετεῖ δὲ πρὸς ἐκδορὰν λεπρῶν καὶ ἐφηλίδων καὶ λειχήνων καὶ φακῶν καὶ τῶν ὁμοίων· καθόλου δέ ἐστι δριμὺ καὶ μετασυγκριτικόν· ὠφελεῖ καὶ ἰσχιαδικούς.

Κεφ. ρλζ΄. (ρλή.) [Περὶ σπόγγων.] Τῶν δὲ σπόγγων τοὺς μὲν ἄῤῥενας ἐκάλεσάν τινες λεπτοτρήτους καὶ πυκνοὺς ὄντας, ὧν τοὺς σκληροτέρους τράγους ὠνόμασαν[55]· τοὺς δὲ θήλεις οἳ ἐναντίως τοῖς προειρημένοις διάκεινται· καῦσιν δὲ ἔχουσι τὴν αὐτὴν τῷ ἁλκυονίῳ· ὁ καινὸς δὲ καὶ ἀλιπὴς[56] τραυματικός τέ ἐστι, καὶ οἰδήματα στέλλει· καὶ τὰ νεότρωτα κολλᾷ σὺν ὕδατι ἢ ὀξυκράτῳ· σὺν μέλιτι δὲ ἑφθῷ παλαιοὺς κόλπους παρακολλᾷ· ὁ δὲ παλαιὸς[57] ἄχρηστος· (οἱ δὲ καινοὶ καὶ ξηροὶ)[58] διαστέλλουσι καὶ μεμυκότα ἕλκη καὶ τύλους,

54) Sic Serap. et Asulan.; ὑποκένῳ Ald.
55) Aristot. hist. anim. 5, 14.
56) Ὁ κενὸς δὲ καὶ ἀλυπής editt. Nostram lectionem tuentur Galen., Oribas. et Serap., tum et quod παλαιός opponatur. Sed Serap. habet: *nova, sicca cum sua pinguedine.*
57) Serap. forte μανός legit.
58) Sic legendum esse, e Serap. apparet.

palustribus locis siccitate emergit, ac circa arundines graminaque coit. Colore florem lapidis assii aemulatur, tota vero forma alcyonium molle ac multiforum, ut videri possit alcyonium palustre. Ad exterendas lepras, maculas a sole contractas, lichenas, lentigines ac similia vitia accommodatur: in universum vero vis ei est acris et metasyncritica. Iuvat et ischiadicos.

Cap. CXXXVII. (CXXXVIII.) [*De spongiis.*] E spongiis alias nonnulli mares appellavere, quae tenuiter sunt foratae ac densae, e quibus rursum duriores tragos appellarunt: alias vero feminas, quae contrario praedictis modo se habent. Uruntur autem pari modo ac alcyonium. Recens et minime pinguis vulneraria est, et oedemata reprimit: recentia vulnera ex aqua poscave, at ex melle cocto veteres sinus conglutinat. Vetusta autem inutilis. (Recentes porro et siccae) diducunt praeclusa ul-

ἀποδεσμούμενοι λίνῳ, καὶ αὐτοὶ ξηροὶ παρεντιθέμενοι ὥσπερ μοτά· τὰ δὲ ῥευματικὰ, ὑπόνομα καὶ χρόνια ἕλκη ἐξικμάζουσιν, ἐπιθέμενοι ἄνικμοι νέοι[59]· ἐπέχουσι δὲ καὶ αἱμοῤῥαγίαν σὺν ὄξει· κεκαυμένοι δὲ[60] πρὸς ξηροφθαλμίας, καὶ ὅπου δεῖ σμῆξαί τι ἢ στύψαι· βέλτιον δὲ ποιοῦσι πλυθέντες εἰς τὰ ὀφθαλμικά· σὺν πίσσῃ δὲ καέντες πρὸς αἱμοῤῥαγίαν ἁρμόζουσι· λευκαίνονται δὲ αὐτῶν οἱ ἁπαλώτατοι ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα[61] καύμασι, βρεχόμενοι τῇ ἐπὶ τῶν πετρῶν συνισταμένῃ ἁλὸς ἄχνῃ, καὶ ἡλιαζόμενοι· ἐπιβλεπέτω δὲ τὸ μὲν κοῖλον αὐτῶν ἄνω, κάτω δὲ ἡ ἀποτομή· εἰ δὲ εἴη αἰθρία θερία, καὶ ὑπὸ τὴν σελήνην τίθενται, βρεχόμενοι ἁλὸς ἄχνῃ ἢ θαλάσσῃ· γίνονται δὲ λευκότατοι οἱ τοιοῦτοι.

Κεφ. ρλη΄. (ρλθ΄.) [Περὶ κοραλλίου.] Τὸ δὲ κοράλλιον, ὅπερ ἔνιοι λιθόδενδρον ἐκάλεσαν, δοκεῖ μὲν εἶναι φυτὸν ἐνάλιον, στεῤῥοποιεῖσθαι δὲ, ὅταν ἐκ τοῦ βυθοῦ ἑλκυ-

59) Καὶ κενοί (καινοί) vulg. redundat.

60) Sic Serap., Marcell. ac Cornar.; αἱμοῤῥαγίαν· σὺν ὄξει δὲ κεκαυμένοι vulgo.

61) Ὑπὸ κύνα addit cod. Par.

cera et callos, si, aridae linteo illigatae, linamentorum carptorum vice adigantur: fluxione autem laborantia, cuniculosa et diuturna ulcera siccant humoris expertes et recentes impositae: sanguinis eruptiones cum aceto adhibitae cohibent. Crematae oculorum inflammationi aridae auxiliantur, et ubi aliquid abstergendum est aut astringendum. Satius vero est, ad ocularia medicamenta prius lavare cineres. Eos cum pice adversus sanguinis cursus adhibere expedit. Mollissimae vero spongiarum albescunt caniculae ardoribus, si salis spuma rupibus adhaerente tingantur et insolentur: ita tamen, ut parte cava sursum spectent, qua vero resectae fuerint, deorsum. Quodsi aestiva sit serenitas, etiam ad lunam sternuntur, spuma salis marinave aqua perfusae. Tales autem candidissimae evadunt.

Cap. CXXXVIII. (CXXXIX.) [*De corallio.*] Corallium, quod nonnulli lithodendron appellarunt, marinam esse plantam constat; solidescere vero ex alto mari

